

C. VALERI FLACCI BALBI SETINI

ARGONAUTICON

LIBRI OCTO.

RECOGNOVIT

CAESAR GIARRATANO

APUD
REMUM SANDRON
MEDIOLANI - PANORMI - NEAPOLI

MCMIV

Franciscus Giannini et Filii typis excuderunt. Neapoli

PROLEGOMENA

Index scriptorum ad Valerium Flaccum pertinentium [1]).

Vonk C. V. — Spec. crit. in varios auctores. Ad Valer. Flaccum. p. 114, 115, 121. 1744.

Crusius Chr. — Probabilia critica. Valer. Flacc. emend. p. 48-50. Lipsiae 1753.

Schrader I. — Ad Valerium Flaccum. Observat. lib. p. 10, 22-23. 1761.

Herelius I. F. — Ad Valerium Flaccum. Epistola critica ad Meuselium p. 68-72. Altenburgi 1767.

Schrader I. — Ad Valerium Flaccum. Emendat. lib. p. XXXVII, XXXVIII, XLV, 178, 197. 1776.

Nodell I. A. — Ad Valerium Flaccum. Crit. obss. libellus. cap. IV. 1781.

Friesemann — Collectanea critica. Zu Valerius Flaccus p. 69-118. Amstelodami 1786.

Scheffler C. A. Chr. — C. Valerius Flaccus. In Wideburgs Human Magazin. 1788.

Schoenemann — De geographia Argonautarum. Gottingae 1788.

Slothouwer V. — Ad Valerium Flaccum. Animadversiones criticae in veteres auctores. Acta lit. soc. Rheno — Traiectinae III. Lugduni Batavorum. 1801.

Jacobs Fr. — Emendationes in Valerii Flacci Argonautica, Iuvenalis satiras, Statii silvas. In: A. Matthiae Miscell. phil. I p. 72-93. 1803.

Mérian I. B. — Mémoire sur un passage de Valér. Flacc. Mémoire de Berlin, Bell. Lettr. p. 3-31. Berlin 1803.

Manso I. C. F. — Valerius Flaccus. Nactrāge zu Sulzers Theorie VIII 2 p. 290-343. 1808.

Weichert I. A.— Epistola critica de Valerii Flacci Argonauticis ad virum illustriss. et doctiss. H. C. A. Eichstädt. Lipsiae 1812.

» » » — Observat. crit. in Valer. Flacc. Argonautica. Acta soc. phil. Lipsiensis. p. 326-74. 1813.

» » » — De versibus aliquot C. Val. Flacc. iniuria suspectis. 1818.

Feder C. A. L.— Observationes in Valer. Flacc. aliquot locos. p. 70-84. Heidelbergae 1818

Weichert I. A.— Epistola ad Sturzium. Grimae 1824.

Mommsen T. — Zu Valerius Flaccus. Rheinisches Museum VI p. 628. 1848.

Hermann C. Fr.— Parerga critica. Zu Valerius Flaccus. Philologus III p. 514-15. 1848.

Klussmann E. — Zu lateinischen Dichtern. Philologus XI p. 590-92. 1856.

Haupt M. — Zu Valerius Flaccus. Monatsbericht d. Berliner Akad. d. Wissen. p. 544-562. 1860.

[1]) Scripta, quae ante a. 1724 de Valerio Flacco edita sunt, in prolegomenon capite primo memorantur.

EYSSENHARDT FR.— Emendationes Valerianae. Rhein. Mus. XVII p. 378-92. 1862.
WAGNER PH. — Emendationes Valerianae. Philologus XX p. 617-47. 1863.
LYSANDER A. TH.— Quaestiones criticae et gramm. Valerius Flaccus I 444-46. Lundae 1863.
KOCH H. A. — Zu Valerius Flaccus. Rhein. Mus. XVIII p. 163-64. 1863.
MEYNCKE G. — Quaestiones Valerianae. Bonnae 1865.

Rec. Fr. Eyssenhardt in Literarisches Centralblatt p. 22. 1867.

KOCH H. A. — Coniectaneorum in poëtas latinos II p. 17-23. Francofurti 1865.
HAUPT M. — Emendationes I. Schraderi in Val. Flacc. Arg. ex cod. Santen. bibl. Berol. descr. Hermes II p. 142. 1867.
MEYNCKE G. — Beiträge zur Kritik des Val. Flaccus. Rhein. Mus. XXII p. 362-74. 1867.
HAUPT M. — Analecta. Valerius Flaccus. Hermes III p. 212-15. 1869.
LOEHBACH R. — Observationes in C. Valerii Flacci Argon. Andernach 1869.
BRAUN PH. — Observationes criticae et exegeticae in C. Valerii Flacci Argon. Marburgi 1869.
GREIFF I. — De C. Valerii Flacci Argonauticis cum Vergili Maronis Aeneide comparatis. Tridenti 1869.
HAUPT M. — Varia — Valerius Flaccus. Hermes IV p. 153-54. 1870.
HIRSCHWAELDER B. — Curae criticae in C. Valerii Flacci Argonautica. Vratislaviae 1870.
REUSS E. C. FR. — Observationes Valerianae. Marburgi 1871.

Rec. C. Schenkl in Phil. Anzeiger IV p. 281-84. 1872.

SCHENKL C. — Studien zu den Argonautica des Valerius Flaccus. Sitzungsber. d. K. Akad. d. Wiss. zu Wien. Hist-philos. Cl. LXVIII p. 271-382.1871.

Rec. W. Hartel in Zeitschrift für d. oesterr. Gymn. XXIV p. 135-145. 1873, O. Keller in Gottingische gelehrte Anzeigen p. 1921-36. 1873, L. Jeep in Phil. Anzeiger V p. 144-51. 1873.

BUSSENIUS O. — De Valerii Flacci in adhibendis comparationibus usu. Lubeci 1872.

Rec. C. Schenkl in Phil. Anz. IV p. 233-36. 1872.

LOEHBACH R. — Studien zu Valerius Flaccus. Neuwied 1872.

Rec. C. Schenkl in Phil. Anz. V p. 177-80. 1873.

SCHMITZ M. — De Valerii Flacci dicendi genere quaestiones. Monasterii 1872.
SCHENKL C. — Zu Valerius Flaccus. Arg. VI 413. Philologus XXXII p. 710. 1873.
MADVIG I. N. — Ad Valerium Flaccum. In advers. crit. ad script. gr. et lat. II p. 32, 133-52. Hauniae 1873.
HAUPT M. — Coniectanea. Valerius Flaccus. Hermes VIII p. 180. 1874.
STENDER I. — De Argonautarum ad Colchos usque expeditione fabulae hist. crit. Kiliae 1874.

Rec. P. Vidal in Revue critique p. 211-14. 1875, C. Bursian in Lit. Centralblatt p. 1093-95. 1876, R. Volkmann in Jenaer Literaturzeit. p. 667-68. 1876.

VOLKMANN R. — Einige Bemerkgn. über d. Argon. 1875.
LOEHBACH R. — Bemerkungen zu Val. Flaccus. Mainz 1876.
MAGNUS H. — Zu Valerius Flaccus. Jahrbb. f. class. Phil. CXV p. 748. 1877.

Kurtz Ed. — Zu den Argonautica des Val. Flaccus. Zeitschrift f. d. oesterr. Gymn. XXVIII p. 610-11. 1877.

Baehrens E. -- Jahresbericht über Valerius Flaccus. Bursians Jahresb. III p. 222-23. 1877.

Loehbach R. — Zu Valerius Flaccus. Jahresbb. für class. Phil. CXV p. 859-60. 1877.

Koestlin H. — Zu Valerius Flaccus. Philologus XXXVII p. 790. 1877.

Lange L. — Valer. Flacc. Arg. I 174. Leipziger Studien zur class. Phil. p. 386-87. 1878.

Maixner Fr. — Zu Valerius Flaccus. Zeitschrift für d. oesterr. Gymn. XXIX p. 488-92. 1878.

Baehrens E. — Jahresbericht über Valerius Flaccus. Bursians Jahresb. VI p. 153-54. 1878.

Gebbing H. — De C. Valerii Flacci tropis et figuris. Marburgi 1878.

Rec. C. Schenkl in Phil. Anz. XIII p. 360-61. 1883, E. Baehrens in Ienaer Literaturzeit p. 98. 1879. x in Literat. Centralblatt p. 116. 1879.

Cornelissen I. I. — Satura. Mnemosyne VI p. 313. 1878.

Sandstroem C. E. — Emendationes in Prop., Luc., Valer. Flaccum. p. 22-44. Upsalae 1878.

Rec. C. Schenkl in Phil. Anz. XIII p. 357-60. 1883.

Koestlin H. — Valerius Flaccus. Philologus XXXVIII p. 47-58, 422. 1879.

Ellis R. — On some passages of Valerius Flaccus. Journ. of Philology IX p. 52-60. 1880.

Tonder A. I. — Die Unterwelt nach C. Valerius Flaccus. Boehm. Leipa. 1880.

Rec. E. Eichler in Neue philol. Rundschau p. 1180-82. 1881.

Koestlin H. — Lateinische Epiker II. C. Valerius Flaccus. Philologus XXXIX p. 33-68, 233-57, 419-58. 1880.

Genthe H. — Jahresbericht über die römischen Epiker. Valerius Flaccus. Bursians Jahresb. XXII p. 175-81. 1880.

Lombardini F. — C. Valerio Flacco e gli Argonauti. L'Annotatore N. 1 p. 5-10, N. 2, p. 53-58. 1881.

Koestlin H. — Zu Valerius Flaccus. Philologus XI p. 387-89. 1881.

Schmidt I. — De usu infinitivi apud Lucanum, Valerium Flaccum, Silium Italicum. Halis 1881.

Meier E. — Quaestiones Argonauticae. Moguntiaci 1882.

Genthe H. — Jahresbericht über die römischen Epiker. Valerius Flaccus. Bursians Jahresb. XXXV p. 254-55. 1883.

Oesterberg P. L. — De structura verborum cum praepositionibus compositorum quae extant apud C. Valerium Flaccum, P. Papinium Statium, M. Valerium Martialem. Upsalae 1883.

Schenkl C. — Grammaticorum Batavorum [Lennep, Bosscha, Wittenbach, Ruhnken, Oudendorp, Wassenberg, Arntzen, Waarenburg, Pierson, Drakenborch etc.] in Valerii Flacci Argon. coniecturae ineditae. Wiener Studien p. 139-43. 1883.

Stokes Wh. — Valerius Flaccus in the middle age. Academy. N. 661 p. 11-12. 1884.

Damsté P. H. — Adversaria critica ad C. Valerii Flacci Argon. Lugduni Batavorum 1885.

Rec. C. Schenkl in Berlin. phil. Wochenschrift VI p. 136-139. 1886, R. Ellis in Neue phil. Rundschau p. 101-04. 1886.

HOSKYNS-ABRAHALL I. — Valerius Flaccus and Armagh. Academy N. 622 p. 29-30. 1885.

KENNERKNECHT D. — De Argonautarum fabula quae veterum scriptores tradiderint. Monaci 1886.

» » — Zur Argonautensage. Bamberg. 1888.

GEBBING H. — De Valerii Flacci dicendi genere quaestiones. Coblenz 1878.

Rec. B. Kübler in Berliner phil. Wochenschrift IX p. 183-85. 1889, C. Weyman in Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik p. 600. 1888, C. Schenkl in Deutsche Literaturzeitung p. 1680. 1888.

MANITIUS M. — Vorbilder und Nachahmer des Valerius Flaccus. Philologus XLVIII p. 248-54. 1889.

KOESTLIN H. — Zur Erklärung und Kritik des Valerius Flaccus. Philologus XLVIII p. 647-73. 1889.

UNGER R. — Ad poëtas latinos miscellanea critica. Philologus XLIX p. 31. 1890.

PETERS I. — De C. Valerii Flacci vita et carmine. Regimonti 1890.

Rec. K. Rossberg in Berliner phil. Wochenschrift p. 173-75. 1891, C. Weyman in Wochenschrift für class. Phil. p. 1005-8. 1890.

SCHENKL C. — Aus Handschriften. Wiener Studien XII p. 318-20. 1890.

MOLTZER M. N. I. — De Apollonii Rhodii et Valerii Flacci Argonauticis. Traiecti ad Rhenum. 1891.

KOESTLIN H. — Zur Erklärung und Kritik des Valerius Flaccus. Philologus L p. 320-35, 731-42. 1892.

BURY I. B. — Critical notes on Valerius Flaccus. Hermathena VIII 19. 1893.

GRUENEBERG A. — De Valerio Flacco imitatore. Berolini 1893.

Rec. E. Maass in Deutsche Literaturzeitung p. 938-42. 1894. L. Mueller in Berliner philol. Wochenschrift p. 717-19. 1894, O. Weise in Neue phil. Rundschau p. 132-33. 1894, x in Literar. Centralblatt p. 188. 1894, Franke in Wochenschrift für class. Phil. p. 488-91. 1894.

LANGEN L. — Quaestionum ad Valerium Flaccum spectantium p. I. Berolini 1894.

Rec. O. Rossbach in Berlin. phil. Wochenschrift p. 235-37. 1895.

PIGNATARO-POLITINI G. — Caio Valerio Flacco e Apollonio Rodio. Roma 1894.

Rec. L. Valmaggi in Rivista di Filologia e d'Istruzione classica p. 276-279. 1896.

SUMMERS W. C.— A study of the Argonautica of Valerius Flaccus. Cambridge 1894.

Rec. P. Langen in Berliner phil. Wochenschrift p. 649-52. 1895, Franke in Wochenschrift für class. Phil. p. 323-25. 1895, R. C. Seaton in The classical Review p. 111-13. 1895, E. Lafaye in Revue de philologie p. 88-89. 1895.

KOESTERS H. — Quaestiones metricae et prosodiacae ad Valerium Flaccum pertinentes. Monasterii 1894.

Rec. E. Eichler in Neue phil. Rundschau p. 359-60. 1894, L. Mueller in Berliner phil. Wochenschrift p. 1453-56. 1894, Franke in Wochenschrift für class. Phil. p. 1137-40. 1894.

SPITZER S. — Valer. Flacc. Arg. I 669 sq. III 736 sq. Wiener Studien XVI p. 335-336. 1894.

Palmer A. — Valerius Flaccus III 20. The classical Review p. 29. 1894.

Bury I. B. — Notes on Valerius Flaccus. Hermathena IX 20. 1894.

Postgate I. P. — Annotations on Valerius Flaccus. Journal of Philology XXII 44 p. 307-13. 1894.

Langen P. — Quaestionum ad Val. Flacc. spectantium p II. Berolini 1895.

Lafaye — Valérius Flaccus. Argonautiques I 420. Bulletin des Humanistes français. 16 Mai 1895.

Clairin, Lafaye, Chauvin—Valérius Flaccus. Bulletin des Humanistes français. 20 Juin 1895.

Chauvin I. — Sur un vers de Valérius Flaccus. Revue de philologie XIX p. 32-35. 1895.

Spitzer S. — Zu Val. Flacc. Arg. I. 565. Zeitschrift für die oesterr. Gymn. XLVI p. 299. 1895.

Bury I. B. — Some passages in Valerius Flaccus. The classical Review p. 35-39. 1896.

Kovàcs I. — Apollonius Rhodius s Valerius Flaccus Argonauticáya. Lévai Kegyesr. fő-gymn. p. 3-91. 1896.

Ieep L. — Jahresbericht über Valerius Flaccus. Bursians Jahresbericht XXIII p. 145-153. 1896.

Langen P. — Berichtigung. Fleckeisen's Jahrbb. VI p. 408. 1897.

Senger P. — Kritische Bemerkungen zu Val. Flacc. und Statius. Χαριστήρια f. Korsch p. 17-57. 1897.

Göransson G. — De usu particularum temporalium apud Verg., Luc., Val. Flacc., Sil. Ital. Holmiae 1897.

Nairn I. A. — Notes on Valerius Flaccus IV 129-30. The classical Review XII p. 361. 1898.

Harmand R. — De Valerio Flacco Apollonii Rhodii imitatore. Nanceii 1898.

Rec. A. Cartault in Revue critique p. 332-33. 1898, P. Cesareo in Boll. di fil. class. VI p. 182-83. 1899.

» » — Valérius Flaccus et les barbares. Revue de philologie XIII p. 37-50. 1899.

Rec. R. Helm in Berliner phil. Wochenscrift p. 1130. 1899.

Samuelsson I. — Studia in Valerium Flaccum. Upsalae 1899.

Rec. R. Helm in Deutsche Literaturzeitung p. 1668. 1899, E. T. in Revue critique p. 484. 1899.

Heeren A. — De chorographia a Valerio Flacco adhibita. Gottingae 1899.

Rec. S. Reinach in Revue archéologique p. 474-75. 1899.

Reuss Fr. — Zu Valerius Flaccus. Arg. I-IV. Philologus LVIII p. 422-36. 1899.

Nairn I. A. — Notes on Valerius Flaccus. The classical Review XIII p. 21-22. 1899.

Clark A. C. — The literary discoveries of Poggio. The classical Review XIII p. 119-30. 1899.

Postgate I. P. — Critical notes on Valerius Flaccus. Journal of Philology XXVII p. 100-102. 1900.

Ellis R. — On some passages of Valerius Flaccus. The classical Review p. 155-58. 1900.

Reuss Fr. — Zu Valerius Flaccus. Arg. V-VIII. Philologus LIX p. 406-15. 1900.

Postgate I. P. — Emendations of Valerius Flaccus. Journal of Philology XXVII p. 253-66. 1900.

Clark A. C. — The discoveries of Poggio. A correction. The classical Review XV p. 165-66. 1901.

Clement K. K. — The use of the infinitive in Lucan, Valerius Flaccus, Statius and Iuvenal. Proceedings of the American Philological Association XXXIII. 1903.

Leo Fr. — Valerii Flacci Medea VIII 6 seqq. Hermes p. 307-12. 1903.

Giarratano C. — De Valerii Flacci vita commentatio. Rendiconti della Reale Accademia di Archeologia, Lettere e Belle arti. Neapoli 1903.

PROLEGOMENON

CAPVT I.

Si quis Valerii Flacci editiones, quae adhuc in lucem prodierunt, diligenter contulerit, omnes in quattuor aetates distribui posse facile intelleget, quarum prima ii, qui ante Carrionem nostro poëtae curam operamque dederunt, altera vero Carrio et sequentes usque ad Heinsium, tertia autem Heinsius et posteriores usque ad Thilonem, quarta denique Thilo recentioresque contineantur.

Ex codicis Vaticani 3277 apographis, quae saeculo XV in Italia scripta sunt, veteres Valerii Flacci editiones fluxerunt. Primam vero omnium Bononiensem editionem, anno 1474 per Ugonem Rugerium et Doninum Bertochum impressam, viri docti memorare solent, quae, ex codice Bononiensi derivata, non modo plurimas lectiones misere corruptas exhibet, sed etiam infinitis operarum vitiis scatet. Mendas autem, quibus editio princeps pessime inquinata est, Bononiensis altera [a. 1498, Benedicto Hectoreo curante], quam Venetae [a. 1500 et 1501 a Christophoro de Pensis de Mandello editae] passim secutae sunt, Parisienses [a. 1500 per Gervasium Amoenum, a. 1511 et 1512 per Iod. Badium Ascensium et Iohannem Parvum, a. 1517 et 1519 per Aegidium Maserium], Romana [a. 1501], Iuntinae [a. 1503 et 1517, curante Barth. Fontio], Bononiensis tertia [a. 1504 cum I. B. Pii adnot.], Complutensis [a. 1524, cur. Laurentio Balbo] sive ex aliorum Vaticani apographorum auctoritate, sive ex virorum doctorum coniectura, plerumque sustulere, interdum vero auxerunt. Sed ex omnibus illius aetatis editoribus palmam Pio atque Aldo facile tribuimus. Primus enim omnium codicem Vaticanum 3277 ad Valerii Flacci carmen emendandum I. Baptista Pius adhibuit multasque editionum priorum maculas detersit, sed de his meritis non nihil detraxit ipse, cum, optimis libri Vaticani lectionibus plane neglectis, codices ab Italis interpolatos alicubi praeferret. Pii editionem, quae Bononiae a. 1519 prodiit, Engentina [Argentorati a. 1525], Colinaea [Parisiis a. 1532], Gryphianae [Lugduni in Galliis a. 1545 et 1548] fideliter imitatae sunt. Aldina vero, anno 1523 impressa, multis locis a prioribus editionibus discessit: vir doctus, qui ei praefuit, etsi saepius nimia violentia textum traditum mutavit, non nulla tamen vitia, quae priscae editiones receperant, feliciter correxit, sed utrum codicem aliquem necdum ab ullo inspectum adhibuerit an solo ingenio rem egerit, nullum nobis indicium reliquit.

Praeter editores, quos memoravimus, non nulli viri docti iis temporibus ad Valerii Flacci textum constituendum attenderunt, velut Pomponius Laetus [in marg. codd.], Ianus Parrhasius [in marg. exemplaris Bon. II. quod Neapoli in Bibl. Nat. adservatur], A. Politianus [in suis Miscellaneis. Venetiis 1502], A. Sabellicus [in suis Observationibus. Venetiis 1502], B.

Egnatius [in suis Racemationibus. Venetiis 1502], I. Scoppa [in suis Collectaneis, cap. XV], H. Barbarus [in Castig. Plin.], I. C. Scaligerus, F. Varranus, Alciatus, Beroaldus, Pierius etc.

Anno 1565. Antverpiae, editio celeberrima Ludovici Carrionis prodiit, qui, anno sequenti, ibidem, alteram Valerii Flacci editionem curavit. Libro illo manuscripto, quem nactus erat, in Argonauticis recensendis Carrio usus est, qua re compluribus locis lectionem genuinam feliciter restituit, saepius autem pro scripturis nulli suspicioni obviis interpolationes, quibus ille codex est depravatus, in textum recepit. Editiones, quae deinde insecutae sunt usque ad Heinsianam [Lugduni in Galliis a. 1604, Rothomagi a. 1612, Lugduni in Galliis, cur. Iusto Zinzerlingo, a. 1617, Coloniae Allobrogum cum notis Carrionis, Balbi, Schotti a. 1617, Lipsiae per Lampertum Alardum a. 1630], paucis tantum locis exceptis, vestigiis Carrionis institerunt.

Ea quoque aetate non defuerunt qui in Argonauticis recensendis versarentur, ex quibus praecipue sunt memorandi O. Giphanius [in Collectaneis ad Lucretium. Antverpiae a. 1566], L. Hortensius [in notis ad Lucanum. Basileae 1578], A. Turnebus [in suis Adversariis. Parisiis 1580], A. Schottus [in Observationibus humanis. Hanoviae 1624], C. Barthius [in suis Adversariis. Francofurti 1624 et al.], I. Fr. Gronovius [in suis Observationibus. Lugduni Batavorum 1662], Ph. I. Maussacus [in comm. ad Harpocr. Parisiis 1624], C. Salmasius [in Plin. exercit. Parisiis 1629], Santenius [in add. ad Propertium], H. Grotius [in notis ad Lucanum. Lugd. Batav. 1627], G. Vossius [in notis a Burmanno editis], I. Rutgersius [in var. lect.], I. Columbus, Francius, I. Meursius etc.

Anno 1680 Nicolai Heinsii editio Amstelodami impressa est, sed eius notae in Petri Burmanni editionibus [Traiecti ad Rhenum 1701, 1718, 1724, Leidae 1724] prodierunt. Complures codices [Vat. 3277, 1613, 1614, 1653, Oxon., Reg.] ad Argonautica recensenda is adhibuit, quorum subsidio plurimas scripturas, quas Carrio iniuria expulerat, in textum redire iussit, sed, nimia corrigendi libidine, sua de Valerio Flacco merita valde imminuit et, quamvis haud raro mendas, quibus textus pessime deturpatus esset, mira ingenii sagacitate sanaret, persaepe tamen ingenio magis lusisse quam poëtae verba restituisse visus est. Heinsii coniecturas e mero immutandi pruritu ortas Burmannus partim suo iure respuit, partim inconsulte recepit: ipse autem non nulla librariorum vitia egregie detersit, saepius vero verba recte tradita pessime immutavit. Ex recensione Heinsii et Burmanni, anno 1720, editio Patavina prodiit, quam Mediolanensis a. 1731 ac Veronensis a. 1776 imitatae sunt. Harlesius quoque [Altenburgi 1781], paucis locis exceptis, ubi, codice suo fretus, textum prave vexavit, Burmannum secutus est, neque aliter editio Bipontina a. 1786 atque Erfurtina a. 1805 se habuerunt. Anno 1805 editio I. A. Wagneri, commentario perpetuo instructa, prodiit, quae, si non nullos locos excipimus, passim Burmannianam expressit ac reliquis illius aetatis editionibus dux fuit. Parisiis enim a. 1811 A. Dureau Delamalle, a. 1824 N. E. Lemaire, a. 1828 I. I. A. Caussin, a. 1837 A. Huguet, a. 1843 Ch. Nisard, Gottingae a. 1824 G. H. Luenemann, Francofurti a. 1833 G. E. Weber, Londinii a. 1848 G. S. Walker novas Valerii Flacci editiones curaverunt atque Wagnerum fere ubicumque secuti sunt omnes, si Delamallium, qui, codicibus Vaticano 3277, Monacensi, Bononiensi usus, a vulgatis, etsi non semper feliciter, saepe discessit et Caussinum excipimus, qui interdum codicum scripturas recte restituit ac non nulla commenta egregie protulit.

Complures iis temporibus ad Valerium Flaccum emendandum se converterunt, inter quos digni qui memorentur hi sunt: I. Markland [in epist. crit. ad Harium. Cantabrigiae 1723 et al.], Brouhkusius [in epist. ad Burmannum data], R. Bentley [in epist. crit. ad Burm. data atque in Actis acad. Boruss.], Van Dorp [in suis Observ. Traiecti ad Rhenum 1769], G. Wakefield [in Comm. ad Lucretium. Glasguae 1813 et al.], M. Declerq [in Observ. ad Lucanum. Lugd. Batav. 1767-72 atque in Obss. sel. Lugd. Batav. 1777], Beck [in edit. Harles.

recens.], I. Pierson [in Verisimilium lib. Lipsiae 1831], P. H. Peerlkamp [in Comm. ad Verg. Aen. Leidae 1843 et in Mnemosyne X 1861], I. Ph. d'Orville [in Animadv. ad Charit. Lipsiae 1783], Heyne [ad Tibullum. Lipsiae 1777 et al.], T. Hemsteryius [ad Lucianum. Amstelodami 1743], Frenzelius [in Specimine obss. crit. 1800], G. Graevius [in marg. sui codicis], Vonk, Crusius, Schrader, Herelius, Nodell, Friesemann, Slothouwer, Weichert, qui etiam librum octavum Arg. Misniae a. 1817 edidit, Hermann, Klussmann, Haupt, Eyssenhardt, Ph. Wagner, Jacobs, Bosscha, Lennep, Wyttenbach, Ruhnken, Wassenberg, Arntzen, Waarenburg, Drakenborch, F. Oudendorp, G. H. Rupertius, T. Reinesius etc.

Georgius Thilo, cum in editione sua critica [Halis Saxonum 1863. Rec. Ph. Wagner in Neue Jahrb. für Phil. und Päd. LXXXIX p. 382-408. 1864, Fr. Eyssenhardt in Liter. Centralblatt p. 520. 1864] codicum potiorum, quos Pius, Heinsius, Delamalle carptim aut mendose descripserant, scripturas omnes diligentissime primus adnotasset atque in suis prolegomenis quae cuique libro manuscripto fides nobis tribuenda esset uberius ostendisset, optime de Valerio Flacco meritus est. Deinde Caroli Schenkelii editio insecuta est [Berolini 1871. Rec. E. Baehrens in Fleckeisen's Jahrbb. CV p. 197-204. 1872, Weishaupt in Wiener allg. Literaturz. p. 71-72. 1872, x in Liter. Centralblatt p. 1594-95. 1873], qui Thilonis vestigiis plerumque institit eiusque de codicibus sententiam novis argumentis confirmavit. Sed Thilo eiusque assecla Schenkl, qui codicem Vaticanum ducem unicum in Argonauticis recensendis habendum esse putaverant, non ubique sibi constiterunt et scripturas Vaticani recte traditas vel ex libris interpolatis vel suo ingenio uterque non numquam mutavit neque maculas, quibus Vaticanus scatet, omnes detersit. Omnium autem infelicissime in Argonauticis edendis Aemilius Baehrens elaboravit [Lipsiae 1875. Rec. C. Schenkl in Zeitschr. f. die oesterr. Gymn. XXVI p. 635-45. 1875, x in Lit. Centralblatt p. 1189-90. 1875, M. Bonnet in Revue critique p. 8-12. 1876], qui, nulla codicum ratione habita, viam ab Heinsio olim initam ingressus est: itaque, ut Heinsius, nulla necessitate cogente, plurimas lectiones pravissime mutavit, sed Heinsii merita non adsecutus est, etsi Vaticani scripturas, a Thilone ac Schenkelio neglectas, interdum restituit codicumque corruptelas rectissime, meo iudicio, non nullis locis sanavit. Petrus Langen quoque [Berolini 1896. Rec. C. Weyman in Blätter für das Gymnasial-Schulwesen p. 628. 1898, F. Skutsch in Deutsche Literaturzeitung p. 1597-98. 1898, H. Koesters in Neue phil. Rundschau p. 195-200. 1898, O. Rossbach in Berliner phil. Wochenschr. p. 1028-30. 1897, Fr. Leo in Götting. gel. Anzeigen, p. 953-76. 1897, P. Lejay in Revue critique d'histoire et de litter. p. 422-24. 1900, L. Valmaggi in Boll. di fil. class. p. 227-29. 1897, x in Liter. Centralblatt, p. 1100-01. 1897, Bohatta in Oesterr. Literaturblatt p. 141. 1898, C. Schenkl in Wochenschr. für class. Phil. p. 6-11. 1898, De la Ville de Mirmont in Revue de philologie p. 210-16. 1897, A. Zingerle in Zeitschr. f. die oesterr. Gymn. p. 37-39. 1898, G. B. in Journal des Savants p. 452. 1897], quamquam a Baehrensii violentia satis recessit, saepius tamen ad coniecturas violentiores confugit: sed quae in notis ad Valerium Flaccum explicandum, comparandum etc. protulit omni laude digna sunt. Denique I. B. Bury Argonautica recognovit [Londinii 1900. Rec. A. E. Housman in The classical Review p. 465-69. 1900, P. Rasi in Boll. di fil. class. p. 151-54. 1900, P. Lejay in Revue critique p. 45-49. 1901, Fr. Vollmer in Berliner phil. Wochenschrift p. 1291-94. 1900, I. P. Waltzing in Bulletin bibliogr. et pédag. du Musée Belge p. 69. 1901], qui apographa codicis Sangallensis ex A. C. Clarkii collatione iuris publici fecit: Thilonis ratione cauta in Valerii carmine emendando usus est et non nullas codicum scripturas restituit, sed melius de nostro poëta meritus esset, nisi quasdam praesertim doctorum Anglorum coniecturas supervacuas in textum recepisset.

Patefacta codicum memoria, plurimi post Thilonem ad Argonautica emendanda se contulerunt, quos in indice nostris prolegomenis praemisso memoravimus: ex his Meyncke, Koch, Haupt, Loehbach, Braun, Hirschwaelder, E. Reuss, Madvig, Koestlin, Sandstroem, Ellis, Damsté, Summers, Fr. Reuss, Postgate praesertim commemorandi sunt.

Complures Valerii Flacci versiones extiterunt. Argonautica enim in gallicum A. Dureau Delamalle [Paris 1811], I. I. A. Caussin [Paris 1828], Ch. Nisard [Paris 1843], in alemannum E. C. F. Wunderlich [Erfurt 1805], K. F. Wunderlich [in Jahns Archiv. 1848-50], M. Gürsching [I lib. Ansbach 1890], in hispanicum Iavier de Leon Bendicho y Qüilty [Madrid 1868], in suecanum P. Genberg [Lund 1842], in italicum sermonem M. Buzio [Milano 1731], M. A. Pindemonte [Verona 1776], G. Pirani [I lib. in Opuscoli religiosi. Maggio-Giugno 1883] converterunt.

Prima igitur aetate, ut quae cuique perspicua sint brevi complectar, apographa Vaticani ab Italis interpolata, integre regnaverunt, si Pium excipimus, qui ex Vaticano multos locos optime restituit; altera vero, qua codex Carrionis unus dux in Argonauticis emendandis habitus est, omnium aetatum infelicissima est censenda; tertia autem utrum Vaticano an Carrionis codici plus auctoritatis tribuendum esset viri docti non quaesiverunt atque Heinsii auctoritate permoti non nulla, ab eo deprompta, inconsiderate amplexi sunt; quarta denique, patefacta ex Thilonis aliorumque collationibus librorum memoria, quae cuique codici auctoritas sit tribuenda tum primum disceptari coeptum est: sed, ut antea, sic maxime hac aetate in eo peccatum est quod, cum codices foedius quam re vera corruptos putavissent, nullus fere versus extitit, quem viri docti coniecturis supervacuis ac violentis non vexarent.

Novam aetatem se initurum editor novus non profitetur, sed, cum quae inter libros manuscriptos ratio intercesserit quaeque singulis codicibus auctoritas sit tribuenda ex huius praefationis capite tertio clare pateat omnesque fere virorum doctorum coniecturae una cum codicum lectionibus in notis textui subiectis reperiantur, sperat fore ut viri docti scripturas codicum integras tueantur locisque corruptis meliore fortuna succurrant: quod si vel ex aliqua parte factum erit, non omnino opus perdidisse sibi videbitur.

CAPVT II.

Si unum Quintiliani locum [1]), ubi Valerii mors immatura lugetur, alterumque Iuvenalis [2]) excipimus, ex quo Valerium opus suum in publico recitavisse recte colligitur, nullum aliud testimonium de Valerio Flacco apud veteres reperire possumus; qua re de vita eius inter viros doctos valde disputatum est, nec multa sunt quae omni sane probabilitate constituere liceat.

Primum quidem de poëtae nominibus vehementer ambigitur.

Apud Quintilianum duo nomina tantum nostro poëtae tribuuntur, quibus in inscriptione [3]) codicis Parisini 7647 praenomen additur, sed in codice Vaticano 3277, in Monacensi, in codicis Sangallensis apographis *Setini Balbi* nomina [4]), quorum tamen non numquam ordo

[1]) Instit. orat. X 1, 90: multum in Valerio Flacco nuper amisimus.

[2]) Satur. I 7-11: Nota magis nulli domus sua, quam mihi lucus
Martis et Aeoliis vicinum rupibus antrum
Vulcani; quid agant venti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtivae devehat aurum
pelliculae, quantas iaculetur Monychus ornos.

[3]) Gaius Valerius Flaccus in primo Argonauticon.

[4]) G. Valerius Flaccus Setinus Balbus [Vat. 3277 lib. V; Monac. lib. I, II, IV, V, VI, VII, VIII], G. Valerius Flaccus Balbus Setinus [Vat. 3277 lib. II; Ottob. 1258 lib. I; Vat. 1613 lib. I], G. Valerius Flaccus Setinus [Vat. 3277 lib. IV, VI, VII, VIII; Monac. lib. III].

permutatur saepiusque alterum deest, invenimus, qua de causa ordinem nominum *C. Valerius Flaccus Setinus Balbus* ab Italis decimi quinti saeculi probatum omnes editores fere concorditer receperunt.

Heinsius autem nondum Flavianis temporibus usum adsciscendorum plurium cognominum agnominumque Romanis fuisse, nisi forte adoptionis vel hereditatis causa, et Valerium, si illa quinque nomina habuisset, a Martiale non *Flaccum* sed *Balbum* potius appellari debuisse existimavit, nomenque *Setini Balbi* ad grammaticum quendam, qui Valerii poëma emendasset recensuissetque, vel potius ad vetus exemplar pertinuisse, in cuius fronte nomen possessoris esset adscriptum, atque ab ignaris scribis in codicis inscriptione inclusum esse docuit. Quam sententiam I. A. Wagner, Delamalle, alii, ut nuperrime Harmand, sunt amplexi.

Lemaire contra *Setini Balbi* agnomina poëtae tribuenda eorumque ordinem invertendum esse putavit. Atque attulit causas tres, quarum una est quod inscriptio libri secundi codicis Vaticani litteris maioribus rubro colore exarata, cum diligentiorem librarii curam ostendat, fide dignior quam reliquae codicis inscriptiones maiusculis horridis atque incomptis scriptae pro certo habenda est, altera quod cognomen a regione ductum extremum locum obtinere solet, tertia denique quod in codicum subscriptionibus *Balbi* nomen saepius, *Setini* vero numquam deest. Quibus rationibus adductus ordinem nominum *C. Valerius Flaccus Balbus Setinus* poëtae tribuit eiusque opinionem Peters nuper redintegravit.

Tres igitur habemus de poëtae nominibus sententias inter se plane diversas, quae nobis singillatim excudendae sunt, ut, quid probabilius statui possit, clare atque evidenter ostendatur.

Ac primum quidem videamus utrum *Setini Balbi* nomina ad Valerium optimo iure referantur necne. Itaque, cum priore saeculo post Christum natum, ut ex inscriptionibus adhuc inventis satis patet, a Romanis plura agnomina adsumi coepta sint nec umquam, quod mox probaturi sumus, noster poëta Martialis amicus fuerit, argumenta ab Heinsio prolata omni sane auctoritate destituta mihi videntur; quibus de causis Heinsii coniectura pro nihilo ducenda est. Nonne enim mirum, quando omnia plane explicari possunt, ad coniecturam prorsus incertam confugere? Quapropter *Setini Balbi* nomina Valerio adscribenda esse sine ulla dubitatione confirmo. Deinde de nominum ordine disserendum est, quae controversia haud graves difficultates praebet. Neque enim uno vel altero exemplo [1]), ubi *Setini* nomen pro gentilicio est usurpatum, optimorum codicum auctoritatem infringi posse arbitror, quorum ex subscriptionibus hunc nominum ordinem *C. Valerius Flaccus Balbus Setinus* probabilius eliciendum esse in aperto est; qua re Lemairii sententiae libenter accedo, quae, quamvis in tanta testimoniorum inopia vix confirmari possit, praeter reliquas tamen veri similis mihi videatur.

Altera quaestio ad tempus, quo Valerius fuerit, pertinet. Ex Arg. I 12 sq. Valerium nostrum Vespasiano imperante paulo post Hierosolymam a Tito captam carmen suscepisse satis comperimus. Cum autem versus III 208-209, IV 507-509 ad illam montis Vesuvii eruptionem referri debeant opusque Quintilianeum circa annum XC compositum sit, Valerium intra annos LXXIX et XC post Christum natum obiisse recte colligimus, sed nihil accuratius definire possumus.

Quidam vero ex recentioribus, nimia coniectandi libidine, annum mortis Valerii ad amussim constituere voluerunt.

Schenkl enim Valerium primum librum anno LXXI recitasse atque ex epicorum poëtarum more unius anni spatium in singulis libris perficiendis consumpsisse arbitratus est: qua re, cum opus ob auctoris mortem immaturam imperfectum relictum esse ex communi opinione pu-

[1]) P. Setinus Lupercus. G. Henzen. Coll. inscript. lat. III p. 243.

taret, Valerium anno LXXIX interiisse censuit. Quam sententiam Loehbach. cum non nullos libri tertii quartique versus ad Vesuvii eruptionem anno LXXIX factam spectare primus recte vidisset, suo iure reiecit mortemque Valerii in annum LXXXVII vel LXXXVIII incidisse statuit. Baehrens autem, Heinsii opinionem secutus, qui Argonautica ob librarii incuriam vel gothicam direptionem sic mutila ad nos pervenisse putavit, poëtam opus integrum duodecim libris absolvisse existimavit annoque fere LXXXV mortuum esse contendit. Denique Peters, cum versus I 8-9 ad Petilii Cerealis in Britanniam expeditionem pertinere poëtamque anno fere LXXIV primum librum recitasse crederet, anno LXXXV vel LXXXVI Valerium decessisse diiudicavit. Quas omnes coniecturas, cum valde infirmis argumentis nitantur, in medio relinquimus.

Haud minor dissensio de Valerii Flacci patria exstitit.

Viri docti qui ante Thilonem Valerio curam operamque impenderunt, illum Flaccum, cui Martialis plura epigrammata inscripsit, nostrum poëtam fuisse arbitrati sunt. Quocirca ex Martialis I 61, 4; I 76, 2 plerique [Scardeonius [1]), Crinitus [2]), Heinsius, Burmannus etc.] Patavii poëtam natum esse docuerunt; reliqui autem [Corradinus [3]), Borrichius [4]), Vossius [5]), I. A. Wagner etc.], si Pium excipimus, qui nullo gravi argumento nisus, Valerium civem romanum fuisse affirmavit, Pignoriumque [6]), qui rem in medio reliquit: illi quidem, Setini cognomine freti, Setiae, in oppido Campaniae, Valerium natum esse, Patavii vero lares habuisse aut educatum esse iudicarunt.

Sed cum in suae editionis prolegomenis Thilo illa Martialis carmina ad Valerium nostrum nihil pertinere demonstrasset, Corradini de Valerii patria coniecturam omnes docti posteriores receperunt, in contrariam tamen sententiam praeeunte Schenkelio, qui propter duriusculum dicendi genus, poëtam Setiae, in oppido Hispaniae Tarraconensis vel Baeticae natum esse putavit.

Equidem nostrum poëtam Martialis consuetudine numquam usum esse satis persuasum habeo, sed prorsus alia ratione ac Thilo [7]) probare licet.

Epigrammata enim, in quibus Flaccum quendam Martialis memorat, haec sunt: I 57, 59, 61, 76, 98; IV 42, 49; VII 82, 87; VIII 45, 56; IX 33, 55, 90; X 48; XI 27, 80, 95, 98, 100, 101; XII, 74 [ed. Friedlaender. Lipsiae 1886]: sed Flacci patria duobus tantum locis indicatur:

I 61. Verona docti syllabas amat vatis
Marone felix Mantua est,
censetur Apona Livio suo tellus
Stellaque nec Flacco minus.
I 76. O mihi curarum pretium non vile mearum
Flacce, Antenorei spes et alumne laris.

[1]) Cfr De urbe Patavii lib. I, class. III, p. 55.

[2]) Cfr De poëtis latinis lib. IV, cap. 66.

[3]) Cfr De civitate et ecclesia Setina cap. I, p. 7, Romae 1702; cfr etiam De veteri Latio tom. II, lib. II, cap. 23. Romae 1705.

[4]) In Burmann. edit. praefatione. Leidae 1724.

[5]) Cfr De poëtis latinis cap. III.

[6]) Cfr De originibus Patavinis p. 113.

[7]) Quae enim Thilo, ut Scardeonii opinionem refelleret, in suis prolegomenis congessit paulo debiliora sunt. Facile quidem de rationibus ad ep. I 76 adductis cum eo consentio, sed argumentum, quod ad ep. IV 49 attulit, admodum infirmum est: quae denique ad ep. VIII 56 disputavit, cum liber octavus post Valerii mortem confectus sit, plane insulsa mihi videntur.

Quae carmina ad Flaccum eundem pertinere ex patria Patavina in utroque commemorata recte colligitur: ad Valerium nostrum autem non esse referenda quo probetur, unum argumentum, sed certissimum in promptu est. Transeamus enim ad ep. IX 55, X 48: in hoc [1]) Martialis Flaccum, Stellam, alios ad se vocat, in illo [2]) autem Flacco Stellaeque turdos, quos iis paraverit, se donaturum negat. Carmina igitur I 76, IX 55, X 48 ad eundem Flaccum, Stellae ac Martialis familiarissimum, quin referantur minime dubito: cum autem Martialis librum nonum decimumque post Valerii mortem composuerit, Flaccum illum, qui in ep. I 61, 76; IX 55; X 48 memoratur, cum poëta nostro nihil commune habuisse plane consentaneum est.

Itaque, si nullum de Valerii patria testimonium apud Martialem reperire possumus, Corradini sententia satis probabilis existimanda est.

Reliqua vero Martialis carmina utrum ad eundem Flaccum referenda sint necne diiudicare non audeo, ex quibus tamen, si forte ad nostrum poëtam pertineant, nihil aliud quam Valerium Amazonico puero valde delectatum esse [3]), discere possumus.

Quae igitur de Valerii aetate, loco, moribus, singillatim ac distincte, Martialis testimonio freti, viri docti congesserunt omni sane auctoritate carent: nihil aliud enim nisi nostrum poëtam ex quindecimviris sacris faciundis fuisse [ex Arg. I 5-7] compertum habemus.

Itaque, ut, quae de Valerii vita constituta sint, breviter amplectar, poëta *C. Valerii Flacci Balbi Setini* nomina fortasse habuit; Setiae, in urbe Campaniae, verisimiliter natus est; ex quindecimviris fuit; intra annos LXXIX et XC post Christum natum immature obiit.

CAPVT III.

Tres sunt codices quos viri docti ad Valerii Flacci textum constituendum praecipue adhibuerunt: Vaticanus 3277 [V], Sangallensis [S], Carrionis liber [C]. Ex his Vaticanus tantum in nostra saecula pervenit, sed Sangallensem ex eius apographis et Carrionis librum ex scholiis castigationibusque in editionibus Plantinianis textui adiectis cognitos satis habemus. Quos codices quemadmodum ars critica adhibere possit ut probemus, de eorum condicione nobis disserendum est.

Vaticanus 3277, membranaceus, saeculo nono scriptus, omnium Valerii Flacci codicum antiquissimus est. Ex ultimae Germaniae coenobio quodam Romam in Fulvii Ursini bibliothecam olim allatus, postea in Vaticanam venit: anno 1797 a Francogallis surreptus, bibliothecae Parisiensi aliquamdiu fuit, unde Vaticanae restitutus est. Ad Argonautica recensenda Pius, Heinsius, Delamalle eum adhibuerunt, deinde Thilo codicis speciem externam descripsit omnesque lectiones diligenter adnotavit.

Antequam de Vaticani codicis condicione singillatim loqui instituam, mihi repetendum est, quod supra dixi, eum reliquis Argonauticon codicibus vetustate valde praestare. Huc accedit quod librarii indocti, qui Vaticanum exararunt, ab interpolationibus omnino se abstinuerunt:

[1]) v. 5. Stella, Nepos, Capi, Cerialis, Flacce, venitis?
[2]) v. 2. dum Stellae turdos, dum tibi, Flacce, paro.
v. 8. nec Stellae turdos, nec tibi, Flacce, dabo.
[3]) Ep. IV 42. Si quis forte mihi possit praestare roganti,
audi, quem puerum, Flacce, rogare velim.
. . . .
« Talis erat » dicis « noster Amazonicus ».
Namque ex ep. I 57, 59, 98; IV 49 nihil de Valerii rebus discimus; reliqua autem carmina, Flacco cuidam inscripta, post nonagesimum annum p. Chr. n. confecta sunt.

corruptiones igitur, quibus codex saepissime est adfectus, ab incuria et scribarum festinatione tantum exortae sunt.

Atque primum quidem, ut codicis corruptelas generatim distribuam, Vaticanus permultis versuum ac verborum lacunis deformatus est. Hi versus enim desunt: I 45, 830; II 240, 566; III 77; VI 79; VII 579, 580, 633; VIII 73 [1]). Verborum autem lacunas hoc modo explendas censeo: I 16 *iam* [add. m=Monacensis codex], 68 *ut* [C], 132 *ipsa* [Baehrens], 202 *ego* [m], 227 *nimia* [Hartel], 250 *o* [Burmannus], 608 *at* [S], 732 *ab* [V_1], 750 *in* [m], 811 *nati* [m]. II 167 *tum* [S], 227 *manu* [Burmannus], 271 *in* [Baehrens], 318 *est rumor* [Caussin], 322 *hospita* [C], 500 *nube* [V_1], 535 *bellua* [C], 632 *per* [S]. III 143 *et* [B=Bononiensis codex, T = Vallettae codex], 297 *potius* [C], 462 *celsis* [C], 518 *ad* [T], 521 *et* [V_2], 638 *in* [C]. IV 4 *se* [m_2], 29 *toros* [Burmannus], 64 *optime* [m], 119 *tum* [V_1], 149 *et* [S], 183 *et* [Heinsius], 327 *o* [V_1], 352 *in* [Heinsius], 388 *cantu* [T], 396 *nec* [T], 417 *phari* [C], 624 *et* [C], 682 *Iuno* [T]. V 11 *caput* [T], 72 *diras* [Loehbach], 197 *placidus* [C], 215 *ut* [Heinsius], 233 *o* [Pius], 287 *magnus* [Baehrens], 410 *per* [C], 440 *per* [C], 605 *quae* [C], 645 *ast* [Bon. II = ed. Bononiensis a. 1498]. VI 300 *natum* [Loehbach], 666 *sensere* [C], 674 *in* [V_1], 756 *in* [Pius]. VII 24 *levis* [C], 46 *me* [C], 80 *ne* [T], 174 *quin* [Heinsius], 201 *casus* [T], 421 *me* [C], 448 *si* [Heinsius], 452 *in istis* [Thilo], 501 *sim* [Aldina], 505 *me* [V_1], 578 *et* [m_2]. VIII 39 *iam* [m], 83 *venenis* [m], 136 *se* [ego], 170 *est* [m], 214 *iam* [T], 228 *victor* [m], 453 *tenui* [Baehrens], 459 *gloria magni* [Iunt. I = ed. Florentina a. 1503], 466 *quaerere* [Heinsius]. Contra versus et verba plane aliena non numquam in textum inclusa sunt: III 58 *ab.* IV 38 *fruitur*, 585 *per.* V 151 *et*, 392 *vicorsa.* VI 29 *ite*, 372 *et iam.* VII 93 *et*, 202 totus versus, 453 *te.* VIII 286 *et.* Denique ordo sive versuum sive verborum saepius perturbatus est: v. I 56 post v. 64 legitur [corr. m], v. 303 post. v. 308 [corr. C], vv. 383-90 post v. 410 [corr. Kennerknecht], v. 815 post v. 822 [corr. Iunt. I]. v. III 10 post v. 25 [corr. Ald.]. v. 310 post v. 272 [corr. Thilo], v. 404 post v. 405 [corr. T]. v. IV 209 post v. 213 [corr. Schenkl]. v. V 407 post v. 426 [corr. Bon. II]. v. VI 68 post v. 102 [corr. Caussin], v. 228 post v. 245 [corr. m.], vv. 284-91 post v. 275 [corr. Thilo], v. 295 post v. 296 [corr. Meyncke]. vv. VIII 154-85 post v. 365 [corr. Bon. II], v. 441 post v. 459 [corr. Lemaire]. IV 428 *yphoides arpyiae* [transp. C.] VI 165 *volucrus clamor* [transp. Schenkl]. VII 546 *ultro en* [transp. m].

Aliud testimonium neglegentiae ac librariorum festinationis sunt litterae principes et mediae et ultimae verborum haud raro praetermissae.

In principio [2]) saepe una littera [3]) omissa est: I 149 *atus* [corr. S], 153* *castum* [V_2S], 673 *ras* [V_1]. II 137 *xesam* [T], 186 *victaque* [m], 306 *am* [V_1], 327* *celerisque* [C Ox=cod. Oxoniensis], 439* *amothraca* [C]. III 48* *emorum* [T], 259 *gmine* [V_1], 481 *andentior* [M=cod. Matritensis], 703* *atque* [Thilo]. IV 92 *ingentibus* [Barthius], 111* *in* [C], 180 *remibunda* [Ox], 428 *yphoides* [C], 721 *regit* [Bon. I=edit. Bononiensis a. 1474]. V 156 *itania* [T], 534

[1]) Foliis quibusdam post decimum quintum saeculum excissis [in apographis enim leguntur], hi versus quoque desunt: III 146-85; VI 439-76; VII 322-59; VIII 88-125, 136-53, 366-85. Praeterea post II 328 non nulla temporum iniuria exciderunt.

[2]) Iis locis, quos asterisco notavi, littera initialis eo omissa est quod verba praecedunt in eandem litteram exeuntia.

[3]) Littera, quae est h, haud raro elisa est: I 210 *orrenda*, 405 *astis*, 415 *aut*, 489 *aut.* II 331 *ac*, 335 *ortatur*, 361 *aut*, 412 *orrida*, 428 *arenis.* III 48 *oris*, 272 *eu*, 292 *ospitio*, 414 *aut.* IV 45 *alcyonis*, 92 *oris*, 245 *orrendosque*, 428 *arpyiae.* V 311 *oras.* 354 *aut*, 357 *Enioche.* VI 125 *aut*, 145, 152 *onor*, 238 *ostes*, 309 *ac*, 312 *aut*, 564 *arundine.* VII 57 *aut*, 60 *aud*, 196 *ospite*, 378 *oror*, 416 *aut*, 500 *oras*, 588 *aeret*, 603 *asta.* VIII 38 *aut*, 170 *ospitis*, 354 *aut.*

ali [C]. VI 135* *erga* [m], 234 *quis* [m], 428* *cythiamque* [T], 511 *ongis* [m]. VII 11 *uos* [Tm_2], 43* *siam* [V_1], 180 *aedas* [T], 288* *it* [V_1], 535* *qualentem* [T]. VIII 239* *acer* [m], 390 *more* [Bon. II]. Non numquam duae litterae sunt elisae: I 141 *racia* [N = Vaticanus 1653]. II 103 *reti* [mN], 346 *gina* [V_1], 495 *t* [V_1]. III 204 *legum* [m_2]. V 207 *verenda* [Heinsius], 320 *exorabile* [m_2]. VI 170 *verberat* [T]. VII 551 *in* [Heinsius], 584 *cendia* [m], vel tres: IV 573 *peranda* [T]. VI 573 *guinis* [m].

Paulo saepius in fine una littera omissa est [1]): I 10 *habent* [corr. m_2], 133 *Achille* [Thilo], 149 *Aeson* [m], 361 *amplexu* [m], 384 *tu* [m], 385 *hae* [m], 414* *mari* [T], 528 *don* [S], 593 *pyragmo* [CM], 737 *nepote* [m], 759* *si* [S], 774 *nova* [T], 822 *removente* [Pius]. II 6* *freti* [C], 32 *iniecta* [Ox], 47 *hau* [S], 108 *puppe* [m], 117 *canente* [T], 139 *insomni* [V_1], 219 *sista* [Vb], 230 *sev* [Tm_2], 290 *inani* [Schenkl], 319 *rexiss* [S], 384 *hae* [T], 405 *si* [C]. 426 *tristi* [m], 477 *idae* [C], 502 *sinu* [C], 545 *ovant* [Bon. I], 609 *vultu* [S], 629 *orbe* [S]. 651* *iube* [M]. III 10 *prima* [C], 33* *leve* [S], 65 *these* [S], 95 *clamor* [T], 101 *amne* [S]. 102 *spumante* [S], 191 *nealce* [m], 246 *quo* [m], 251 *suprema* [S], 449 *abolet* [M], 515 *indecore* [C], 543 *prole* [m], 623 *qui* [Heinsius], 624 *consulit* [T], 643 *fera* [S], 663 *adfor* [T]. 681 *soli* [M], 714 *vir* [S], 726 *tot* [M]. IV 38 *fruente* [T], 50 *amen* [m]. 85 *sacerdo* [T], 113* *miseri* [Burmannus], 145 *manu* [S], 188 *e* [V_2], 213 *rege* [T], 214 *caestu* [C], 215 *qui* [Heinsius], 316* *celere* [T], 334* *conecti* [T], 387 *heu* [Burmannus], 420 *nostro* [Tm_2], 550 *ce* [Pius]. V 69* *laetu* [m], 93 *quatere* [T], 175 *umbra* [Tm_2], 221* *monstriferi* [T], 236 *labe* [V_1], 260 *territa* [T], 269 *qui* [Heinsius], 281* *varia* [T], 287 *aegid* [m], 307 *sanguine* [Tm_2], 507 *invideri* [Tm_2], 562 *urbe* [m], 584 *choaspe* [C], 606 *umbra* [m], 662 *nulla* [Tm_2], 665 *num* [Carrio]. VI 2 *ne* [m], 40 *angue* [Tm_2], 74 *luco* [Heinsius], 169 *phlegra* [m], 207 *hasta* [T], 251 *subi* [m]. 308 *refer* [T], 312 *terere* [T], 319 *amne* [m], 347 *hasta* [Carrio], 523 *spiranti* [V_2], 554 *amastri* [Bon. II], 637 *hypetaon* [m], 676 *soro* [V_1], 717 *hau* [T], 739 *iba* [m]. VII 6 *vario* [Tm_2]. 52 *u* [V_1], 149 *horrison* [T], 178 *Aesoni* [T], 286 *patrio* [m], 295 *tor* [m], 517 *Aeoli* [H=Harlesii codex], 523 *angue* [m], 524 *umbra* [m], 642 *ne* [T]. VIII 167 *ne* [T], 227 *coniugi* [T]. Interdum duae litterae elisae sunt: I 92 *petie* [V_1], 151 *haci* [V_1], 214 *pecto* [V_1]. 232 *lubri* [S], 406 *expres* [m], 603 *structaeq* [S], 726 *thyone* [S]. II 346 *medi* [Heinsius], 411 *a* [C]. 424 *ve* [m]. III 313 *mune* [S], 603 *ostende* [V_1]. IV 73 *super* [T], 131 *linque* [m], 155 *concurre* [S]. VI 714 *iamq* [Carrio]. VII 39 *sor* [T], 267 *occurre* [m], 625 *iter* [T]. VIII 180 *crasti* [m], 318 *sed* [Tm_2], 436 *ce* [Tm_2], 445 *redde* [Tm_2], vel tres: I 19 *mit* [T], 155 *matri* [V_1], 495 *i* [m]. IV 49 *vo* [V_1]. VI 648 *venis* [C]. VII 83 *magis* [C], 614 *he* [m]. VIII 8 *anti* [m], vel quinque: I 497 *inmens* [m]. V 453 *ali* [m]. VII 635 *atto*]Carrio], vel denique sex: VII 392 *sepu* [m] [2]). Haud raro copulativa — *que* praetermissa est: I 283 *totidem* [P=Vaticanus 1613], 678 *equis* [N], 695 *rapto* [S], 778 *inpatiens* [P], 845 *chori* [M]. II 150 *usto* [T], 191 *cui* [M], 301 *taurorum* [m], 390 *pelago* [S], 419 *mediae* [P], 643 *populis* [ego]. III 48 *belli* [T]. IV 194 *contra* [S], 638 *propior* [Tm_2], 762 *praeda* [T]. V 105 *pallentem* [C]. 397 *patrium* [Tm_2], 688 *amborum* [Carrio]. VI 3 *tandem*]Tm_2]. 112 *latratu* [Tm_2], 350 *arma* [m], 506 *herent* [T], 662 *eadem* [m], 725 *cladem* [m], 748 *paulum* [C]. VII 83 *ionius* [C]. 380 *horret* [Tm_2]. 403 *nemoris* [m]. VIII 52 *oculis* [m]. 274 *una* [m], 284 *decuit* [Koestlin]. 362 *maestas* [Thilo], 389 *maiora* [m]. Denique in medio saepissime una littera elisa

[1]) Iis locis, quos asterisco notavi, littera finalis ab initiali verborum sequentium absumpta est.

[2]) His locis finales versuum litterae elisae sunt: I 19. 133. 528. 583. 726. 737. II 117, 545, 609, 629. III 101, 131, 191. IV 38. 50. 85. 213. V 175, 562. 584. 606. VI 40. 169. 207. 319, 347. 554. VII 83. 392. 523. 524, 614.

est [1]): I 18 *magistrs* [corr. T], 93 *agum* [V_1], 192 *pingua* [S], 204 *pigui* [V_1], 211 *apicio* [V_1], 331 *potumque* [S], 349 *cevice* [S], 352 *trastris* [S], 361 *altibus* [S], 424 *thessalio* [Bon. II], 429 *Tageton* [T], 449 *Boebede* [T], 470 *inpeditur* [m_2], 535 *hic* [Balbus], 557 *clastra* [S], 644 *Tyraeque* [V_1], 709 *Acati* [S], 819 *ferebat* [S], 828 *renti* [V_1]. II 28 *torqentemque* [V_1], 86 *poenaque* [S], 121 *spernunque* [V_1] 165 *Thessaeque* [T], 167 *una* [Iunt. I], 184 *tuc* [V_1], 186 *marum* [V_1], 203 *adstrito* [V_1], 211 *sigultantia* [V_1], 224 *temtare* [V_1], 229 *coniux* [V_1[, 241 *igntaeque* [V_1], 243 *ora* [Heinsius], 247 *inrueant* [m], 263 *fata* [Par. = codex Parisinus], 275 *ponus* [T], 297 *rena* [V_1], 300 *fuit* [V_2], 321 *referns* [T], 326 *Gris* [M], 328 *Cyherea* [V_1], 332 *cuus* [V_1], 341 *conviva* [S], 342 *tyro* [V_1], 345 *santum* [V_1], 345 *colliit* [V_1], 356 *dus* [V_1]. 365 *fratibus* [T], 367 *viet* [V_1], 368 *logus, flutibus* [V_1], 376 *faudataque* [S], 390 *voat* [V_1], 408 *lacrimas* [T], 412 *danque* [V_1], 413 *refuit* [V_1], 421 *adiunger* [V_1], 459 *frangetem* [V_1], 478 *pono* [T], 479 *monibus* [m], 532 *rentem* [V_1], 537 *ullarunt* [T], 589 *costitit* [T], 594 *simillia* [T], 595 *Aelios* [m], 624 *Lamsacus* [Tm_2], 639 *haeres* [m]. III 29 *montra* [V_1], 33 *spargebat* [V_1], 34 *religat* [T], 47 *Mydoniae* [T], 59 *liquens* [T], 78 *volas* [V_1], 85 *sanguinae* [T], 92 *rientem* [S], 121 *masere* [S], 122 *idem* [Tm_2], 138 *Echelum* [Thilo], 193 *virbus* [T], 237 *lonum* [T], 250 *abrupere* [T], 284 *aceram* [V_1], 290 *hbet* [V_1], 296 *esset* [m], 359 *arcos* [R = codex Regius], 382 *exiere* [m], 436 *glaucaque*]SC], 448 *peremti* [T], 606 *magoque* [V_1], 622 *nedum* [M], 640 *prensaque* [T], 659 *tuusque* [m_2], 674 *moralia* [V_1], 730 *ilcet* [V_2], 734 *temtet* [V_1]. IV 39 *istat* [S], 72 *camoribus* [V_1], 75 *respicies* [V_1], 104 *Cycoples* [T], 118 *infelx* [T], 195 *amem* [m], 241 *fontis* [Tm_2], 266 *cevice* [V_1], 309 *sanguinaeque* [T], 326 *fessaque* [m], 336 *feta* [T], 432 *qondam* [T], 437 *nostrique* [m], 440 *leges* [T], 516 *patem* [V_1], 531 *ducis* [Tm_2], 582 *Agnoride* [V_1], 598 *ququе* [V_1], 643 *instat* [Iunt I], 652 *peculerat* [V_1], 684 *coniux* [V_1], 719 *fluusque* [Bon. I], 750 *monsto* [V_1]. V 52 *superat* [m], 61 *frondes* [Heinsius], 66 *redire* [V_1], 114 *Phogiumque* [Bon. II], 225 *Phixus* [T], 236 *luctuque* [V_1], 262 *infastum* [T], 265 *tua* [m], 332 *lustralia* [T], 370 *luciferas* [Burmannus], 385 *hospia* [m], 416 *hic* [Heinsius], 452 *nodum* [T], 460 *Phontis* [Pius], 461 *Aeoliae* [Bon. II], 538 *defedite* [T], 589 *repicit* [T], 620 *Minys* [Tm_2], 645 *cara* [C]. VI 9 *coire* [m], 67 *Gangarium* [V_1], 68 *nivemque* [m], 72 *conibus* [V_1], 163 *ait* [V_1], 182 *iuxere* [T], 202 *cupidis* [T], 232 *coire* [Tm_2], *fremituque* [T], 276 *nullique* [V_1], 317 *Cathe* [V_1], 331 *plustri* [T], 399 *retorquet* [Columbus], 413 *tendutur* [T], 416 *vicera* [T], 425 *patiturque* [m], 428 *premebat* [T], 495 *Persia* [m], 571 *pari* [V_1], 607 *autumi* [T], 614 *luxurias* [T], 616 *fuit* [m], 698 *spagit* [m], 706 *ait* [C], 753 *exemplo* [T]. VII 91 *vesta* [m], 93 *uruete* [V_1] 112 *referque* [T], 143 *hic* [T], 171 *alierum* [T], 186 *am-*

[1]) Littera, quae est h, interdum elisa est: I 130 *Tyrreni*, 139 *cęlin*, 374 *Erymantei*, 392 *coturno*, 437 *Aetalides*, 576 *Tyrrenaque*, 644 *Pariae*. II 86 *baratri*, 259 *corus*, 371 *talamis*. III 20 *baccata*, 35 *rundace*, 118 *clamis*, 125 *Plegyas*, 192 *Canti*, 666 *Inaciis*. IV 380 *exorruit*, 616 *Pasidis*. V 141 *Calybum*, 277 *Tessalus*, 468 *iniantia*, 477 *Creteus*, 512 *clamidem*, 540 *Calybs*, 565 *corus*. VI 52 *exorruit*, 70 *Radalo*, 248 *toracibus*, 406 *Tybris*, 758 *palangas*. VII 83 *Tyrrenus*, 113 *Pariaeque*, 153 *Colcida*, 288 *exorruit*, 613 *palanx*. VIII 461 *Caonio*. Saepe autem verba inde labem traxerunt quod e geminis litteris altera omissa est: I 132 *pala*, 183 *gresus*, 201 *reperit*, 208 *vitamque*, 258 *brachia*, 401 *sagitas*, 421 *brachia*, 742 *varis*. II 227 *presere*, 254 *Bachi*, 262 *lasatas*, 292 *pupi*, 358 *Iupiter*, 411 *praesit*, 541 *pupem*. III 13 *Thesala*, 91 *Iupiter*, 140 *Teleconta*, 401 *anos*, 459 *pupem*, 471 *teritus*, 488 *deseruise*. IV 14 *Aetae*, 211, 263, 303 *brachia*, 493 *patrique*, 694 *disiluisse*. V 279 *retulerat*, 317 *Aeten*, 391 *operiens*, 398 *suplex*, 480 *Thesalicis*, 553 *Aetes*, 569 *subisse*, 622 *Thesalicae*. VI 289 *sugere*, 326 *brachia*, 620 *brachiaque*, 691 *Aetia*. VII 89 *Aeta*, 193 *oculta*, 301 *Bachus*. 304 *acipit*, 440 *patris*, 445 *Aetida*, 446 *suplex*. 565 *Aetia*, 640 *Aetes*. VIII 11 *Aeta*, 44 *suplex*, 74 *similime*, 240 *opida*, 315 *oculit*, 350 *Aeta*.

plexuque [Bon. II], 275 *seret* [m], 361 *languscit* [V_1], 363 *sangus* [T], 406 *auter* [T], 422 *cupide* [T], 438 *sps* [T], 468 *funera* [T], 479 *spctabo* [T], 490 *quiquam* [m], 512 *nuc* [V_1], 519 *arbre* [T], 539 *sps* [V_1], *una* [Maserius], 560 *oribus* [m], 567 *corsci* [V_1], 583 *facta* [Pius]. VIII 8 *carsit* [m], 131 *ait* [m], 165 *erat* [T], 288 *furat* [T], 299 *prospctat* [T], 302 *amant* [m], 333 *ait* [m], 339 *magns* [V_1], 386 *urgunt* [T], 436 *consila* [T]. Interdum duae litterae elisae sunt: I 8 *Cadonius* [V_1], 119 *auxiis* [V_1], 126 *brahia* [T], 139 *Aedes* [V_1], 578 *praete* [m]. II 3 *sit* [V_1], 15 *repentibus* [Tm_2], 106 *similma* [T], 202 *paterque* [m], 237 *effuunt* [V_1], 331 *veris* [m], 336 *Vulcaque* [V_1], 347 *vintur* [V_1], 352 *Hypsile* [T], 362 *flagat* [T], 374 *invigans* [Tm_2], 383 *habire* [S], 403 *dedure* [V_1]. III 68 *triamque* [m], 236 *frore* [m], 516 *pritiae* [M], 640 *splex* [T]. IV 145 *hosta* [m], 195 *fditus* [V_1], 282 *sterant* [Tm_2], 433 *accere* [m]. V 278 *mirata* [T]. VI 205 *monstrat* [m], 291 *eam* [Baehrens], 637 *magnimos* [m], 746 *stridensque* [m]. VII 21 *tumque* [Loehbach], 210 *redit* [V_1]. vel tres: V 651 *mura* [m]. VIII 287 *frondibus* [m].

Contra litterae omnino alienae haud minus saepe in textum intrusae sunt.

In principio una littera interdum verbis addita est: I 113 *grueret* [corr. m], 219 *numeris* [T], 539 *tequis* [V_1]. II 135 *dabit* [Tm_2], 335 *cantra* [m], 343 *istat* [m_2], 464 *flumina* [Parrhasius], 467 *aliquidi* [C]. III 254 *aversique* [C], 367 *sacerque* [C], 502 *faciemque* [Bon. II.], 661 *classant* [C]. IV 174 *nulla* [B], 206 *eo* [S], 208 *ignara* [m_2], 251 *opotes* [V_1], 298 *velatus* [Heinsius], 404 *ignara* [T], 545 *rhoc* [T], 753 *vultus* [C]. V 142 *isonat* [T], 364 *sedere* [Gronovius], 408 *blimina* [T], 523 *causa* [T], 597 *inulla* [T], 619 *sarctoa* [T]. VI 608 *gregna* [T]. VII 130 *inec* [T], 233 *tibi* [Tm_2]. VIII 126 *captans* [T], 268 *tremeat* [T], 387 *ese* [Tm_2], vel duae: II 319 *iniunctis* [S], 455 *resonat* [S]. VIII 161 *tothessalicis* [T].

Haud raro in fine una littera addita est [1]: I 214* *amplexus* [corr. Heinsius], 297* *Alcimedes* [Bon. I], 312* *hic* [Tm_2], 337* *crateram* [C], 410 *tunc* [Carrio], 538 *tanain* [Bon. II], 632* *pelagis* [S], 761 *acuatu* [T], 785* *terrificis* [TN], 819 *sonitus* [S]. II 5 *neu* [Heinsius], 30 *adesit* [m], 47* *viris* [T], 67* *quos* [P], 69 *muneres* [S], 121* *primis* [T], 179* *agis* [C], 236 *domos* [Heinsius], 267 *tacitas* [T], 292 *possunt* [P], 294* *furtis* [R], 356 *morasi* [T], 412 *viridis* [Barthius], 444* *sola* [m], 457* *viris* [T], 519 *Idem* [R], 565 *infers* [S], 627* *urbes* [S]. III 15* *tum* [S], 94 *metus* [S], 216* *rabiem* [Tm_2], 293 *extinguinea* [V_1], 346 *parentis* [Madvig], 361 *Nilis* [T], 433 *recentis* [m], 482 *longasi* [T], 487* *polis* [m], 503 *refert* [BT], 538 *vidistis* [m], 546* *iuvenis* [T], 683 *talis* [Bon. II]. IV 8* *viros* [Heinsius], 42* *voces* [T], 125* *nec* [Carrio], 167 *fulmineam* [T], 298* *tunc* [Bu = Burmanni codex], 336 *refers* [T], 641* *auditis* [Maserius]. V 37 *voces* [m], 61 *et* [Heinsius], 94 *umbram* [Heinsius], 104 *Inopia* [Maserius], 286 *fortes* [m], 378 *adest* [m], 419* *clades* [T], 446 *coniunxi* [T]. VI 124 *temnita* [m], 139* *manum* [Pius], 253* *ponet* [T], 328 *quam* [Tm_2] 357 *arreptos* [T], 363* *hic* [T_1], 523 *premiti* [T], 586 *miseraeq* [T_1]. VII 129 *profugat* [T], 207* *tauris* [T]. 240 *ii* [Tm_2], 245 *reponem* [T], 364 *harpeni* [T], 482 *munerat* [T], 503 *mea* [Heinsius], 524* *hemoniis* [T_2], 532 *nostris* [m_2], 592 *fessos* [m], 604 *ac* [Thilo], 612 *quatit* [C]. VIII 165 *cura* [Tm_2], 189 *quaem* [m]. 423 *his* [Pii codices]. Nonnumquam duae litterae additae sunt: III 412 *adhibere* [m_2]. IV 593 *accingere* [m]. V 360 *necte* [Tm_2], vel tres: III 444 *nemorumque* [S], vel denique quattuor: VII 599 *noctemquae* [Tm_2].

Saepissime autem una littera in medio addita est: I 1 *nautis* [N], 14 *facies* [V_1], 17 *polyi* [m], 58 *propiorque* [m_2], 64 *vellerea* [V_1], 146 *Auctora* [C], 174 *stat* [P], 228 *Idimon* [P], 285 *discendere* [m_2], 386 *vincerat* [m], 387 *natium* [Tm_2], 393 *forontem* [V_1], 401 *morture*

[1]) Iis locis, quos asterico notavi, littera finalis ex initiali verborum sequentium addita est.

[Bon. I], 527 *pandi* [S], 547 *propriorque* [B Bu], 583 *Acamans* [T], 617 *tronitru* [m], 721 *nequicquam* [Carrio], 816 *procula* [S]. II 61 *monstrant* [Vossius], 130 *fringis* [m], 165 *regnant* [Tm_2], 169 *visumque* [T], 185 *urbere* [T], 226 *magior* [Vb], 258 *diei* [T], 271 *tumenant* [V_1], 283 *accendere* [T], 288 *hunc* [T], 368 *arcent* [C], 379 *penricula* [V_1], *poniti* [T], 407 *erego* [V_1], 431 *transitaque* [T], 457 *instanre* [T], 458 *taturus* [T], 594 *fastisque* [m_2]. III 40 *angens* [Tm_2], 50 *sibilia* [P], 64 *fastis* [m], 137 *faciem* [M], 194 *faciem* [S], 209 *Vesubius* [m_2], 275 *strange* [T], 335 *vernatrix* [T], 342 *regni* [T], 454 *ingravat* [Ox], 479 *Amphionia* [T], 482 *rincerat* [S], 597 *certant* [V_1], 629 *caoetu* [T], 638 *dicitis* [V_1], 639 *inplorant* [Tm_2], 688 *stat* [Tm_2], 690 *Oeonides* [T]. IV 7 *angxia* [V_1], 52 *tenebris* [T], 170 *frando* [m], 191 *hanc* [T], 200 *gigans* [T], 285 *instimulant* [Iunt. I], 299 *truncis* [S], 337 *dixierat* [T], 357 *Inachaiae* [m], 362 *caraxe* [m], 392 *ibant* [m], 514 *proprioris* [Bon. II], 724 *inveniat* [Pii codices], 725 *hiemiem* [T]. V 35 *Aesonidus* [m], 51 *Aeta* [R], 105 *Cromanae* [Heinsius], 125 *mediumque* [m_2], 237 *vellerea* [T], 417 *adgeminans* [m], 422 *trepidaeque* [Pius], 423 *otila* [m], 438 *torto* [C], 484 *cremantia* [Gronovius], 529 *moverint* [T], 546 *leuet* [m_2], 596 *est* [T], 605 *magnus* [C], 641 *luctus* [C], 646 *Cecropias* [Tm_2], 675 *quodlibet* [m_2], 683 *reflerent* [Tm_2]. VI 56 *diffunderis* [Bon. I], 101 *Novae* [Iunt. I], 115 *aestas* [C], 116 *Argoatque* [V_1], 181 *addant* [T], 193 *Strymoniaque* [T], 247 *linquuntur* [C], 250 *necquiquam* [m_2], 265 *iuncxit* [C], 279 *magnosque* [C], 287 *advaocat* [V_1], 331 *iarcturaque* [T], 346 *arcto* [T], 419 *confoditunt* [V_1]. 548 *stat* [Iunt. I], 559 *bovum* [m_2], 597 *relinquent* [m], 656 *Alantis* [Bon. II], 738 *implent* [T]. VII 20 *hunc* [Schenkl], 54 *potetretur* [V_1], 122 *inpleritque* [m_2], 139 *aut* [Bon. II], 170 *cetetra* [T], 262 *detinent* [T], 381 *incendens* [V_1], 462 *propriorque* [Bon. I], 480 *quodcumque* [Tm_2], 567 *unua* [C], 615 *agminia* [C], 645 *Mavores* [T]. VIII 17 *cistris* [T], 40 *statis* [m], 167 *fuguam* [T], 181 *meminitque* [T], 218 *utrasque* [Tm_2], 243 *sagrificans* [m], 321 *accendere* [m], 398 *maigis* [T], 409 *fallitque* [m]. [1]) Denique haud raro duae litterae intrusae sunt: I 692 *tronitruus* [S]. II 528 *adiuvata* [S], 529 *potentive* [Tm_2]. III 76 *galileae* [S], 138 *delicataque* [Schenkl], 361 *silicet* [M], 441 *tristicia* [V_1]. IV 417 *spectabat* [T], 572 *fieret* [Iunt. I]. V 203 *misceat* [C], 456 *penetrabilibus* [Tm_2]. VI 205 *fratrisque* [Tm_2]. VII 63 *vovemere* [T], 267 *quidem* [m], 383 *subsistitit* [T], 585 *inliditur* (Bon. I]. VIII 70 *Colchidis* [m], 286 *remigis* [Ph. Wagner], 338 *succederet* [m], vel denique tres: II 212 *recaedenti* [S] [2]).

Deinde incuria vel ignorantia factum est ut librarii in codice exarando saepissime consonantes permutarent: I 58 *iuventi* [corr. V_2], 63 *libentia* [m], 76 *mentemque* [Paris], 90 *Colca* [m], 116 *torrissem* [P], 141 *Rhoetus* [P], 148 *Hispasus* [m], 189 *victis* [m], 234 *Mossoque* [P], 246 *commertia* [Bon. I], 252 *funguntur* [M_2], 297 *spectancque* [P], 314 *arcus* [T], 319 *obruad* [S], 321 *abimum* [Par. P], *at* [Par. S], 330 *paucos* [C Par.], 338 *tholum* [Sabellicus], *mavus* [P], 355 *carentem* [Barthius], 382 *miravere* [P], 384 *ad* [Tm_2], 405 *hymecton* [m], 440 *nuncia* [m], 449 *penderet* [T], 462 *servatus* [Ald.], 467 *transivit* [P], 496 *tam* [T], 498 *gratum* [T], 507 *grataque* [T], 513 *insedibus* [Zinzerlingus]. 515 *regum* [P], 523 *grata* [T], 540 *capescere*

[1]) Littera, quae est h, interdum addita est: I 68 *drachones*, 395 *Thydeus*, 694 *adhortus*, 726 *Bisthonas*, 731 *Alchimede*. II 234 *thoris*, 543 *Alchides*. III 550, 701 *Alchides*. IV 487 *thoros*, 618 *Cholchos*, 739 *trophaeis*. V 551 *fhare*, 672 *cohercet*. VI 144 *Satharchae*, 256 *contho*, 562 *Exhomatas*. 755 *Nycthelii*. VIII 71 *drachonem*, 438 *drachonis*.

[2]) Saepe litterae vel syllabae geminatae sunt: I 202 *indignanantibus*, 250 *littore*, 408 *teergo*. II 119 *aetheriis*, 186 *illicet*, 282 *falluunt*, 366 *littora*, 460 *ferrens*, 548 *peccoris*. III 116 *tellis*, 446 *transsire*. IV 46 *tummentibus*, 219 *alliis*. V 121 *Thermodoon*, 144 *ferrii*. VI 82 *suttilis*, 392 *Parnassi*. 431 *mollitur*. VII 257 *quiin*, 368 *relliquias*, 377 *insurgegere*, 594 *Aaesonides*, 638 *misseros*. VIII 42 *muneneribus*, 169 *quascumcumque*, 194 *reddit*, 199 *redeunteuntem*, 354 *futtile*, 462 *Graiuum*.

[P], 552 *quod* [T], 553 *quod* [T], 580 *quod* [Par.], 593 *calyps* [Par.], 706 *noba* [P], 725 *idque* [S], *regumque* [Iunt. 1], 749 *effugit* [S], 769 *obitum* [T], 781 *cum* [TN], 837 *cerens* [S], 840 *rictis* [m], 842 *luget* [S]. II 7 *Pisaeae* [Ald.], 38 *auserat* [m], 51 *at* [Balbus], 57 *at* [T], 106 *palmam* [Bon. II], 109 *defendene* [Sabellicus], 122 *linquis* [T], 127 *delavere* [T], 132 *fave* [T], 133 *rapidas* [Ox_2], 151 *actamen* [M], 160 *directa* [Bon. II], 166 *trahitque* [Pius], 176 *dedissed* [T], 182 *armavimus* [T], 184 *spiravit* [T], 192 *varathri* [C], 197 *tenebrat* [P], 210 *cadendum* [T], 251 *facimus* [T], 255 *rabit* [Vb], 262 *tantem* [T], 276 *drahones* [T], 277 *ferendam* [m], 279 *semem* [V_1], 303 *tato* [T], 305 *Arigia* [T]. 309 *nocant, dobant* [m], 331 *caret* [T], 339 *nospes, miravere* [T], 362 *tunt* [V_1], 366 *denditque* [T], *pondus* [m], 387 *iubat* [T], 399 *atmittere* [m], 404 *capud* [V_1], 406 *tenuissed* [T], 433 *linquis* [m], 437 *ad* [Iunt. 1], *adtoniti* [V_1], 458 *acervo* [T], 464 *surgentia* [R], 471 *inquid* [T], 514 *spaciosa* [T], 529 *fragon* [Tm_2], 540 *nuncius* [T], 560 *donantis* [S], 563 *quod* [Tm_2], 591 *dum* [Carrio], *proceremque* [P], 598 *aequod* [Tm_2], 606 *claucusque* [T], 660 *subigit* [T], 663 *hosbita* [T]. III 25 *iuvas* [T], 54 *Eumedidumque* [T], 65 *Leaschum* [T], 69 *ad* [T], 75 *làvant* [T], 92 *gephiri* [T], 96 *pacesque* [M], 117 *linquid* [T], 127 *ratur* [m], 206 *paciens* [T], 229 *acerva* [T], 234 *iusta* [H], *urna* [Grotius], 277 *stridencia* [T], 285 *pinqui* [T], 301 *exicium* [T], 302 *acerva* [T], 310 *flasmas* [T], 318 *obtime* [T], 335 *turma* [S], 347 *per* [Egnatius], 361 *stacio* [T], 363 *laesorum* [Iunt. I], 367 *iuxta* [m], 374 *tibi* [Pius], 375 *cum* [m_2], 398 *silencia* [T], 421 *undam* [M], 424 *victis*]T], 431 *videntes* [T], 457 *libabitque dabes* [T], 466 *novitque* [m], 493 *repetit* [Maserius], 508 *otius* [T], 515 *iussaeque* [Heinsius], 518 *forsas* [m], 519 *actumque* [Heinsius], 524 *harena* [T], 528 *plactis* [S], 566 *revulsam* [T], 585 *acervo* [T], 613 *impaciens* [T], 614 *movet* [M], 658 *tulcem* [T], 666 *nuncius* [T], 670 *quoqumque* [V_1], 680 *paciens* [T], 703 *vulvi* [m], 714 *dum* [S], 731 *aris* [m_2], 732 *iacet* [Burmannus], 735 *revirat* [M], 740 *iuva* [T]. IV 3 *Iunorem* [T], 20 *fax* [T], 25 *adsumis* [Tm_2], 85 *ad* [P], 93 *dextam* [V_1], 111 *adfit* [T], 141 *Nonagria* [Tm_2], 169 *pocius* [T], 185 *faciem* [V_1], 187 *tymantis* [Heinsius], 191 *saxo* [Bon. II], 194 *exobtantque* [T], 199 *grecibusque* [T], 213 *hospicia* [T], *cuncti* [Burmannus], 220 *transsendere* [V_1], 226 *cum* [Thilo], 229 *labitur* [Bon. II], 237 *deosum* [m], 242 *vota* [S], 244 *spaciosaque* [T], 272 *Oevalia* [B], 274 *ferro* [Pii codd.], 275 *integet* [C], 297 *praecipitant* [Tm_2], 305 *haut* [V_1], 317 *arguit* [Heinsius], 324 *ad* [m], 339 *dabesque* [T], 340 *frontibus* [m], 359 *revidenti* [T], 402 *raptatus* [C], 420 *iubet* [T], 434 *ab* [m], 437 *vobis* [V_1], 438 *nia* [m_2], 449 *rerum* [Gronovius], 481 *prodiderat* [T], 506 *sequntur* [m], 509 *intuit* [T], 510 *rabido* [C], 531 *seu* [T], 548 *capescit* [T], 551 *iam* [C], 562 *hic* [Bon. II], 578 *favor* [m_2], 606 *nunc* [Bon. 1], 614 *limine* [Pomponius Laetus], 615 *carvasus* [T], 620 *obtatam* [T], 622 *textra* [T], 645 *defigere* [Burmannus], 675 *fallit* [m_2], 676 *fuso* [C], 677 *adductis* [Iunt. 1], 758 *qui* [Iunt. I]. V 56 *extermis* [T], 67 *grecis* [B], 75 *hic* [m], 84 *namque* [T], 107 *alca* [T], 120 *halyx* [Tm_2], 151 *Magrones* [Bon. II], 168 *chalyps* [Tm_2], 176 *imbridus* [T], 195 *ossa* [Bon. II], 228 *bellera* [T], 245 *cursus* [m], 253 *Causaseis* [T], 255 *rexperit* [m], 309 *molibus* [Heinsius], 320 *terte* [T], 354 *advenis* [m], 372 *foribus* [Heinsius], 410 *atdans* [T], 412 *ad* [T], 466 *lus* [T], 485 *purcherrima* [T], 496 *quodque* [C], 508 *indevita* [T], 518 *harenis* [C], 524 *receptus* [Bon. II], 570 *cultu* [Bon. II], 591 *iunctis* [Bentley], 596 *acervis* [T], 623 *acervo* [T], 628 *exfructa* [m], 641 *tantus* [Pii codd.], 668 *adneget* [T], 687 *iubet* [C]. VI 1 *gradibus* [T], 5 *gratamque* [T], 10 *vulgavat* [T], 47 *cratior* [m], 48 *hisaltae* [Tm_2], 111 *iuvas* [T], 113 *aulas* [Bu], 124 *argus* [Pius], 132 *agro* [C], 136 *viritantem* [T], 152 *omhibus* [T], 166 *conceptus* [C], 167 *quod, quod* [m], 179 *capud* [T], 191 *relinquid* [T], 225 *carvasa* [T], 235 *capud* [T], 266 *Anausim* [Caussin], 269 *mutavere* [T], 271 *conitiunt* [T], 306 *caniciem* [T], 318 *ad* [Iunt. I], 335 *relinquat* [Bon. II], 342 *chalyps* [T], 353 *turmine* [T], 357 *net. belli* [T], 373 *bellavimus* [C], 376 *rixtum* [T], 385 *protulit*

[m], 392 *gesserit* [m], 393 *rubibus* [T], 413 *arcus* [Tm_2], 438 *circumspicis* [V_2], 480 *numen* [Pius], 484 *ad* [T], 516 *veri* [C], 518 *viprantem* [T], 526 *arcet* [Pius], 554 *haunit* [T], 563 *dabitur* [Tm_2], 581 *hunc* [m], 582 *quodque* [Iunt. I], *quod* [C], 602 *ad* [T], 603 *intulit* [C], 605 *migant* [T], 616 *turpidus* [T], 621 *ad* [T], 639 *excidit* [nonnulli apud Pium], 655 *acervat* [C], 703 *neg.* [T], 720 *aud* [T], 727 *ne* [m], 751 *calent* [T]. VII 32 *nam* [Iunt. I], 57 *victis* [m], 60 *quit* [T], 86 *vides* [T], 98 *nuncius* [T], 129 *cui* [T], 131 *saperenne* [m], 132 *Graetia* [T], 133 *subrema* [T], 141 *arcus* [T], 147 *caesisque* [m], 165 *quis* [Pius], 169 *solvat* [Bulaeus], 200 *quidve* [Balbus], 203 *forte* [Bon. I], 215 *flevile* [T], 250 *vipereor* [T], 253 *ibi* [Tm_2], 259 *at* [T], 269 *fletur* [m], 275 *iubet* [T], 287 *neti* [m], 289 *subeas* [T], 295 *drepidas* [T], 303 *patris* [Heinsius], 311 *ex* [m], 372 *intuitur* [T], 379 *cogant* [T], 395 *traves* [T], 414 *laetavere* [T], 416 *tecet* [T], 463 *solvit* [Vossius], 495 *caudens* [T], 546 *et* [m], *aula* [C], 562 *artes* [m], 587 *atque* [Leo], 589 *de* [T], 614 *redtulit* [T], 618 *atvolat* [T], 619 *nectum* [T], 623 *dirynthios* [T]. VIII 45 *nobis* [C], 60 *torba, traconis* [T], 73 *quicquic* [T], 77 *panumper* [m], 81 *nupe* [T], 86 *orruit* [Iunt. I], 129 *ad* [Tm_2], 132 *atnonita* [T], 163 *aetraque* [m], 184 *favor* [T], 191 *aliut* [T], 197 *de* [T], 208 *deflexa* [R], 214 *dabam* [T], 221 *sotios* [T], 241 *iam* [B], 249 *fides* [m], 263 *sonorem* [T], 269 *reliquid* [T], 293 *Danuvii* [T], 305 *pedipus* [T], 316 *aliut* [T], 328 *intra* [ego], 350 *pudepit* [T], 365 *aliut* [T], 396 *Euroram* [T], 403 *sotiamque* [T], 425 *reposcos* [T], 442 *quit* [T], 467 *meruisse* [Barthius].

Vocales quoque saepissime permutatae sunt: A-E I 78 *stentem* [corr. P], 100 *spactataque* [P], 204 *libamina* [V_2S], 542 *labentem* [T], 648 *ergo* [T], 676 *limine* [S], 824 *pallantem* [S], 844 *daveniant* [P]. II 53 *arta* [P], 203 *ubera* [Tm_2], 261 *aurorem* [Vb], 341 *iactet* [T], 376 *tempora* [m], 386 *quam* [T], 443 *accessarat* [T], 557 *patentem* [S], 570 *eraptaque* [T]. III 12 *geleam* [T], 88 *pectora* [T], 113 *et* [Iunt. I], 136 *decedera* [T], 226 *amans* [Tm_2], 244 *tala* [S], 277 *fletus* [C]. IV 126 *eliae* [T], 199 *at* [M], 396 *velle* [m_2], 406 *pelearia* [T], 443 *solamina* [Tm_2], 553 *ventura* [T], 566 *aequora* [T]. V 121 *murmure* [Tm_2], 322 *firmata* [Tm_2], 338 *stara* [T], 370 *habet* [C], 452 *illa* [Heinsius], 484 *illa* [Gronovius], 595 *berba* [V_1], 617 *dant* [Tm_2], 644 *magna* [Bon. I], 668 *adneget* [Pius]. VI 140 *Thyrsagatas* [Pius], 312 *tempore* [T], 328 *aequora* [m], 335 *trepidant* [T], 412 *aequore* [T], 702 *tegmine* [V_1], 734 *fellet* [C], 754 *perpassa* [T]. VII 32 *parentem* [V_1], 86 *et* [Maserius], 110 *et* [Burmannus], 144 *ille* [T], 156 *habet* [C], 175 *labafactaque* [T], 201 *ipse* [T], 382 *extramae* [T], 439 *ipsa* [m], 444 *ipsa* [T], 491 *peti* [Gronovius]. VIII 211 *murmure* [m], 224 *ipsa* [Balbus], 337 *transferat* [m]. A-I I 17 *tyriascarinas* [Friesemann], 58 *certis* [Baehrens], 227 *ambige* [m], 324 *placibile* [Par.], 429 *salvasque* [m], 573 *inploribile* [P], 619 *actus* [m], 622 *picea* [T], 637 *tota* [Beck], 730 *sacri* [S]. II 76 *undis* [S]. III 125 *decurrat* [m]. IV 269 *trepida* [Tm_2]. V 411 *infrangitur* [Pius], 470 *maranti* [m], 482 *frigores* [m]. VI 404 *aqualis* [Bon. I]. VII 102 *infide* [Tm_2]. VIII 285 *atque* [Iunt. I], 309 *rapat* [m], 411 *signi* [m]. A-O I 23 *omnes* [Sabellicus], 491 *teneros* [Parrhasius], 589 *oenatria* [Par.], 735 *aperti* [C], 820 *imperio* [T]. II 114 *hos* [S], 116 *umbro* [T]. III 365 *aegro* [Heinsius], 557 *omnes* [Tm_2], 705 *Porthaonides* [Pius], 721 *vocant* [m]. IV 86 *incommada* [T]. V 5 *rapta* [Tm_2], 200 *quondo* [T], 303 *navantem* [m], 390 *nostro* [m], 397 *omnem* [Tm_2], 611 *corporo* [C], 643 *suorum* [T]. VI 28 *ob* [Tm_2], 40 *geminos* [m_2], 234 *armas* [Tm_2]. 337 *capia* [T], 746 *hastos* [m]. VII 13 *magna* [Tm_2], 486 *abibo* [C], 544 *Movortis* [T], 618 *ima* [Bon. II], 625 *socios* [T]. VIII 53 *superas* [m], 62 *ultra* [m], 238 *curo* [m], 332 *varat* [R], 387 *clausas* [Bon. II]. A-U I 190 *iuvencum* [C], 337 *signiferam* [C]. II 80 *fariis* [m]. III 95 *munus* [m], 573 *percussa* [S], 623 *variunt* [S], 675 *ibant* [Iunt. I], 732 *flumina* [C]. IV 345 *eructut* [V_1], 401 *dilectam* [T], 728 *huc* [Iunt. I]. V 310 *almam* [Tm_2], 395 *huc* [Iunt. I]. E-I I 12 *pandit* [Gryphius], 69 *Cereres* [V_1], 91 *accipere* [V_2], 177 *honoris* [V_2P], 197 *merere* [V_1], 269 *meretur*

[M_2], 357 *signior* [P], 373 *gemit* [T], 391 *vatis* [T], 427 *tenareo* [Heinsius], 482 *signibus* [m], 513 *primis* [m], 564 *truces* [T], 595 *refringet* [Par.], 663 *ruente* [Heinsius], 708 *equis* [nonnulli apud Pium], 737 *Thessales* [m]. II 80 *ignepotens* [T], 111 *et* [Pius], 156 *simili* [T], 453 *flebili* [Tm_2], 581 *veteres* [Maserius], 622 *Percotis* [Bon. II]. III 41 *dimittitque* [M], 63 *indi* [T], 276 *et* [Bon. II], 289 *tante* [S], 326 *saltim* [Tm_2], 397 *vate* [Bu], 440 *partem* [Ald.], 599 *aequi* [m], 606 *amori* [M], 626 *plures* [Burmannus], 640 *dimissaque* [S], 652 *celses, discendit* [T]. IV 45 *Alcyonis* [Heinsius], 184 *respiceas* [T], 464 *cubile* [m], 524 *similes* [C], 530 *vena* [m], 574 *celeris* [Bon. II], 580 *aures* [Lachmann], 592 *defece* [T], 630 *possem* [Heinsius]. V 78 *aequores* [Tm_2], 194 *laboris* [T], 253 *angues* [Tm_2], 464 *patris, regis* [C], 497 *regis* [Iunt. I], 501 *furentes* [m_2], 512 *taenarei* [T], 514 *labores* [m_2], 539 *demiseris* [T], 552 *omnis* [Bon. II], 645 *Mycenis* [Gronovius], 662 *reges* [Bon. II]. VI 126 *proles* [m], 164 *respondit* [m], 176 *seminecis* [m], 237 *religi* [T], 244 *discendit* [T], 279 *dolores* [C], 291 *dedicere* [m], 424 *falces* [Tm], 530 *Armis* [Gronovius], 541 *derigit* [Tm_2], 598 *felices, delectaque* [Tm_2], 634 *montes* [Tm_2], 643 *parentis* [Carrio], 668 *direpta* [Vossius], 724 *et* [T]. VII 16 *revisit* [Tm_2], 57 *hillen* [T], 75 *iaceas* [T], 314 *dimittere* [T], 399 *delapsa* [T], 455 *demitte* [T], 545 *aeripedes* [T]. VIII 130 *rates* [T], *querelles* [T], 175 *indi* [T], 329 *desidet* [V_1], 331 *rates* [Tm_2]. E-O I 358 *Leodecus* [Iunt. I], 514 *honere* [P]. II 278 *anhele* [T], 314 *infostos* [T], 601 *forte* [P]. III 116 *terres* [T], 337 *longo* [C], 365 *adsidue* [Heinsius], 536 *hemenia* [T], 538 *reseis* [T], 566 *stridere* [S], 595 *nemerum* [T]. IV 251 *pete* [Burmannus], 261 *volut* [T], 482 *effusae* [Gronovius]. V 466 *effusa* [Gronovius], 520 *ignoscit* [C]. VI 65 *achaemoniae* [Iunt. I], 143 *emeda* [Bon. II], 349 *septono* [T], 599 *potens* [m], 610 *tellit* [T]. VII 260 *litere* [T]. VIII 74 *loto* [T], 466 *tempera* [T]. E-U I 227 *ducumque* [M_1], 252 *pareter* [V_1]. II 164 *et* [T], 464 *flectus* [C], 593 *tu* [P], 638 *et* [T], 655 *recentem* [m]. III 306 *opus* [S], 638 *ferens* [C]. IV 642 *eluctus* [C], 719 *lyces* [Vossius]. V 39 *surgent* [Tm_2]. VI 152 *artus* [Tm_2], 358 *et* [T]. VII 473 *furebat* [m]. I-O I 69 *quo* [Bon. II], 516 *nostris* [P], 519 *quod* [m], 582 *scopulis* [m], 698 *illis* [m], 704 *ira* [C], 795 *oculos* [S]. II 222 *magnosque* [T], 383 *profundo* [Tm_2], 514 *celso* [Tm_2]. III 438 *totisque* [Eyssenhardt], 586 *quod* [m]. IV 477 *quod* [Balbus], 593 *futuros* [T]. V 135 *umeris* [Tm_2]. VI 336 *saevi* [T], 560 *equis* [Bon. I]. VII 320 *ignito* [V_1], 442 *tritinia* [T], 607 *campis* [Bon. II]. VIII 76 *oculis* [Tm_2], 325 *pritinus* [T], 413 *subotis* [m]. I-U I 180 *paratus* [Bon. I], 266 *vultus* [M], 339 *puppubus* [P], 658 *ulnus* [S], 734 *dicit* [T]. II 75 *primis* [S], 279 *tacitus* [m]. III 78 *inmanu* [P], 128 *Thamyrum* [Heinsius], 132 *limine* [T]. IV 187 *monitis* [P], 191 *aut* [T], 395 *fugit* [m_2], 418 *cuncta* [Tm_2], 563 *illas* [T]. V 68 *hinc* [m], 247 *limina* [m], 426 *ulla* [Tm_2], 567 *mestissumus* [T], 695 *lumina* [T]. VI 125 *magnanimus* [V_1], *dictus* [Pius], 179 *nubula* [T], 190 *hinc* [Maserius], 197 *utrimque* [m], 222 *alumnis* [m], 360 *inguine* [T], 708 *vultis* [Tm_2]. VII 74 *velum* [T], 229 *malignis* [R], 254 *fugit* [m], 260 *figientem* [T], 382 *lumine* [T]. VIII 181 *tiorum* [Tm_2], 334 *lumina* [T], 412 *ulla* [m], 419 *fudissime* [T]. O-U I 48 *fessus* [V_2P], 211 *concitos* [V_2m], 229 *cumarum* [S], 234 *augor* [P], 482 *osum* [Tm_2], 573 *purporeum* [P], 578 *motoque* [Maserius], 639 *euros* [P], 659 *doctor* [P], 692 *fulgoraque* [m], 710 *homo* [MC]. II 48 *nomine* [M], 290 *genitur* [V_1], 502 *passusque* [C]. III 2 *pulum* [S], 107 *purpoream* [T], 347 *urbes* [m], 353 *com* [V_1], 605 *doctor* [V_1]. IV 116 *campus* [S], 496 *luxorians* [T], 690 *ictos* [T], 708 *fixus* [Bon. II]. V 114 *secutus* [Tm_2], 254 *refosis* [C], 388 *duce* [Bon. II], 451 *domus* [C], 483 *nomine* [Heinsius], 654 *tumur* [V_1], 693 *pulsatur* [T]. VI 296 *pupuleus* [T], 530 *colchus* [T]. VII 261 *porto* [Tm_2], 493 *locis* [Tm_2], 582 *scopolos* [T]. VIII 67 *tantos* [Tm_2], 82 *somnus* [Tm_2], 348 *sulphore* [T], 466 *pudur* [V_1]. A-Y III 20 *dindama* [T]. VIII 214 *carymbin* [Tm_2], U-Y I 12 *Idymen* [T]. IV 423 *Minuis* [T]. VIII 329 *Styrys* [Tm_2].

Praeterea vocalis *i* cum vocali *y* fere octogies est permutata: denique diphthongus *oe* cum vocali *y* semel, cum *o* bis, cum *e* ter decies, cum diphthongo *ae* sexies, diphthongus autem *ae* cum vocali *o* ter, cum *i* ter, cum *a* vicies ter, cum *e* fere quadringenties septuagies permutata est.

Nonnumquam consonantes cum vocalibus permutatae sunt: I 227 *Minsas* [corr.m], 412 *Pelias* [C], 587 *Aeblus* [Par], 814 *piaeula* [P]. II 81 *fugae* [S], 235 *thedas* [T], 260 *tygues* [T], 327 *Tphinoe* [m], 624 *ogypti* [Tm_2]. III 138 *ancheus* [T], 340 *piceas* [T], 471 *ealai* [Bon. II], 474 *lactus* [m]. IV 30 *pharetram* [C], 361 *Phocbus* [T], 457 *auris* [Pii codd.]. V 89 *ythenelus* [Bon. I], 218 *haeo* [T], 236 *tune* [m], 308 *altos* [nonnulli apud Pium]. VI 129 *Mycael* [Caussin], 408 *Palladit* [m], 549 *aona* [V_1], 636 *Iovia* [m], 728 *ui* [m], 730 *tum* [Carrio]. VII 79 *retiulit* [T], 298 *piensa* [T], 306 *feri* [T], 369 *tune* [m], 380 *caeoae* [T], 416 *inelementia* [Par.], 490 *tunc* [C], 566 *tenebrae* [C]. VIII 206 *coniugis* [m], 281 *alti* [m], 362 *altis* [Heinsius].

Haud raro librarii litteras omnes servaverunt neque alias addiderunt, sed, litteris varie transpositis, verba corrupta sunt: I 34 *claeoneo* [corr. T], 82 *cerulaeum* [m], 107 *agris* [T], 205 *crimen* [Ox], 236 *omina* [S], 253 *Tyrinthius* [T], 274 *Miniys* [m], 439 *Myniis* [T], 454 *Calchidicas* [T], 512 *Lybis* [T], 519 *Myniae* [T], 562 *Laedeque* [T], 564 *Phreglaeque* [P], 588 *Lybia* [T], 611 *te* [m], 630 *Cynaeae* [T], 664 *hrodopen* [P], 755 *fraglantes* [Ox]. II 72 *altantidis* [m], 107 *Trachas* [T], 154 *examinat* [Bu], 281 *Erynis* [T], 324 *Mynias* [T], 338 *falmmae* [T], 359 *die* [m], 501 *flumineus* [m], 511 *hparetrae* [T], 578 *dies* [Bon. I], 586 *aurea* [m]. III 6 *Bythino* [Bon. I], 61 *oricalcha* [T], 82 *Cholcos* [T], 133, 485, 565 *Tyrinthius* [T], 272 *Myniae* [T], 313 *Cizycus* [T], 688 *tadum* [m], 705 *Trachia* [T]. IV 45 *misaere* [T], 138 *pharrasio* [T], 158 *regens* [m_2], 171 *Maryandinum* [T], 328 *magnaminis* [Pius], 379 *crapsit* [T], 453 *caeleno* [T], 535 *furentem* [Tm_2], 617 *erynis* [T], 695 *Typhis* [T], 715 *Thyrrenus* [T]. V 28 *Myniae* [T], 35 *fraglantia* [T], 58 *sapere* [m], 80 *booetia* [Bon. I], 95 *omnia* [C], 114 *Deiolenta* [Bon. II], 146 *Erynis* [T], 152 *phyliraeque* [T], 263 *voluntas* [m], 380 *furentem* [T], 624 *vidi* [Gronovius], 634 *Mynias* [T], 651 *Aolidae* [Bon. II], 667 *vivimus* [m]. VI 4 *Mynias* [T], 22 *Aeaete* [T], 56 *fluminis* [Tm_2], 118 *Lagae* [Gronovius], 169 *flumine* [T], 220 *hryndace* [T], 225 *nili* [C], 267 *eaetia* [T], 343 *Meonetius* [T], 358 *vobis* [T], 565 *negetrix* [m], 615 *cedae* [T], 682 *albatam* [T], 730 *omnia* [Bu]. VII 41 *quondam* [Bon. II], 112, 462 *erynis* [T], 156 *Calchiopes* [T], 411 *fraglantemque* [T], 424 *Schytiae* [T]. VIII 73 *fluminaque* [m], 84 *Laethei* [T], 176 *Myniis* [T], 212, 415 *Myniae* [T].

Nunc superest ut de gravioribus librariorum erroribus loquar, quibus codicis Vaticani memoria persaepe depravata est.

Atque primum quidem verborum distinctio aut nulla est aut mendosissima, cuius vitii exempla omnia me afferre non expedit: saepius autem librarii verba tradita non modo perverse distinxerunt, sed etiam variis modis corruperunt: I 166 *candidus* [corr. m], 202 *illi mi* [m], 219 *paratus* [P], 228 *phoebo eius* [Tm_2], 271 *indeme* [m_2]. 287 *seu venae quiquam* [m], 305 *mene si* [T_1], 327 *amipli* [Bon. I], 331 *deficiamus cythicum* [Par. m], 337 *sin aût* [C], 342 *ut deque* [T_1], 352 *virida ut* [P], 375 *Amphitryoniadente geo* [T], 382 *nec stantes* [Eyssenhardt], 397 *felevis* [m], 408 *tequeater* [T_1], 420 *celera* [Chauvin], 474 *misera laevo* [T_2], 579 *aperte* [Par. P], 593 *cohoruis* [C], 665 *urire caelidis* [T_1], 669 *tu quoque* [P], 671 *staret* [Bosscha], 678 *horren et* [T], 735 *sacro vibus* [P], 742 *stupe acta* [Gronovius]. II 33 *cum movet* [T], 103 *tum ea cum* [Heinsius], 237 *properes et* [Vb], 289 *raptet* [T], 318 *pharii se* [P], 320 *saepimis* [T], 360 *maestis et erant* [Langen], 379 *phasine tamen* [Iunt. I], 398 *saevam at halamas* [P_2]. 399 *inbueratque* [Heinsius], 485 *verumotam* [T], 495 *nemeesi* [m]. 593 *aehae-*

moniis [T], 635 *attenuis* [T], 655 *procul apellorum* [P]. III 35 *ecce* [m_2], 105 *subtilia* [T], 121 *in quo* [Heinsius], 216 *prosprodite* [T], 230 *numque ne* [P], 287 *taeleneque* [T], 291 *iubar en* [m], 293 *fatis id* [Bon. II], 336 *funereaeque* [P], 362 *neque* [Vossius], 435 *fluviosa cunicula* [T], 455 *nostri vel antea* [C], 486 *later ipsassusque* [T], 491 *caro quae* [T], 520 *ditem quomodo verbo* [C], 555 *pueris perfusa* [C], 599 *moraes* [Eyssenhardt], 609 *conpensatra lete* [m], 670 *ego et* [m], *voces qua tegmina* [Jacobs], 700 *cupatrio* [m]. IV 54 *viaret* [T], 124 *audet* [T_1], 218 *neferte* [P], 246 *visum in se* [B T], 287 *notata* [Koestlin], 301 *in pectus* [m_2], 346 *nil et uos* [Bon. II], 386 *carmina vena* [T], 407 *a therebi* [Bon. I], 426 *summoque suis* [Caussin], 442 *sentiet* [Tm_2], 460 *observate* [Heinsius], 472 *placibili surgit* [m], 474 *praemisera* [Bon. II], 489 *admittere* [Bon. II], 493 *fraglata cervus* [T_1], 529 *pulsave* [T], 536 *alonge* [m_2], 551 *tamira* [C], 635 *desinite* [Heinsius], 677 *incendens* [Heinsius], 698 *longinqui quae* [Bon. I], 712 *stuperatem* [m], 742 *adea mira* [C], 754 *qdg: guine* [m]. V 16 *asidera* [m], 42 *funis subit iphys* [T], 47 *cui minyas* [m], 67 *veluti* [C], 68 *intimum* [m], 84 *additamque* [T_1], 93 *cavixdum* [T], 100 *perclytore* [T], 114 *aut holitum* [Pius], 147 *indigena et aerupem* [Politianus], *tibi mavors* [Politianus], 181 *emensas quo* [Tm_2], 184 *actum* [T], 200 *perteveara* [C], 206 *necare* [T], 210 *dixit erat* [m], 215 *casus qui* [Heinsius], 269 *praecipit adque* [Sabellicus], 338 *frater et amen conantes qui* [C], 342 *aequalisq: thidum* [C], 373 *pavore* [T], 375 *insolito* [Heinsius], 384 *ecce* [Tm_2], 386 *procerestatua* [m], 388 *astu* [Pius], 443 *extantus* [H], 479 *me neque nunc* [R], 493 *quemque* [Pius], 521 *centum et* [T], 561 *experti quo* [Tm_2], 593 *intigris* [T], 609 *qua et* [Tm_2], 626 *palladae aelo* [T], 685 *aete eten* [Pius]. VI 27 *et fulsit* [m_2], 70 *sidonya caesinaque* [Thilo], 74 *necis* [Bu], 82 *Coeia laetae* [Caussin], 114 *vatesa_cer* [Tm_2], 129 *odorataspirantes* [C], 157 *ven en s* [V_2], 196 *fidasmenus* [Bon. II], 198 *aerigitato* [m], 208 *gleacit* [R], 213 *meretdite* [T], 234 *agequi* [B], 265 *forsitan* [C], *inanis* [T_2]. 281 *sigurgit* [T], 368 *arietate* [m], 419 *aliter asurgit*]T], 527 *qualem* [Baehrens], 537 *nexos* [T], 567 *perri passiam* [T], 570 *prima aevus* [T], 572 *ablatacum* [Schenkl], 633 *invera gens* [T], 696 *afrenato petis* [m], 699 *aeo est amine* [T], 713 *laborat siduus* [T], 750 *hiberis sidoniaeque* [Thilo]. VII 40 *adque* [T_1], 59 *movera clatet* [m], 84 *liberinetues* [Heinsius], 127 *semels* [Lemaire], 132 *hancadat* [T], 171 *futura morum* [T], 183 *ne aetatime* [Heinsius], 229 *rediitque* [Par. C], 240 *adque unum* [Baehrens], *promedium itte* [T], 242 *est usque* [Maserius], 259 *asperis* [m], 308 *implet ore* [Bon. 1], 319 *nequeat* [C], 364 *haecantae estigiis* [T], 394 *sublatas* [C], 398 *taumatia salis* [T], 501 *meritis* [Heinsius], 550 *partim* [Heinsius], 557 *spatioque ducentum* [C], 559 *examine* [T], 650 *tamendacem* [Carrio]. VIII 38 *sola qui* [T], 40 *vellerat aeque* [m], 55 *miserat urentem* [m], 62 *advocat* [C], 77 *meis tande* [R], 166 *genaenerae sonides* [T], 286 *vexilla* [non nulli apud Pium], 302 *pici sanguine* [T], 322 *ipsas ubi* [T], 348 *flammise tollentis* [m], 401 *est acri sibi* [Pius], 415 *vittae cum* [T].

Deinde complures codicis Vaticani loci tam male adfecti sunt ut gravioribus interdum mutationibus indigeant: I 49 *namque* [corr. Loehbach], 93 *et* [C], 95 *undas* [Sabellicus], 100 habet [C], 105 *iussi* [Heinsius], 124 *ingitque* [P], 130 *spe* [Gronovius], 217 *accipe* [P], 232 *exit* [P], 249 *istem* [V_2], 256 *ostenderet* [C], 284 *iussa* [T], 383 *chua* [m], 397 *obliuis* [m], 407 *vacua* [Heinsius], 516 *perververat* [T], 520 *ut* [T], 677 *miritis* [T], 680 *concede* [Heinsius], 721 *nepotes* [Balbus], 827 *adcisa* [Barthius]. II 14 *reverso* [T], 28 *aindas* [P], 70 *corioro* [m], 94 *rudici* [P], 151 *tales* [Heinsius], 238 *incenthia* [Vb], 239 *furorem* [Vb], 268 *flamuribus* [m], 277 *mechos aegrasa* [m], 286 *ches* [T], 292 *reddere* [Bon. II], 299 *plantusq* [P], 317 *taeta* [C], 351 *dices* [T], 372 *luelle* [T], 376 *disertisque* [C], 381 *motites* [V_1], 392 *faemos* [Tm_2], 416 *mmsis* [m], 439 *dicam* [C], 522 *moventi* [B]. III 1 *undas* [C], 14 *nepotes* [Gronovius], 16 *ubi* [m], 24 *oppressus* [Tm_2], 199 *artemque* [Heinsius], 207 *donec* [C], 212 *semel*

[Bon. II], 223 *auditus* [Ald.], 246 *iovis* [Heinsius], 273 *consertes* [C], 333 *tempora* [C], 341 *fortuna* [C], 402 *sitae* [Bon. II], 409 *fores* [P], 423 *horrigis* [m], 510 *cupit* [P], 511 *belua* [Columbus], 525 *umbra* [Iunt. I], 539 *pecula* [Pius], 670 *et* [S], 672 *enim* [V$_1$], 703 *ammis* [m], *negenite* [Tm$_2$], *indita* [P]. IV 11 *sublice* [T], 20 *fas* [Bon. I], 80 *differtque* [m$_2$], 105 *noctis* [P], 121 *d* [T], 186 *mentuque* [T], *sm* [T], 216 *fero* [Heinsius], 232 *ducem* [Bon. II], 248 *vocuo* [Tm$_2$], 255 *feruruntus* [T], 338 *profusique* [C], 463 *hesterna* [Tm$_2$], 503 *ruinae* [Pius], 524 *argos* [T$_2$], 604 *sed* [Pius], 645 *descendere* [Sabellicus], 709 *et* [Baehrens], 727 *anguet* [Heinsius]. V 50 *adtonitis* [Gronovius], 53 *praesagia*]T], 84 *pharentes* [marg. Ven.], 101 *in* [R], 120 *autfractibus* [T], 168 *pervulsis* [T], 239 *quecumq* [m], 322 *respuent* [Tm$_2$], 379 *arma* [C], 424 *et* [Parrhasius], 434 *celerat* [T], 469 *munus* [T$_1$], 484 *oste* [Gronovius], 529 *ac* [Bon. II], 554 *pressais* [T], 586 *genitor* [Bon. II], 679 *finenem* [m], 680 *accipere* [C], *ergo* [C]. VI 5 *q; ad* [Tm$_2$], *puppem* [Ald.], 11 *repente* [Tm$_2$], 44 *condux* [Tm$_2$], 166 *limfata* [T], 180 *atsistunt* [T$_1$], 209 *constitit* [ego], 230 *profundis* [m], 341 *ad* [T], 385 *tamen* [m$_2$], 422 *accipit* [Pius], 500 *usque* [m], 538 *panis* [C], 573 *hunc* [Heinsius], 582 *fuderat* [C], 583 *orantesque* [Sabellicus], 594 *precor* [T$_1$], 625 *melior* [Heinsius], 638 *notat* [C], 646 *fletus* [Tm$_2$], 678 *genere* [Tm$_2$], 681 *audientibus* [Iunt. I], 692 *inrigi* [Tm$_2$], 716 *harem* [m], 723 *fera* [T], 742 *iteponere* [Thilo]. VII 28 *mentirique* [T], 32 *parentem* [Iunt. I], 38 *equote* [m], 91 *voIunta* [m], 115 *quacres* [m], 125 *rapique* [T], 138 *umbras* [Bu], 139 *p̄cani* [T], 142 *quisae* [m], 170 *non* [Bon. II], 186 *petit* [Bon. II], 187 *festinansque* [C], 190 *speluncatrix* [m], 274 *videni* [m], 280 *fraecor* [m$_1$], 293 *fraecor* [T], 303 *puliibundaque* [m], 373 *blandique pavens vocem venus* $\overset{os-}{qua.}$ [C], 387 *p̄canti* [T], 392 *graeibusque* [m$_1$], 419 *mihi* [Patavina], 442 *Iuno ubi nunc* [C], 453 *persenti* [T], 454 *dēpcor* [T], 457 *suffecerat* [Bon. II], 460 *hominem* [m], 478 *quantum* [C], 485 *dissimilis* [m], 489 *adflebat* [Pius], 499 *ergo* [Maserius], 513 *ducis* [C], 534 *sumus* [m], 541 *tiberine* [C], 543 *quaeat* [Wagner], 609 *acri* [Maserius], 631 *iubant* [Iunt. I], 642 *haud* [Carrio]. VIII 24 *curiit* [m$_1$], 67 *ut* [Barthius], 259 *inpendit* [m], 277 *pater* [T], 284 *fulgurae* [Tm$_2$], 293 *virilegemque* [m], 329 *habet* [T], 364 *aut* [Baehrens], 424 *promissa* [T$_1$], 437 *reddidit* [T], 445 *parentum* [T], 458 *bacchae* [T].

Sed librariorum incuria vel ignorantia in nominibus propriis transcribendis praecipue est admiranda: iis, quos supra adnotavimus, complures loci addendi sunt: I 43 *eta* [corr. Parrhasius], 107 *tiryndius* [T], 167 *Tynthareusque* [P], 184 *mynae* [T], 303 *Hiaionique* [C], 310 *mensas* [Parrhasius], 356 *Crestus* [Parrhasias], 357 *Apidaut* [m], 360 *ida* [Bon. II], 635 *Amphitrionides* [T], 708 *gorthina* [T], 729 *lugurgum* [T]. II 11 *myrin* [Maserius], 29 *aeternam* [m], 286 *tetih* [m], 301 *chanae* [T], 334 *aesomndes* [T], 418 *tonantis* [T], 557 *phrygaim* [Tm$_2$], 573 *turica* [Tm$_2$], 623 *phyamque* [Bon. II]. III 2 *typhim* [T], 4 *Caeneadae* [Balbus], 106 *Ochenii* [C], 143 *nostro* [Ald.], 213 *pheton* [Tm$_2$], 305 *fasidis* [T], 320 *Micdonis* [Iunt. I], 363 *minimas* [m], 465 *cerauma* [T], 495 *Aethes* [Bon. II], 727 *Forcys* [Bon. I], 733 *Amphythrioniades* [T]. IV 223 *Aeacides* [Carr.], 374 *messonidaes* [Bon. II], 465 *aeteae* [Bon. I], 698 *phoebi* [Bon. II]. V 75 *Callirhoan* [Bon. II], *ut* [Pius], 102 *Cobilli* [Bon. II], 105 *Citheron* [Bon. II], 125 *Messageton* [C], 151 *Moossonychi* [Bon. II], 187 *pavo* [Maserius], 194 *phire* [T], 289 *Aeetes* [Bon. II], 401 *Aethe* [Bon. II], 462 *Euthisorus* [Maserius], 529 *praesen* [T], 692 *phegyas* [Thilo]. VI 106 *Drancea* [Iunt. I], 122 *Iazies* [Heinsius], 130 *Cesseeaeque* [Schrader], 135 *Tyrsag....* [cetera incerta: Ald.], 156 *citeae* [T], 194 *chremodonidis* [m$_2$], 207 *Tindaridem* [T], 340 *aedoniis* [Pius], 375 *arben* [T], 390 *pyrre* [T], 479 *Chachiopen* [T], 507 *dratiaque* [Maserius], 542 *Aethia* [T], 579 *aesomnum* [T$_1$], 693 *scytheis* [T]. VII 14 *frixi* [T], 186 *tunc* [Burmannus], 289 *eaeor* [T], 457 *Boontem* [Carrio], 496 *gratia* [m], 607 *alibyae* [T$_2$], 648 *sicco* [Bon. II]. VIII 23 *sihmo*

[C], 66 *mergitur* [R], 209 *cydiae* [T], 217 *sarmitice* [m], 229 *cydera* [T], 235 *cydera* [m], 275 *gregia* [T], 343 *ecchioni* [T], 396 *aerinis* [T[, 448 *tyana* [Heinsius].

Nonnumquam ex glossematis in textum receptis verba poëtae corrupta sunt: I 331 *cretamque* [corr. C Par.] ex *caelumque*, quod, ut Thilo coniecit, supra *polumque* in antiquo aliquo libro adscriptum esset: ex *credam*, quod in versu sequenti legitur, corruptelam ortam esse L. Mueller falso censuit. II 473 *veteris* [Slothouwer], e II 581 supra versum adscriptum, in textum receptum est. IV 651 *Amyci* [T], quod verbum, explicandi causa adpositum, vocem genuinam expulit. VI 3 *videri* ex *videre* [C] et VII 503 *videntem* [Heinsius], glossemata esse apparet. VII 171 *Venus* quin supra *mater Amorum*, ut glossa, adscriptum sit minime dubito: idem Baehrens putavit, sed prae eius coniectura *contra*, malui *vero* in textum recipere.

Denique haud raro corruptio inde exorta est, quia librariis verba ei quod scribendum erat vicina obversabantur: I 19-20 *seu-seu-et* [*seu*, quod v. 19 incipit, a *seu* v. 20, pro quo librarius *et* reposuit, ortum est: corr. Gronovius], 38 *timens* [ex *timendus*: corr. C], 242 *quantisque* [ex *quando* v. 241: corr. Heinsius], 422 *alumnis* [ex *puppis*: corr. Tm_2], 609 *contortam* [ex *validam:* corr. Lennep]. II 327 *nocentis* [ex *nocens*: corr. P_3]. III 9 *coniunx persocia vestes* [ex *coniunx percosia vestes* v. 10: corr. Ald.], 330 *geminam* [ex *illam*: corr. C], 335 *pecudumque* [ex *canum:* corr. Loehbach], 347 *referentes* [ex *orbes*: corr. P], 387 *sorores* [ex *comes:* corr. V_1], 519 *movebo* [ex *movebo* v. 520: corr. C]. IV 20 *silva* [ex *reddita:* corr. m], 166 *plicui* [ex *inplicui:* corr. V_1], 185 *medius* [ex *ipsius:* corr. T], 387 *cantus* [e v. 388, ubi vox deest: corr. Loehbach], 452 *nimbo* [ex *intorto:* corr. T]. V 467 *rogitantque* [quae vox bis scripta est: corr. Loehbach], 589 *Aesonides* [ex *Aesonides* v. 587: corr. Bon. II], 616 *suum* [ex *tum*: corr. T]. VI 198 *insibus* [ex *ensibus*: corr. m], 217 *parenti* [ex *parenti* v. 215: corr. C], 417 *in peste revinctos* [ex *in peste revinctos* v. 418: corr. C]. VII 76 *seminis* [ex *semina* v. 75: corr. Heinsius], 159 *tecum* [ex *mecum*: corr. B], 244 *menti* [ex *mentis* v. 243: corr. ego], 507 *ipsis* [ex *ipsis* v. 505: corr. Bon. II], 521 *nostrique* [ex *nostri* v. 520: corr. Heinsius], 541 *fretis* [ex *undis* v. 540: corr. C], 547 *in flammas* [ex *flammas* v. 548: corr. Ald.], 551 *in* [quae vox bis scripta est: corr. T]. VIII 161 *nam singula* [ex *nam singula* v. 160: corr. ego].

Priusquam huius disputationis finem facio mihi monendum est omnes corruptelas, quas adnotavi, iis qui codicem Vaticanum exararunt tribui non posse: pleraque enim vitiorum graviorum, ut versus transpositi, omissi etc., cum in Vaticani gemellis quoque reprehendantur, quin ad eum librum, ex quo Vaticanus fluxit, optimo iure referenda sint minime dubito. Qua in disputatione me longiorem aequo fuisse credo fore qui censeant, sed de Vaticani codicis condicione accurate et copiose loqui mihi visum est ut probarem qua ratione eo nobis esset utendum.

Duae manus Vaticanum emendaverunt, quarum prior eius ipsius est qui codicem exaravit, posterior vero interpolationes, quas saeculo decimo quinto codex passus est, exhibet. Prima manus, quae fere ducentis triginta locis suas emendationes adscripsit, plurimas maculas, ut supra adnotavimus, feliciter detersit, non nulla vero vitia prave temptavit [1]) rariusque

[1]) I 124 *iungitque*, 126 *brachia*, 139 *chelin*, 166 *candidus* [*dus* in ras.], 184 *myniae*, 217 *accipere*, 276 *drachones*, 277 *aegrassa*, 397 *oblius*, 408 *tequater*. II 317 *taete*, 352 *hypysile*, 362 *flagtat*, 376 *disertasque*, 398 *halamos*, 439 *dicem*. III 2 *populum*, 284 *acervam*, 402 *citae*, 539 *percula*, 640 *supler*. IV 121 *t*, 287 *notataet*, 309 *sanguineque*. V 187 *parvo*. VI 180 *atsonitum*, 375 *harben*, 507 *drantiaque*. VII 40 *autque*, 364 *haecatae*, 373 *quaos*, 392 *sepubenis*. VIII 209 *cydhiae*, 229, 235 *cydhera*.

scripturas integras corrupit. [1]) Secunda autem manus, cuius correctiones quinquaginta fere locis deprehendi, saepe, aversis Musis, textum traditum immutavit: [2]) quas emendationes non ante saeculum XV Vaticanum expertum esse non uno exemplo probare possum. Monacensis enim, qui saec. XV e Vaticano fideliter transcriptus est [3]), scripturas secundae manus fere nusquam expressit, [4]) qua re iis locis, ubi manus secunda in Vaticani rasuris scripserit, quin Monacensis lectionem veterem exhibeat dubium non est.

Complures libri in Italia saeculo decimo quinto ex codice Vaticano descripti sunt, inter quos Monacensis, formae quadratae, chartaceus, principem obtinet locum: emit eum Florentiae Iovianus Pontanus, ad quem pleraeque emendationes, quas codex expertus est, referendae videntur. Praeter Monacensem codex Vaticanus 1653, formae maximae, membranaceus, codex Reginensis 1869, formae octavae, chartaceus, duo codices Chisiani, formae quadratae, membranacei, quattuor codices Laurentiani, codex Bononiensis, formae octavae, membranaceus, codex Marcianus, formae quadratae, membranaceus, codex Regius, codex Burmanni, codex I. Vallettae [5]), codex Cokii, codex Harlesii, codex Graevii commemorandi sunt. Idem versuum ambitus, quem Vaticanus 3277 expressit, in apographis legitur, quae ut plerisque locis mendas codicis Vaticani leviores egregie correxerunt, ita vulnera graviora, quibus ille codex est foedatus, ubicumque exhibent. Utrum vero ea apographa ex codice Vaticano recta fluxerint omnia, an aliud ex alio descriptum sit, quod verisimilius videtur, et otium quaerendi mihi defuit et voluntas.

Nunc autem de Carrionis codice nobis disserendum est.

[1]) II 287 *uirebat.* IV 709 *manebant.* V 273 *regnum.* VII 365 *scopolis*, 640 *thoroca.*

[2]) I 56 *id*, 63 *libantia*, 68 *Perseas*, 70 *imbuat, damnabit*, 96 *Macedumque*, 130 *spectes etenim* [*ctes etenim* in ras.], 132 *corripuit residet*, 133 *Aehillem*, 137 *viridisque*, 150 *haec* [in ras.], 153 *nam*, 157 *vegit* [*ve* in ras.], 178 *eveniet* [in ras. me errasse, quod in adnotatione critica ita a manu prima scriptum esse dixi, nunc deprehendo], 202 *ille meum*, 271 *inde viae*, 360 *idam.* IV 441 *cizicus* [in ras.]. VI 479 *imittata.* VII 83 *magistret.*

[3]) Num Monacensis e Vaticano 3277 pendeat Meyncke dubitat eique Braun assentitur: sed perperam. Nam Monacensem e Vaticano transcriptum esse non est cur probem, cum res ipsa clarissime pateat.

[4]) Hi loci perspicui sunt: I 56 *i* Vm, *id* V_2; 63 *libentia* Vm, *libantia* V_2; 68 *Perseos* Vm, *Perseas* V_2; 70 *imbuit, damnavit* Vm, *imbuat, damnabit* V_2; 130 *spe....* V, *sperata* m, *spectes etenim* V_2; 132 *corripit sedet* V, *corripit sed* m, *corripuit residet* V_2; 137 *viridique* Vm, *viridisqne* V_2; 150 *et* m, *haec* V_2 in ras.; 153 *non* Vm, *nam* V_2; 171 *sed et* m, *eveniet* V_2 in ras.; 271 *inde me* Vm, *inde viae* V_2; 360 *Ida* Vm, *Idam* V_2. IV 188 *e* Vm, *et* V_2. V 338 *conantes qui* Vm, *conante sequi* V_2. VI 438 *circumspicis* Vm, *circumspicit* V_2; 479 *imitata* Vm, *imittata* V_2; 523 *spiranti* Vm, *spirantis* V_2. VII 83 *magis* Vm, *magistret* V_2. Aliquotiens autem m cum V_2 congruit: I 48 *fessus* V. *fessos* V_2 m; 91 *accipere* V, *accepere* V_2 m; 153 *castum* V, *acastum* V_2 m; 177 *honoris* V, *honores* V_2 m; 192 *pingua* V, *pinguia* V_2 m; 204 *libamine* V, *libamina* V_2 m; 208 *vitamque* V, *vittamque* V_2 m; 211 *concitos* V, *concitus* V_2 *m*; 249 *istem* V, *instent* V_2 m etc., sed hic consensus mirus non est, quia iis locis lenissima mutatione uterque verba poëtae restituit.

[5]) Codex I. Vallettae, oblongus, chartaceus, quem primus contuli, in novem et nonaginta foliis C. Valerii Flacci Argonautica et Petroni Arbitri Satiricon continet. Triceni versus a manu satis erudita in singulis paginis scripti sunt multaque scholia et in marginibus et inter ipsos versus leguntur. Duae manus codicem temptaverunt, quarum prior nigro, posterior autem rubro atramento usa est: emendationes secundae manus e codice Regio depromptae mihi videntur. Is codex, qui olim bibliothecae I. Vallettae fuit, nunc Neapoli in bibliotheca monasterii Sancti Ieromini adservatur.

Anno 1565 prodiit Antverpiae, typis Plantinianis, editio celeberrima Ludovici Carrionis, scholiis instructa, qui e libro manuscripto, quem ante sexcentos annos conscriptum fuisse gravissima multorum iudicia confirmarent, locis innumerabilibus Argonautica se emendavisse professus est. Cum autem et nimia librariorum festinatione et eius, cui describenda dederat, neglegentia factum esset ut pro veteribus erroribus sublatis novi succrescerent et veteres non omnino omnes tollerentur, eodemque fere tempore O. Gifanius sua collectanea in Lucretium edidisset, in quibus multa sibi surrepta Carrio putaret, anno 1566, ibidem, novis castigationibus adiectis, alteram editionem curavit. Librum manuscriptum, quo Carrio in Argonauticis recensendis usus est, in Belgio repertum esse ex castigationibus posteriori Valerii editioni praemissis satis scimus, sed quo pervenerit ubive interierit nullum certum nobis est testimonium: neque tamen Meynckii coniectura procul abdenda mihi videtur, qui Carrionis codicem in Lovanii urbis direptione aut incendio aliove casu interiisse aut in alium locum, ubi fortasse adhuc latet, translatum esse putavit. Cum igitur codex ille in nostra saecula non pervenerit, nihil de eius aetate decernere possumus neque in hac temporis computatione quanta Carrionis iudicio fides tribuenda sit [1]) nobis constat: censura enim de codicis antiquitate, quam Carrio in vulgus emittere in animo habebat, numquam iuris publici facta est. Eandem ob causam perpauca sunt quae de exteriore codicis specie proferre possumus. Manu quidem recentiore nonnumquam codicem depravatum esse ex Carrionis adnotatione ad v. I 679 clare patet itemque ex v. I 331 lituras quasdam eum passum esse satis perspicimus. Non nulli autem versus [I 830, III 77, V 83] margini fuerunt adscripti; interpunctione vero codicem non caruisse ex vv. I 563-65; II 317, 322, 440; IV 26-28, 85-88, 672-73; VI 537-38, 748; VIII 56 etc. manifestum est: denique versus VIII 105 postremus codicis fuit, cum reliqui temporum iniuria periissent. Nihilominus num festinatione atque neglegentia Carrio quae ad codicis aestimationem maximi pretii essent ubique adnotasset viri docti suo iure dubitaverunt: quibus de causis subsidia critica, ad Carrionis codicis auctoritatem recte aestimandam necessaria, non omnia nobis in promptu sunt.

Quae cum ita sint non mirandum est quaestionem de Carrionis codice adhuc exsistere gravissimam maximamque inter viros doctos fuisse dissensionem, quorum sententias, quo magis res pateat, in tres partes esse distribuendas censeo. Complures enim illum librum optimum veterrimumque iudicaverunt, eoque, si superesset, solo Argonautica recensenda fore arbitrati sunt, quam opinionem fere omnes qui ante Thilonem Valerio Flacco curam operamque dederunt sunt amplexi iisque Eyssenhardt, Meyncke, Braun, Loehbach olim, Hirschwaelder, Bonnet accesserunt. In sententiam autem prorsus contrariam plurimi viri docti abierunt. Iam pridem Barthius [2]) Carrionem cum codice quoque suo ubique sibi suspectum esse docuerat et Weichertus Carrionis librum ullius esse pretii negaverat: sed Thilo codicem illum in Italia decimo quinto saeculo e Vaticano 3277 esse descriptum, quamvis multas Italorum correctiones expertus esset, magnis argumentorum momentis primus contendit, eiusque opinionem Schenkl, Loehbach, Madvig, Baehrens, Gebbing, Peters, Bury, alii secuti sunt. Non nulli denique opinionem mediam servaverunt. Hi enim Carrionis librum putant ex codice ortum esse, qui ipse quidem descriptus sit ex Vaticano 3277, sed ex altero fonte correctus, indeque in Carrionis codice, multis sane locis interpolato, non nullas

[1]) Thilo in suis prolegomenis artem diplomaticam, quam dicunt, Carrionem parum calluisse putavit, sed ratio Carrionis de Censorini codice eum in talibus iudiciis faciundis cautum timidumque fuisse demonstrat.

[2]) De Carrionis ingenio moribusque, praeter Barthium. Ianus Guilielmus, Broukhusius, Scaligerus, Burmannus, alii gravius iudicaverunt.

lectiones recte traditas esse, quae Vaticani auctoritate non nitantur: cui sententiae Hartel, Jeep, Keller, Mueller, Langen, Leo astipulati sunt.

Nunc vero codicis Carrionis lectiones accurate perpendere nobis propositum est ut quaestio ad finem quam maxime certum deduci possit: quo autem clarius atque evidentius res ostendatur totum variarum lectionum numerum in tres partes digeram, quarum in una scripturas codicis Carrionis corruptas, quae recte in Vaticano 3277 legantur, componam, altera eae continebuntur quas Carrio e libro suo feliciter protulit, cum testimonia Vaticani mendosa essent, in tertia denique eos locos afferam, ubi utriusque codicis memoria varie depravata est.

Primi igitur generis digna quae memorentur haec exempla sunt: I 13 *potes*, 79 *incoeptum*, 82 *aethera-imbre*, 116 *invicti*, 117 *hunc*, 144 *hac-hac parte*, 152 *num*, 233 *pennis*, 362 *Naubulides*, 370 *Iphitus*, 393 *ima*, 479 *lucta*, 535 *ut hinc*, 536 *utque*, 554 *concidere*, 558 *movebo*, 619 *obliquam resonat*, 654 *ab-aequore*, 684 *inscia*, 705 *prosiliit*, 751 *antris*, 767 *perlacrimans*, 812 *quin-quin*. II 26 *alto*, 58 *orbe*, 64 *conditur*, 133 *hinc*, 136 [deest], 156 *simus ut similes flammis*, 159 *ingrata*, 168 *iamque*, 179 *fulmen*, 181 *ut*, 193 *occubat*, 196 *pontum*, 213 *meritas*, 214 *ductas*, 218 *facies*, 237 *dira*, 253 *miserae retine*, 274 *mi*, 283 *patriis bustis*, 294 *miserum*, 323 *adveniet*, 362 *tortor*, 369 *quem*, 396 *regant*, 398 *exclusaque*, 517 *omina*, 518 *ille*, 547 *cum-artus*, 577 *vocantis*, 578 *annuet-dies*, 587 *numine*, 595 *penates*, 600 *celeres hic prima piacula*, 639 *dextraque*, 661 *efferat*. III 5 *dat*, 11 *ditem*, 34 *velo-Proconesson*, 36 *ab* deest, 54 *Gorgon*, 71 *patenti*, 103 *at*, 120 *remotae*, 125 *arce*, 168 *clariaque*, 177 *tria*, 194 *venator Hierimo*, 197 *casside cuspis*, 210 *crudescit*, 252 *satus*, 270 *quo*, 297 *vulnera*, 304 *cohibebit*, 321 *fatales*, 350 *cum*, 360 *patrios*, 399 *Eumenidum*, 433 *novat*, 534 *voce*, 569 *hausisse*, 595 *procumbit*, 640 *dememorans*, 715 *sermonibus*, 732 *sine*. IV 27 *inanes*, 64 *precantur*, 68 *exit ubi*, 73 *auditur*, 86 [deest], 104 *rapidi*, 128 *motis*, 130 *doliture*, 169 *assumor*, 173 *gracia*, 175 *dolor et duras insurgere mentes*, 200 *non*, 242 *e*, 258 *Tartaris*, 272 *erigit*, 300 *effeta*, 307 *omnis-ceditque*, 365 *aestus*, 451 *numquam*, 452 *in toto*, 457 *manus*, 524 *comprimet*, 525 *laetifera*, 580 *exiit*, 583 *rapidi*, 595 *ater*, 600 *quas*, 633 *nam vere*, 719 *Melasque*, 722 *glacialibus*, 726 *rigat*. V 25 *funere*, 41 *relinquor*, 55 *lambentibus*, 57 *dividet*, 58 *conteget*, 72 *diviserat*, 83 *fatorum*, 94 *atram-attulit*, 99 *dum*, 112 *hylas*, 134 *vexerit amnis in aequor*, 152 *Bytheresque*, 196 *passis*, 220 *imagine*, 260 *saevi*, 270 *ferentem*, 277 *Aetheis*, 332 *lumina*, 385 *non*, 390 *sed et*, 406 *ammovet*, 418 *Sesostres*, 437 *ipse*, 463 *praecipuos*, 465 *nebulaque*, 466 *ithaeis*, 502 *petivi*, 515 *dextram*, 520 *apertis*, 540 *iamque*, 541 *acti*, 542 [deest], 564 *decolor*, 570 *potitur*, 592 *nec*, 596 *Laxasten*, 608 *arenae*, 620 *Aeetae*, 629 *querar*, 642 *frigentibus*, 650 *gradivit*. VI 23 *a sanguine*, 66 *Claraps*, 83 *vulnere*, 97 *secum - Exabaternas*, 68 *Tarax*, 115 *Varus*, 140 *iuga*, 166 *agit*, 186 *egerit*, 189 *Aetaeum*, 195 et 196 [desunt], 200 *Oebreus*, 225 *splendentis*, 261 *arbore*, 269 *en*, 305 *inquit genitor*, 418 *veste*, 432 *seras*, 433 *saevis*, 434 *egentia*, 443 *igni*, 452 *neque*, 486 *ignara*, 556 *ridens*, 559 *laeta*, 571 *praereptus*, 572 *Zatenque*, 583 *sterneret*, 594 *sanguinis usquam*, 618 *sudantem*, 651 *in admoti - in fatumque*, 700 *patriam*, 735 *et hunc*, 755 *paullisper*. VII 21 *expectata cubili*, 44 *ut*, 85 *subiit*, 119 *Aeteis*, 145 *parentes*, 161 *furiata*, 165 *sacris*, 176 *est*, 179 *letiferae*, 202 *dirae - esse*, 206 *oris*, 229 *diis*, 299 *duras*, 341 *primaevus*, 357 *ponit*, 377 *suis*, 380 *alia*, 394 *ipsa*, 501 *ego* deest, 533 *carpende*, 564 *attonitis*, 587 *incitat*, 590 *cornibus*, 616 *adverso-castris*, 630 *odere*. VIII 17 *profert*, 35 *icta*.

Quae istis codicis Carrionis scripturis fortuna fuerit ex adnotatione critica, quam textui adiunximus, satis patet: nunc vero de omnium corruptionum causis nobis disserendum est.

Ac primum quidem eos locos missos faciamus, ubi levis scripturae discrepantia librariorum neglegentiae potius adscribenda sit, velut: I 13, 233, 362, 370, 479, 554, 705; II 64, 181, 213, 274, 323, 517, 518, 577, 578, 587, 639; III 5, 11, 36, 54, 168, 177, 194, 569, 640; IV 27, 104, 169, 242, 258, 272, 300, 307, 365, 451, 524, 580, 583, 726; V 72, 112, 152, 332, 406, 418, 465, 466, 540, 596, 642, 650; VI 66, 68, 115, 572, 618, 700; VII 176, 501 etc. Haud raro autem vitia inde exorta sunt, quod librarii glossas supra versus adscriptas in verba poëtae intulerunt, velut: I 144; II 58, 547; III 534; IV 722; VI 225; VIII 17. Interdum vero lectiones codicis Carrionis eo labem traxerunt quod librariis voces ei quae scribenda erat proximae obversabantur, veluti: I 393; II 133, 168; IV 600, quod ad genus hos locos quoque referendos censeo: II 218 ex II 216, II 237 ex II 235, V 25 ex V 39, V 541 ex V 542, VI 269 ex VI 267, VII 44 ex VII 45, VII 394 ex VII 393, VII 590 ex VII 588 vel 592: eandem ob causam versus V 542, VI 195-196 exciderunt. Sed reliqua, quae extant, vitia nimiae eorum coniectandi libidini, qui Carrionis librum exararunt, tribuenda sunt. Saepius enim propter Valerii durum dicendi genus verba poëtae a librariis satis intellecta non sunt, qui ut omnes difficultates tollerent lectiones ex antiquitate traditas audacissime interpolabant: itemque quae aut nimis exquisita aut neglectiora iis viderentur cum verbis Valerii arte indignis permutata sunt, quamvis nonnumquam ad certam causam corruptelae referri nequeant indeque ex immutandi pruritu tantum exorta sint.

Deinde fere centum sexaginta locis, quos ex notis textui subiectis colligere licet, corruptelas codicis Vaticani liber Carrionis emendavit: sed quamvis plerasque maculas, quae in codice Carrionis sublatae sunt, apographa Vaticani veteresque editiones olim correxissent, haud paucas tamen scripturas tum primum ex suo codice Carrio egregie protulit. Cuius generis haec exempla praecipue adnotanda sunt: I 68 *curru ut*, 331 *polumque*, 337 *signiferum cratera*, 593 *cohors in*. II 6 *fretis*, 317 *caete*, 322 *hospita*, 439 *vates Samothraca diemque*, 502 *passosque sinus*, 535 *defertur bellua*. III 106 *Olenii*, 169 *occumbens i*, 182 *at diversa Sagen*, 277 *flatus*, 297 *potius*, 333 *corpora*, 341 *festina*, 367 *acerque*, 462 *celsis*, 519 *per omnem*. IV 111 *sin*, 242 *electus*, 338 *perfusique*, 428 *Harpyiae Tiphoides*, 551 *tam-tam mira*, 624 *sileo et*. V 67 *velut ille*, 197 *placidus*, 200 *per te vehar*, 203 *micet*, 254 *refusis*, 379 *ora*, 440 *per*, 460 *bella toros tum*, 464 *reges*, 534 *tali*, 605 *quae*, 645 *clara*, 680 *ordo*. VI 3 *tueri*, 217 *Phaleri*, 279 *magnoque doloris*, 417 *cura cavere*, 474 *alieni*, 516 *feri*, 638 *Arinen Olbumque*, 706 *agit*, 734 *fallat*. VII 24 *levis*, 46 *ipsum me*, 187 *festinamque*, 373 *vocemque Venus blandisque paventem*, 394 *ipsa*, 421 *me pendere*, 442 *en ubi Iuno*, 478 *quando*, 486 *obibo*, 541 *freto*, 566 *tenebras*. VIII 62 *ac vocat*.

Viri docti, qui codicem Carrionis ex Vaticano 3277 in Italia saeculo decimo quinto fluxisse arbitrati sunt, omnes lectiones in eo codice optime servatas coniectando inventas esse censuerunt. Quin vero plerique loci, quos Carrio, suo libro fretus, egregie restituit, facillime ex coniectura emendari potuerint non est dubitandum, sed de non nullis scripturis [cfr. I 311; II 439; III 169, 341, 519; V 379, 680; VI 217; VII 373, 442] idem accidisse pro certo adfirmare non ausim. An credendum est interpolatorem illum, qui saepius artis emendandi, quam vocant, imperitissimum atque Valerii generis dicendi plane ignarum se praebuerit plurimisque locis textum traditum atrocissime vexaverit, tot scripturas atque easdem gravissimas solo ingenio restituisse? Itaque maiore ex parte eas lectiones ab antiquitate traditas esse veri similius mihi videtur.

Denique tertii generis exempla haec sunt: I 49 *meque adsiduis lacera*, 130 *insperato*, 132 *illa*, 141 *extracta*, 157 *gerit*, 227 *longa*, 242 *quandoque*, 271 *inde magis*, 285 *descendere*, 342 *ut dent*, 356 *Cristatus*, 405 *himeton*, 408 *te quater*, 420 *caelataque*, 535 *haec*, 637 *tota*

in misero, 729 *Ligurgum*, 827 *abscissa*. II 14 *reversum*, 86 *poenamque*. 166 *retrahitque*, 176 *dedisses*, 227 *metu*, 271 *et*, 318 *patris*, 398 *saevit amor thalamos*, 431 *transibatque*. III 35 *et Caeam*, 48 *ad ortus*, 138 *Ethelum*, 143 *o prima*, 162 *dissicit*, 209 *Vesulus*. 251 *celebravit*. 293 *fatis hoc*, 359 *agros*. 362 *neque magnis*, 420 *Asopia*, 539 *pocula*, 566 *de trude*. 609 *compressa trahentem*, 623 *quibus anxia*. 709 *excussa*, 727 *Forcus*, 731 *astris*. IV 29 *suos*, 187 *tumentes*, 229 *capitur*. 287 *notat ipse*, 374 *Messenides*, 388 *somno*. 396 *quo sese*, 426 *summoque'sui surgebat*, 572 *fuerit*, 573 *patranda*, 641 *auditur*, 645 *diffugere*. 675 *fallor*, 677 *incedens*, 698 *Rhebi*, 727 *auget*. V 69 *laetos*, 72 *tristes*, 75 *Callirhoen*, 80 *Boetia*, 84 *addictasque - quaque ferentes*, 102 *Cobylli*, 104 *Enopiae*, 105 *Cytheram*. 114 *Autolitum*, 147 *inde Genetaei rupes - inde Tymanos*, 151 *Mossonychi*, 152 *Philyreiaque*. 239 *quaecumque*, 262 *infestum*. 269 *quoque*, 287 *magnus*, 342 *aequali Schytidum*, 364 *dedere*, 443 *est tantus*, 466 *effulsit*, 484 *forte*, 586 *genitor sic*. 591 *unctis*, 628 *querar*. 641 *tacitus*. 645 *anne*. 651 *Bystonidae*, 692 *Phlegraeas*. VI 65 Achimeniae. 68 *Drancaea*. 70 *Rodalo - Fidon Iacesinaque*, 82 *Coraletae*, 101 *Norae*, 113 *ad auras*. 118 *longaeva*. 129 *Micelae*. 143 *Eumeda*, 165 *quatit aethera clamor*, 208 *graviter iacit*, 230 *proturbans*, 234 *equis agitur*, 300 *quem quaerit nusquam*, 335 *relinquant*, 336 *agro subitam saevi*. 377 *illabentis-et henippen*. 441 *ad fremitus*, 537 *nec spes*, 553 *ictu*, 554 *Amastrum*. 559 *hominum*, 572 *at Latagum*, 714 *iam videt*, 723 *torva*, 750 *Iber Essedoniaeque*. VII 32 *parantem*. 84 *qui portus Tiberine tuos*, 127 *sese semel*, 159 *totum*, 165 *queis*, 183 *ne impediat nunc acta time*. 186 *amplexuque peti*. 244 *ardua amanti*, 345 *tunc poterasque*, 379 *volunt*, 380 *Aeaeae*. 452 *sumptis in armis*, 501 *si meriti sim noctis*, 550 *parti*, 587 *inque*, 635 *extimulat*. VIII 39 *iam nunc*, 77 *me stante*.

Nunc vero, si paucos locos excipimus, ubi Vaticanus 3277 et Carrionis liber lectiones eius codicis corruptas, ex quo uterque derivatus est, levi scripturae discrepantia expresserunt, ex reliquis quae extant exemplis imperitiam et audaciam interpolatoris, qui suis coniecturis codicem Carrionis vexavit, satis deprehendimus. Saepius enim corruptelas, quas leni medicina adhibita sanatas esse scimus, pravissime temptavit: idcirco non mirandum est quod emendationes ab eo depromptae longius quam Vaticani memoria a manu poëtae recedant.

Cuius rei non nulla exempla graviora tantum adferam: I 141 *racia* V, *extracta* C pro *Atracia*, 242 *quantisque* V, *quandoque* C pro *tantisque*, 271 *indeme* V, *inde magis* C pro *inde mero*, 342 *ut deque* V, *ut dent* C pro *video*, 356 *Crestus* V, *Cristatus* C pro *Piresius*, 420 *celera* V, *caelataque* C pro *celer aspera*. II 166 *trahitque* V, *retrahitque* C pro *traditque*. III 359 *arcos* V, *agros* C pro *arctos*, 539 *pecula* V, *percula* V_1, *pocula* C pro *fercula*, 731 *aris* V, *astris* C pro *axis*. IV 187 *tymantis* V, *tumentes* C pro *Dymantis*, 229 *labitur* V, *capitur* C pro *lavitur*, 573 *peranda* V, *patranda* C pro *properanda*, 645 *defigere* V, *diffugere* C pro *deficere*. V 269 *qui* V, *quoque* C pro *quin*, 651 *ao lidae* V, *Bystonidae* C pro *Aloidae*. VI 118 *lagae* V, *longaeva* C pro *Lagea*, 208 *gleacit* V, *graviter iacit* C pro *Gelae iacit*, 230 *profundis* V, *proturbans* C pro *profundens*, 537 *nexos* V, *nec spes* C pro *nec bos*, 559 *bovum* V, *hominum* C pro *boum*, 723 *fera* V, *torva* C pro *foeda*. VII 379 *cogant* V, *volunt* C pro *rogant*, 635 *atto* V, *extimulat* C pro *attonitos*.

Quae si recte disputata sunt quid de Carrionis codice constituendum sit satis patet. Eum igitur vel ex eodem archetypo ac Vaticanus 3277 vel potius ex eius archetypi gemello quodam descriptum fuisse conicio: sed viri indocti qui Vaticanum exararunt verba tradita fideliter transcribere satis habuerunt, is autem, cui Carrionis codicem debemus, ut erat homo linguae latinae haud ignarus, plurimis locis suas coniecturas in verba poëtae inferre veritus non est.

Nunc restat ut de codice Sangallensi loquar, quem, in epistola Constantiae XVII Kal. Iul. a. 1417 ad Guarinum Veronensem data, Poggius Florentinus in monasterio Sancti Galli prope Constantiam viginti milibus passuum una cum aliis scriptoribus se repperisse ait. Hic codex, qui carmen Valerianum ad lib. IV 317 continebat, in nostra saecula non pervenit, sed quinque eius apographa saeculo decimo quinto facta supersunt: Matritensis X 81, Oxoniensis, Vaticanus 1613, Vaticanus 1614, Ottobonianus 1258. Codex Matritensis [M], quem A. C. Clark, vir scientiae paleographicae peritissimus, ab ipso Poggio descriptum esse coniecit, Valerium Flaccum et Asconium Pedianum continet: et in marginibus et supra ipsos versus manus prima aliaeque suas emendationes adiecerunt: codicem Clark primus contulit. Oxoniensis [Ox] autem, in collegio Reginensi servatus, iam ab Heinsio ad Argonautica recensenda adhibitus est: a librario quodam indocto transcriptus haud saepe alias manus exhibet. Contra Vaticanus 1613 [P] et 1614 [p], membranacei, formae octavae maioris, elegantissime exarati sunt: in utroque et eiusdem manus et alterius scripturae discrepantes leguntur. Denique Ottobonianus [Ott.] chartaceus, formae maximae, Silium Italicum et Valerium Flaccum, ut Oxoniensis, continet: a manu rudi et indocta descriptus plurimis locis interpolationes expertus est: in bibliotheca Vaticana adservatur.

De ratione inter ipsa codicis Sangallensis apographa intercedente Clark, cui fere ubicumque adsentior, nuper disputavit. Equidem, cum versus II 324-406, qui in P desunt, duabus sane paginis [78 b et 79 a] in M contineantur, quin P e M fluxerit dubium esse non potest. Neque aliter de p statuendum est: non nullis enim locis ubi P pro antiqua scriptura emendationes recepit quae vel in marginibus vel supra ipsos versus in M leguntur, primam manum p expressit; contra haud raro P veteres lectiones servavit, quas p respuit, coniecturas in margine adscriptas amplexurus. Id quoque est admonendum p vel ex aliis codicibus vel ex coniectura frequentius correctum esse, P autem contaminationibus fere omnino carere.

Sed reliqua Sangallensis apographa a libro Matritensi pendere non videntur. Quod ut de codice Oxoniensi probem, complures locos adferam, ubi scripturae in Oxoniensi aeque quam in Vaticano 3277 corruptae a Matritensi recte exhibentur: I 710 *humo* M, *homo* VOx. II 53 *arte* M, *arta* VOx; 80 *furiis* M, *fariis* VOx, 151 *attamen* M, *actamen* VOx; 185 *ubere* M, *urbere* VOx; 191 *cuique* M, *cui* VOx; 326 *grais* M, *gris* VOx. III 137 *facem* M, *faciem* VOx; 336 *funereae quae* M, *funereaeque* VOx; 409 *forent* M, *fores* VOx; 431 *bidentes* M, *videntes* VOx; 449 *abolete* M, *abolet* VOx; 510 *caput* M, *cupit* VOx; 606 *amore* M, *amori* VOx; 614 *monet* M, *movet* VOx; 681 *solis* M, *soli* VOx; 726 *toto* M, *tot* VOx. Quibus in exemplis, cum Vaticanus et Sangallensis, quod mox probaturi sumus, libri gemelli fuerint, codex Oxoniensis scripturas Sangallensis haud dubie exhibet, quas Matritensis, utpote a manu erudita exaratus, emendavit. Quo autem res clarius ostendatur alia exempla afferre lubet: I 33 *neque** VOx [asterico manus poëtae indicatur], *nec* M; 116 *torrissem* VOx, *torxissem* M, *torsissem**; 208 *vitamque* VOx, *victamque* M, *vittamque**; 495 *secuntur** V Ox, *loquuntur* M; 504 *sol** V Ox, *sub* M; 552 *hiberna** V Ox, *effusa* M; 624 *cum** V Ox, *tum* M; 726 *Bisthonas* V Ox, *Bisthonias* M, *Bistonas**. II 49 *derigimus** V, *dirigimus* Ox, *pergimus* M; 50 *ipsa** V Ox, *iam* M; 72 *Altantidos* V, *Athlantidis* Ox, *saltantibus* M, *Atlantidis* *; 103 *tum ea cum* V, *tumea cum* Ox, *tunica cum* M, *tumet aut**; 130 *cum fringis* VOx, *confrigis* M, *cum fingis**; 374 *invigans* V Ox, *navigans* M, *invigilans**; 537 *collibus** V Ox, *montibus* M; 563 *piacula** V Ox, *pericula* M, 598 *aequod* V, *a equod* Ox, *acquod* M, *aequor**; 642 *neque** V, *nec* Ox, *atque* M. III 96 *pacesque* V, *picesque* Ox, *facesque** M; 98 *stillancia* V Ox, *stillantia* M, *stellantia**; 216 *prosprodite* V Ox, *proh prodite*

M, *vos prodite**; 361 *silicet* V, *scilicet* Ox, *silet** M; 474 *lactus* V, *latus* Ox, *iactus* M, *laetus**; 681 *soli* V Ox, *solis** M. IV 45 *fetumque** V Ox, *focumque* M; 74 *orantem** V Ox, *ovantem* M; 76 *honore** V Ox, *amore* M; 113 *miseri* V Ox, *misera* M, *miseris**; 159 *hostis** V Ox, *nostis* M; 185 *medius* V Ox, *medus* M, *media* *; 195 *amen* V, *amem* Ox, *agmen* M, *amnem* *; 199 *at* * V Ox, *et* M; 252 *urgentis* * V Ox, *ingentis* M. His quoque locis quin Oxoniensis vel scripturas Sangellensis, a Matritensi varie immutatas, praebeat vel propius quam Matritensis ad archetypum accedat non est quod dubitemus: quae cum ita sint Oxoniensem a Matritensi nullo modo pendere pro certo habeo. Deinde codicem Ottobonianum et Oxoniensem artissima cognatione inter se conexos esse quisquis non nullas utriusque libri scripturas contulerit satis perspectum habebit. Paucis igitur exemplis rem expediam: I 498 *siderea* V M, *sidera* Ox Ott.; 521 *adnuit* V M, *audiunt* Ox Ott.; 583 *Acamans* V, *Adamas* M, *Amans* Ox Ott.; 597 *proturbat* V M, *poturbat* Ox Ott.; 668 *regia* V M, *regio* Ox Ott. II 9 *pabulam agnes* V, *pabula magnes* M, *pabula agnes* Ox Ott.; 11 *myrin* V, *mytin* M, *mitin* Ox Ott.; 32 *iniecta* V, *invectam* M, *iniectam* Ox Ott.; 49 *derigimus* V, *pergimus* M, *dirigimus* Ox Ott.; 57 *rubor* V M, *robur* Ox Ott.; 72 *Altantidos* V, *saltantibus* M, *athlantidis* Ox Ott.; 267 *tacitas* V, *tantas* M, *tanta* Ox Ott.; 437 *adytisque* V M, *additusque* Ox Ott.; 464 *flumina* V M, *flamina* Ox Ott.; 589 *vittataque* V, *victataque* M, *vitataque* Ox Ott. etc. Sed hoc recordandum est utroque codice praeter Argonautica Silii Italici Punica quoque contineri; huc accedit quod non nulli scribendi errores, reliquis Valerii Flacci codicibus ignoti, Oxoniensi cum Ottoboniano communes sunt. Quibus de causis alterum utrum codicem ex altero descriptum esse satis liquet, sed uter ex utro fluxerit perobscurum est. Rem quidem in medio Clark reliquit, sed tamen opinionem, qua codex Oxoniensis prior creditus esset, non prorsum abiciendam censuit eique Bury assensus est, quod nollem factum. Cum enim non nulla graviora scribendi vitia, quam quae librarius indoctus, qualis Ottobonianum exaraverit, emendare potuerit in hoc codice sublata sint, Oxoniensem ex Ottoboniano fluxisse veri similius videtur: sed nihil de hoc statuo. Fortasse, scripturis utriusque codicis quae ad Silium Italicum pertinent diligenter comparatis, quaestio ad exitum deduci poterit: adhuc lis sub iudice est. Sed quamvis tanta inter eos codices similitudo intercedat ut utrolibet uti nobis liceat, Oxoniensis tamen, cum Ottoboniani scripturae haud raro ab interpolatoribus obscuratae sint, potius est adhibendus.

Quae si recte disputavimus, qua ratione Sangallensis apographis nobis utendum sit dubium esse non potest. Matritensis enim et Oxoniensis, ubicumque inter se congruunt, scripturas Sangallensis secure nobis exhibent; in lectionibus vero discrepantibus manum Sangallensis deperditi ab apographo quod cum Vaticano congruat vel minus ab eo recedat restitutam esse concludere licet. Denique, quod non est obliviscendum, codex Oxoniensis, quippe qui ab homine linguae latinae paene ignaro exaratus sit, plura quam Matritensis scribendi vitia praebet, manus autem erudita qui Matritensem transcripsit lectiones quae sibi corruptae visae essent nonnumquam immutavit.

De ratione quae inter codicem Sangallensem et Vaticanum 3277 intercesserit magna exsistit controversia. Thilo, qui rem primus pertractavit, Sangallensem ex Vaticano ortum esse coniecit eique Schenkl Baehrens alii astipulati sunt: contra Clarkio, cuius opinionem Bury nuper defendit, Sangallensis Vaticani gemellus fuisse visus est. Argumentum quo Thilonis sententia de Sangallensi codice e Vaticano transcripto nitebatur inde ductum est quod, cum libri secundi versus 213-62 in Vaticano bis scripti sint, priorem tantum scripturam Sangallensis exhibet. Sed hoc argumentum valde infirmum Clark suo iure iudicavit: nam duplicem illam scripturam archetypum ipsum Vaticani praebuisse non prorsus incredibile

est habendum. Cuius rei ut certum iudicium fieri possit, scripturas omnes, quae ipsius Sangallensis fuisse videantur, accurate perpendere nobis in animo est.


Atque in primis hoc mihi monendum est tantum consensum inter Vaticanum et Sangallensem intercedere sive in gravioribus vulneribus sive in mendis levioribus ut codices inter se artissime coniunctos esse satis pateat, iis autem locis, ubi inter se non congruant, tam levem esse plerumque scripturae dissensionem, ut librariorum neglegentia explicari possit. Praeterea, scripturis discrepantibus collatis, S saepius quam V manum poëtae exhibuisse deprehendimus. His enim locis V rectam, S mendosam lectionem praebet: I 23 *populis* V, *populos* S; 42 *audisti* V, *avidus* S; 162 *tum* V, *tunc* S; 633 *occumbere* V, *occurrere* S; 749 *hanc* V, *hinc* S; 769 *natumque* V, *natosque* S. II 200 *vocem* V, *noctem* S; 219 *sistat* V, *sistet* S; 230 *valet* V, *valeat* S; versus 275 et 274 ante v. 273 sunt in S; 304 *nemus* V, *venus* S; 308 *moenibus* V, *montibus* S; 355 *Veneri* V, *Veneris* S; 376 *segni* V, *segnis* S; 573 *nox* V, *vox* S; 622 *pariumque* V, *parvumque* S. III 227 *fluviis* V, *fluvius* S; 257 *primos* V, *primo* S; 504 *sponde* V, *sponte* S; 515 *ullus* V, *nullus* S; 521 *pariter* V, om. S; 662 *arva* V, *arma* S. IV 4 *tollunt* V, *volvunt* S; 12 *firma* V, *summa* S; 42 *sequi tum rumpere* V, *sequitur quoque* S; 80 *parentis* V, *parenti* S; 125 *ultro* V, *ultra* S; 201 *taciti* V, *tanti* S; 215 *aret* V, *artet* vel *arcet* S; 289 *hic* V, *hac* S; 308 *inclinis* V, *inclinus* S; 309 *latent* V, *lateant* S. Contra multo frequentius lectiones Vaticani corruptas Sangallensis correxit: I 192 *pingua* V, *pinguia* S; 204 *libamina* V, *libamine* S; 232 *lubri-exit* V, *lubrica-exta* S; 236 *omina* V, *omnia* S; 287 *seu venae quiquam* V, *saevae nequiquam* S; 319 *obruad* V, *obruat* S; 321 *at* V, *ad* S; 331 *potumque* V, *pontumque* S; 527 *pandi* V, *padi* S; 579 *aperte* V, *a parte* S; 608 om. V, *at* S; 632 *pelagis* V, *pelagi* S; 658 *ulnus* V, *ulnis* S; 669 *tu quoque* V, *tuque* S; 676 *limine* V, *limina* S; 679 *stat* V, *stas* S; 692 *tronitruus* V, *tonitrus* S; 695 *rapto* V, *raptoque* S; 725 *idque* V, *itque* S; 726 *Thyone* V, *Thyoneus* S; 730 *sacri* V, *sacra* S; 735 *sacro vibus-phelegetontis* V, *scrobibus-phlegetontis* S; 749 *effugit* V, *effugis* S; 778 *inpatiens* V, *inpatiensque* S; 795 *oculos* V, *oculis* S; 816 *procula* V, *pocula* S; 819 *sonitus-ferebat* V, *sonitu-ferebant* S; 824 *pallantem* V, *pallentem* S; 837 *cerens* V, *gerens* S; 842 *luget* V, *lucet* S; 845 *chori* V, *chorique* S. II 32 *iniecta* V, *iniectam* S; 75 *primis* V, *primus* S; 76 *undis* V, *undas* S; 81 *fugae* V, *fugat* S; 114 *hos* V, *has* S; 167 *questibus* V, *tum questibus* S; 212 *recaedenti* V, *recenti* S; 319 *rexissiniunctis* V, *rexisse-iunctis* S; 331 *ac* V, *hac* S; 341 *conviva* V, *convivia* S; 366 *denditque* V, *tenditque* S; 376 *faudataque* V, *fraudataque* S; 383 *habire* V, *habitare* S; 390 *pelago* V, *pelagoque* S; 455 *resonat* V, *sonat* S; 528 *adiuvata* V, *adiuta* S; 557 *patentem* V, *petentem* S; 560 *donantis* V, *tonantis* S; 565 *infers* V, *infer* S; 609 *vultu* V, *vultus* S; 627 *urbes* V, *urbe* S; 629 *orbe* V, *orbem* S; 632 om. V, *per* S; 655 *procul a* V, *pocula* S. III 2 *pulum* V, *polum* S; 15 *tum* V, *tu* S; 33 *leve* V, *leves* S; 58 *ab altis* V, *altis* S; 76 *galileae* V, *galeae* S; 92 *rientem* V, *rigentem* S; 94 *metus* V, *metu* S; 101-2 *amne spumante* V, *amnem spumantem* S; 121 *masere* V, *mansere* S; 194 *facta* V, *fata* S; 244 *tala* V, *tela* S; 251 *suprema* V, *supremam* S; 289 *tante* V, *tanti* S; 306 *opus* V, *opes* S; 313 *mune* V, *munera* S; 335 *turma* V, *turba* S; 347 *referentes* V, *referentibus* S; 421 *undā* V, *undas* S; 444 *nemorumque* V, *nemorum* S; 481 *andentior* V, *candentior* S; 482 *vinceraí* V, *vicerat* S; 486 *later ipsassusque* V, *lateri passusque* S; 516 *pritiae* V, *primitiae* S; 528 *plactis* V, *plantis* S; 552 *quadripes* V, *quadrupes* S; 566 *strodere* V, *stridore* S; 573 *percussas* V, *percussus* S; 622 *nedum* V, *necdum* S; 623 *variunt* V, *variant* S; 640 *dimissaque* V, *demissaque* S; 643 *fera* V, *feras* S; 670 *et* V, *ast* S; 714 *vir-dum* V, *viri-tum* S. IV 39 *istat* V, *instat* S; 105 *noctis* V, *nocte* S; 116 *campus* V, *campos* S; 145 *manu* V, *manum*

S; 149 om. V, *et* S: 155 *concurre* V, *concurrere* S: 180 *remibunda* V, *tremibunda* S: 194 *contra* V, *contraque* S; 242 *vota* V, *nota* S; 255 *ferurnntus* V, *feruntur* S; 299 *truncis* V, *trucis* S. Denique saepe scripturae utriusque codicis varie corruptae sunt: I 16 om. V, *tu* S, *iam** [asterico lectionem rectam significavi]: 90 *Colca* V. *Colcha* S. *colla**: 132 *corripit sedet* V, *corripuit sed et* S, *corripit ipsa sedet**: 133 *Achille* V, *Achillem* S, *Achillen**; 141 *racia* V, *trachia* S. *Atracia**; 166 *candidus* V, *candus et* S, *canthus et**; 201 *illi mi.. tu* V, [me errasse, cum in apparatu critico, Thilonem secutus, Vaticanum *illi mi..* exhibere adnotarem, nunc intellego], *ille metu* S, *illum ego tu**; 206 *aescendit* V, *adscendit* S, *escendit**, 219 *numeris* V, *numeros* S, *umeris**; 249 *istem* V, *isdem* S, *instent**; 256 *ostenderet* V, *ostentarat* S, *ostendebat**; 342 *ut deque* V, *ut de* S, *video**; 356 *Crestus* V, *Creteus* S, *Piresius**; 393 *vittaque* V. *victa quoque* S, *vittataque**; 513 *primis-insedibus* V, *primus-in sedibus* S, *premis-insedimus**; 516 *perververat* V, *perverberat* S, *reverberat**; 665 *urire caelidis* V, *urere t(a)elidis* S, *ureret elidis**; 677 *miritis* V, *meritis* S, *meritas**; 678 *horren et equis* V, *horrendus et equis* S, *horrendus equisque**; 742 *stupe acta* V, *stupefacta* S, *stupet Aea**; 811 *praedo ille mei* V, *praedo ille mei nati* S, *nati praedo ille mei**. II 38 *auserat* V. *hauserat* S, *auxerat**; 135 *dabit* V. *dabi* S, *abit et**; 286 *Tetih* V, *Theti* S, *Thetidi**; 309 *nocant* V, *vocant* S, *novant**; 317 *taeta* V, *tete* S, *caete**; 335 *cantra* V, *contra* S, *antra**; 343 *istat* V, *ista* S, *stat**; 346 *medi* V. *media* S, *medium**; 392 *faemos* V, *frenos* S, *remos**: 464 *flectus* V, *fletus* S, *fluctus**; 466 *meret* V, *me et* S, *maeret**; 467 *aliquidi* V, *aliquid* S, *liquidi**; 479 *monibus* V, *menibus* S, *molibus**; 545 *ovant* V, *ovantem* S, *ovante**; 655 *recentem* V, *recentes* S, *recentum**; 660 *subigit* V, *subiit* S, *subicit*. III 128 *Thamyrum* V, *Thamirum* S, *Thamyrim**; 199 *artemque* V. *arcemque* S, *cratemque**; 209 *Vesubius* V, *Vesuvius* S, *Vesvius**; 236 *frore cursus* V, om. S, *frigore cursus**; 273 *consertes* V, *consertae* S, *confertae**; 435 *fluviosa cunicula* V, *fluvios cunicula* S, *fluvios ac vincula**; 471 *ealai* V, *eali* S, *Talai**; 487 *polis* V, *polim* S, *poli**; 539 *pecula* V, *percula* V_1, *pericula* S, *fercula**; 546 *iuvenis* V, *iuvenem* S, *iuveni**; 599 *moraes* V, *mores* S, *mora est**; 609 *compensatra lete* V, *compensa tralete* S, *comprensa trahentem**; 638 *ferens* V, *ferens fera* S, *furens in**; 659 *tuusque* V, *tuus ipse* S, *tutusque**. IV 4 om. V, *sub* S, *se**; 30 *pharetram* V, *pharetras* S, *pharetrae**; 38 *fruente fruitur* V, *furentem* S, *fruentem**; 111 *in* V, *ni* S, *sin**; 187 *tymantis* V, *timantis* S, *Dymantis**; 223 *Aeacides* V, *Eacides* S, *Aeacidae**; 248 *vocuo* V, *tandem* S. *vacuos**; 287 *artificum notata* V, *artificumque notata* S, *artificum notat Aetna**; 297 *praecipitant* V, *praeripiant* S, *praecipitans**; 298 *tunc* V, om. S, *tum**; 301 *inspectus* V, *inspectu* S, *in pectus**; 309 *sanguinaeque* V, *sanguinequae* S, *sanguineaeque**.

Non nulla quidem exempla sunt, ut singula perpendamus, quae Thilonis sententiam probare videantur: cfr I 90, 201, 249, 356, 393, 742; II 335, 343, 464, 467, 479; III 435, 539, 599, 638, 659 etc. His enim locis, lectiones Sangallensis, cum longius quam Vaticani a manu poëtae abeant, an coniectando e Vaticano effectae sint dubitari potest. Sed quid obstat quominus ipsum Vaticani archetypum illas scripturas exhibuisse coniciamus? nam librarii qui Vaticanum exararunt, utpote linguae latinae paene ignari, archetypum fideliter transcripserunt, vir autem semidoctus qui Sangallensem descripsit, lectiones quae admodum suspectae fuissent, suo ingenio interdum immutavit. Praeterea, si ad eos locos spectamus, ubi Vaticanus mendosam, Sangallensis genuinam scripturam praebet, complures lectiones sunt quas librarium illum semidoctum ex coniectura emendavisse paene absurdum videtur: conferantur enim I 232, 527, 608, 679, 735, 819; II 81, 167, 455, 632; III 335, 431, 516, 670. Huc accedit quod haud raro, etsi uterque codex corruptus est, lectio tamen Sangallensis minus a manu poëtae recedit: cfr I 141, 166, 516, 665, 678; III 273, 703 [*iamne amnis*

negenite V, *iam pe am̃is iam genite* M, *ipse ammis lam genite* Ox, *iamne animis iam gente**]: quibus exemplis v. I 811 addere possumus, ubi vocem *nati*, in archetypo fortasse margini adscriptam, Vaticanus omisit, Sangallensis post *mei* inepte collocavit. Neque vero quae Clark de verbis in Sangallensi omissis [III 236, 521 ; IV 298] disseruit neglegenda sunt. Postremo versus I 393-442 [in nostra num. I 383-90 et 401-42], qui in Sangallensi deerant, haud dubie eo exciderunt quod in archetypo duabus paginis definite continebantur, sed hoc in Vaticano non reperimus. Quibus rationibus adductus Vaticanum et Sangallensem ex eodem libro haud leviter corrupto fluxisse arbitror.

Duas igitur habemus codicum familias [1]) inter se arte conexas, quarum ab altera Vaticanus 3277 et Sangallensis, ab altera Carrionis liber derivatus est. Quae ratio vero inter Valerii Flacci codices intercesserit ut brevi comprehendam hoc schemate utar:



Quae cum ita sint, has leges in textu Valerii recensendo mihi constitui.

a) Vaticanum 3277 potissimum ducem in Argonauticis edendis habere; in foliis autem post saec. XV abscissis et in scripturis a manu secunda obscuratis Monacensem sequi, qui inter Vaticani apographa principem obtineat locum.

b) Ubi Vaticani lectio aperte corrupta sit, codicem Sangallensem adhibere.

c) Ubi lectio cum Vaticani tum Sangallensis haud dubie depravata sit, codicem Carrionis, sed cautissime, consulere.

[1]) Praeter codices quos descripsi excerpta codicis Parisini et codicis Escurialis memoranda sunt. Parisinus 7647, membranaceus, formae quadratae, saeculo decimo tertio scriptus est: continet inter alia hos Valerii Flacci versus: I 22-23, 39 [*fictis-dictis*], 76 [*tu-gloria*], 248 [*ite-iuvet*], 320 [*nate*] — 334*, 579-81, 584-96. II 44-46, 59 [*in*] — 60, 117-122*, 263 [*stabilem-animum*]. III 364 [*fiducia*]—365*. IV 622 [*saepe-opem*], 744. V 324 [*rebus-artis*], 536 [*sceptri-cupido*], 540 [*quippe-calibs*]*. VI 200 [*mixta-virtus*], 513 [*redeunt*] — 514*. VII 227 [*cunctis*] — 229 [*dies*], 416 [*haut-vultus*]*, 435 [*nec-timenti*]*, 511 [*perstant*] — 514. Ex hoc libro codex Escurialis Q 1 14 transcriptus est, qui locos asterico notatos tantum exhibet ac, duobus locis exceptis [I 321 *hos* Q, *hoc* Par.; 328 *averi* Q, *advecti* Par.], cum Parisini memoria congruit. Quae excerpta utri familiae adscribenda sint propter eorum brevitatem diiudicari nequit: duo loci tamen [I 330 *raucos*, 331 *polumque*] adnotandi sunt, ubi cum Carrionis codice illa excerpta consentiunt.

d) Cum interdum Sangallensis, saepissime vero liber Carrionis ab interpolatoribus vexatus sit, ubi viri docti Vaticani corruptelas leniore medicina sanaverint, eorum coniecturas longe praeferre.

e) Cum in Valerio propter eius durum dicendi genus multa sint quae magis explicatione quam coniectura indigeant, Vaticani scripturas quam maxime servare: ubi autem emendatione opus sit, a litteris traditis quam minime recedere.

CAPVT IV.

De Valerii verbis explicandis viri docti admodum inter se dissenserunt: haud pauci loci animadversione digni mihi visi sunt, quos hoc capite comprehendam.

Lib. I. 15 *ille* quin ad Titum referatur, ut iam Carrio statuit, minime dubium est: perperam Parrhasius, Pius, Maserius, Delamalle, Weichert, Thilo, Schenkl, alii Domitianum intellexerunt. *delubraque genti:* templum genti Flaviae dicandum Parrhasius, Pius, alii explicarunt. Burmannus de gente Iudaica cogitavit. Heinsius, Haupt, alii locum satis non intellectum variis coniecturis vexaverunt. Mihi vero hic locus sic explicandus videtur: et delubra instituet ubi populus te colere possit. quod iam Pindemonte coniecit. 23 *gravis* non aetate [Pius, Bulaeus, Delamalle, Caussin, Bendicho y Qüilty, Pirani, Langen], sed populo [Heinsius, Burmannus, Wagner, Buzio, Pindemonte]. 45 hunc versum in textum non recepi sive quia a libris potioribus abest, sive quia num *solemnia mensae* latine dictum sit vehementer dubito. 59 *conticuit*, cui nullum obiectum additum sit, admodum languet. Lejay vulgatam nuper defendit sic explicans: certus silet C. c. S. p. certusque silet v. p. etc. Quod mihi non probatur, qua re, Baehrensium secutus, *certas* scripsi. 63 *externo:* pro Romanis peregrino id est Colchico [Loehbach, Koestlin, Bury]. Cfr V 249, 360; VIII 97. 74 locus vexatus. Pius sic explicat: superet omnes mandatorum difficultates vel maris atrocem cursum; Bulaeus: superet astus et insidias Peliae. Lectionem codicum servavi hunc esse verborum ordinem ratus: magis capessat et superet freta iussa. 90 *pater:* Maserius et Burmannus patrem gregis id est arietem intellexerunt. Pius rectius Aesonem. 99 *revehat* Maserius, Burmannus, Buzio de felici reditu explicant. Wagner, Georges, Pirani: vehat et revehat. Pindemonte, Forcellini, Samuellson: vehat. Quod probo: constat enim verbum cum particula quae est *re* compositum pro simplici verbo saepius usurpatum esse. Immerito igitur Baehrens et Langen codicum scripturam immutaverunt, 130-48 Koestlin quattuor picturas his versibus commemoratas esse contendit: 130-33, 134-36, 137-39, 140-48. Sed iniuria: tres picturas enim recte Wagner agnovit, quem posteriores secuti sunt: 130-36, 137-39, 140-48.

149 hunc versum multis suspectum Ph. Wagner optime explicavit: hoc loco enim stupere et admirari unum et idem non sunt, sed *stupet* « die schweigende Theilnahmlogigkeit des in seine Sorgen versenkten Iason » indicat. 223 *Martem* varie explicatur. Pius: anguis Martius [Gürsching] vel ara Martis ubi erat aureum vellus, Maserius: Mars deus, Burmannus et Caussin: proelium inter terrigenas illos, Baehrens et Langen: pugna inter Colchos et Argonautas ad ostium Danubii orta. Baehrensio assentior. 253 *toris* pro toro dictum esse Buzio, Kurtz, Samuellson contenderunt, sed hoc loco *toris* pro musculosis bracchiis esse accipiendum Pius, Maserius, seqq. rectius arbitrati sunt. 265 ex Thilonis sententia Pelea deos precantem Valerius fecit ut ipsum in itinere mallent perire quam ita reverti ut Achilles in vivis non esset. Rectius Ph. Wagner ita explicavit: si vultis Pelea optare currere p. f. et optare ventos ferentes etc. 271 lectionem quam recepi optime Koestlin defendit [Phi-

lologus L]. 382 et seqq. in Argonautarum enumeratione si codices sequimur, ei parti ubi Hercules sedet viginti tres, alteri autem undeviginti remiges tribuuntur: quod vitium ut tolleretur Kennerknecht, cui Langen astipulatus est, versus 403-10 post v. 382 optime transposuit. Corruptio sine dubio inde exorta est quod librarius a voce *magistros* v. 382 ad *magistri* v. 410 aberravit: qua de causa versus 403-10 tum ad marginem adscripti, postea loco alieno inserti sunt. 501-3 Pius, Burmannus, Caussin, Huguet, Ellis, Samuellson hunc verborum ordinem constituerunt: una cum Iove omnes gaudent superi et Parcae quae c. v. m. t. et vias sibi crescere. Wagner sic explicat: una gaudent superi de laetis quae mundo ventura sint temporibus et Parcae quae c. v. s. c., eique Thilo olim et Schenkl assensi sunt. Pindemonte et Koestlin ita verba coniungenda esse putant: una cum Iove omnes gaudent superi et tempora ventura mundo et Parcae quae c. s. c. v. Pii explicationem veram esse opinor. 515 *rerum* intellege non rerum gestarum [Zinzerlingus, Wagner, Huguet], sed rerum naturalium [Burmannus et seqq.]. 523-24 hic locus non nullis suspectus fuit, sed Summersii explicatio recte se habet: « calls for sons in law and invites the lands united in blood to himself [to send them]. » 538 *Tanain:* paucis iisque incertis locis [cfr Wölfflin Arch. I 422] *tenus* cum accusativo coniungitur, quam ob rem, Bononiensem alteram secutus, *Tanai* scripsi. Codicum lectionem Samuellson nuper servavit, *Tanain* pendere ex *ad* praepositione et *tenus* idem esse atque *usque* ratus; Forcellini quoque hoc loco *tenus* adverbii vicem obtinere putat: quibus non assentior. 680-1 his versibus plausum significari Pius, Heinsius, Ph. Wagner, Bendicho y Qüilty, Pirani, Samuellson recte putaverunt: contra Carrio cum Alardo, Wagnero, Pindemonte, Caussino, Langeno preces Argonautarum intellexit.

749 *famulos artus* Pius intellegit artus servientes corporeis perturbationibus; Maserius, Wagner, Lemaire, Huguet corpus quod animae, rei divinae, serviat; Burmannus, Ph. Wagner, Ph. Reuss, alii artus Peliae inservientes: quod probo. 755 Pius et Burmannus de sacrificio parando, Wagner, Delamalle, Weichert, Huguet, E. Reuss, Gebbing de sacrificio finiendo Valerium cogitasse coniecerunt. Rectius Langen sacrificium interruptum, quod ad v. 774 expletum est, intellexit. *sacerdos* hoc loco est Alcimedes; quod propter Langenum dico.

780 falso Vossius, Burmannus, Delamalle, Caussin, Huguet, Pirani, alii praeter Aesonem et Alcimeden sagam quandam adesse existimarunt; hoc loco enim Alcimedes ipsa Thessalis vocatur [Pindemonte, Wagner, Weichert, Thilo, Damsté, Langen]. 782 locus explicatu difficillimus: quid enim *retro carmen agens* significet perobscurum est. Pius ita explicat: reiterans vel avertens se dum dicit; Buzio, Wagner, Huguet, Pirani: carmen interruptum antea denuo incipiens; Delamalle: retro cedens dum carmen dicit; Iacobs, Koestlin, Seyffert, Bury: proferens carmen quo umbras avocatas pristinis suis sedibus reddat; Braun: carmen recitans quo umbras Crethaei ex inferis ad superos retro agat; Bendicho y Qüilty: carmen dicens « de espalda » id est « sin volver la cara »; Pindemonte: « da l'ultimo al primier con torto opposto ordin cantando »; Samuellson: carmen ita legens ut a fine versus vel carminis retrorsus per singulas syllabas aut per singula verba replicetur. Haec verba quid sibi velint se non intellegere Thilo fatetur: Ph. Wagner, Hirschwaelder, Schenkl, Baehrens, Gebbing, Langen scripturam traditam varie vexaverunt. Mihi autem magis explicatione quam coniectura hic locus egere videtur: sed quomodo *retro carmen agens* interpretemur non liquet. Iacobsii quidem explicatio mihi satis arridet, sed iudicent doctiores. 830 qui in margine codicis Carrionis versus insertus est non displicet, sed, cum in libris potioribus defuerit, eum nolui accipere.

Lib. II 15-16 *in nubem-Ossa redit* Pius et Samuellson interpretantur: Ossa erigitur usque ad nubes. Contra Maserius, Burmannus, seqq.: Ossa longinquitate evanuit vel nube tecta: melius. 58 *uno-Euro* recte explicatur: dum solus Eurus flat. Ph. Wagner *uno* pro

f

continuo accepit. 61 locus vexatus. Delamalle sic intellegit: *monstrant* i. e. *monstratur*. Weichert: tacitae horae monstrant. Scripsi *monstrat*, referens non ad Argum [Vossius], sed ad Pallada [Schrader et Caussin], ex v. 49-50. 75-76 *exegit-Phoebus Athon* Pius et Wagner explicant: sol fecit Athon conspicuum; Burmannus, Pindemonte, Caussin, Huguet. Samuellson, alii: sol ascendit eo usque ut radiis Athon vicerit: quod probo. 104 *sidereos diffusa sinus*. Male Loehbach hunc locum interpretatus est: « Ich möchte.... von dem wirr über die Brust herabhängenden Haar verstehen ». Verba enim de laxo vel discincto amictu intellegenda sunt, ut Burmannus, Delamalle, Caussin, Gebbing, alii probaverunt. 158 *virgata* Turnebus, Carrio, Alardus, Burmannus, Pindemonte de veste explicarunt; contra Wagner. Harles, Delamalle, Caussin, Huguet, Langen alii: stigmatis conpuncta: quod malo. 179 *stragemque deum* Barthius, Burmannus, Wagner, Harles stragem a diis factam interpretantur: sed rectius Pius, Maserius, Delamalle, Caussin, Huguet, Bendicho y Qüilty, Langen alii statuas templaque deorum fracta intellexerunt. 191 *festina* non simulatione [Lemaire], sed facinoris cupiditate [Burmannus, Pindemonte, Wagner, Langen]. 219 *noctes* varie explicatum est. Maserius et Burmannus intellegunt somnia per noctes apparentia; Braun noctes quibus carmen süum poëta recitaverit; Pius, Beck, Wagner, Huguet, Koestlin carmen per noctem confectum; Buzio, Pindemonte, Delamalle, Caussin, Bendicho y Qüilty, Langen res quae homini insomni offerri soleant: quam explicationem veram esse pro certo habeo. 260 *fixaeque fremunt in limine tigres*: in his verbis interpretandis viri docti inter se discesserunt. Wagner explicat: tantus erat sonitus tympanorum ut ante fores stantes aeneae tigrides et intus cavae resonarent. Wesseling, Volkmann, Ruhnkenius de pellibus tigridibus detractis quae ventilatae strepitum concitarent cogitaverunt. Braun putat tigres feminas Lemni furentes appellari. Sed hoc loco miraculum factum esse poëta narrat, ut Iacobs, Weichert, Schenkl, Hartel. Gebbing, Langen viderunt. 337 locus vix sanus. Wagner, Caussin, Huguet, Ellis, Bury explicant: uno fulmine facto antrum tacet donec opus novum suscipiatur. Quem sensum prorsus reiciendum non equidem existimo. 367 *quarto ortu*: nec quartus dies [Pius, Vossius, Huguet, Nisard, Braun, Langen] nec quartus mensis [Maserius, Carrio, Pindemonte, Delamalle. Bendicho y Qüilty, Koestlin], sed quartus post lunam novam dies [Burmannus et Caussin] hoc loco indicatur. 377 *ipse*, Hercules scilicet [Buzio, Pindemonte, Caussin, Huguet, Braun, Hirschwaelder, Koestlin, Samuellson], nec, ut vult Wagner. Iason. 454 *vacuum* Pius intellegit iter per aera factum: rectius Burmannus, Thilo, Ph. Wagner, Langen de deserto litore cogitaverunt. 515 et seqq. Buzio, Wagner, Delamalle, Caussin, Eyssenhardt, Bendicho y Qüilty, Schenkl, alii putant ibi beluam appropinquantem cum Borea comparari: contra Herculem cum Borea comparari Thilo, Summers, Langen statuerunt, quibus assentior.

556 *male laetus* id est non bona fide laetus [Pius et seqq.]. Perperam Bulaeus parum laetum interpretatur. 566 versus qui in C m T legitur suspectus est, ut Thilo vidit, quare lacunam statui.

Lib. III 19 *nocturna* Langen pro *nocturna bella* accipit, sed melius est *nocturna* ad *Erinys* referre ut Buzio Pindemonte, Caussin, Gebbing, Samuellson, alii contenderunt. 40 falso, mea quidem sententia, Schenkl *agens* cum verbo *lenit* coniungendum censet. 76 versum, quem in margine sui codicis Carrio invenit, Valerii non esse Thilo rectissime monuit. 95 *hinc* varie viri docti explicarunt. Burmannus, Wagner, Pindemonte, Caussin: a parte Cizycenorum; Langen: tum, deinde; Delamalle: ex hac causa. Burmanno assentiendum censeo. 122 *vagi*: hoc verbo Heinsius et Buzio servos Medonis designari putant: Wagner. Huguet, Pindemonte id ad Cyzicenos omnes pertinere arbitrantur: rectius Bentley. Burmannus. Caussin. Bendicho y Qüilty. Langen Medonem et Genysum intellegunt. 181

desere nunc nemus ironice dictum Maserius, Burmannus, Wagner, Thilo; exprobrationis causa Buzio; propter misericordiam Delamalle, Lemaire, Caussin putaverunt. Rectius Langen cum ironia misericordia mixta haec verba dicta esse contendit. 228 *Eumenidum canis* Maserius Furiam, Burmannus, Wagner, Huguet, Summers, Langen canes, Pius, Vossius, Pindemonte, Delamalle, Caussin Cerberum intellexerunt. Pii explicationem malo. 403 *horret*: Burmannus et Wagner de frigore quale sit hieme, Samuellson de frigore ex inferis emananti mentionem esse cogitant. Rectius Caussin et Langen sic explicant: arbores immotae stant ne levissima quidem aura agitatae. 444 Pius et Pindemonte effigies virorum ad truncos suspensas esse putaverunt: sed hic Burmannum sequor sic interpretantem: Mopsus locavit quercus nemorum truncas ut effigies essent virorum. 468 *nutat* iniuria Burmannus, cui posteriores assensi sunt, ita explicavit: nutu signa dat. Caussino accedo qui sic interpretatus est : in unam et alteram partem inclinat. 473 perperam Langen *gemitu* et *pulsu* dativos intellegit. 557 *procumbit* pro obdormiscit positum esse Baehrens arbitratus est. Koestlin explicat: « sich niederlegen zum schlafen ». Buzio, Caussin, alii: procumbit ad bibendum. Optime. 560 *umbra* non arborum [Lenz, Wagner, Huguet, Koestlin], sed nymphae [Pius, Maserius, seqq.] 645-46 *potioribus ille deteriora fovens:* verba multis sane suspecta. Ph. Wagner sic interpretatur: fovens deteriora quam ea sunt quae fovent potiores; Ellis: melioribus rationibus causam deteriorem defendens. Mihi quidem usitata explicatio magis arridet: causas deteriores magis quam potiores defendens. 693 *Aeacides* Telamon scilicet: hoc propter Pium et Carrionem dico. 740 *iuba sordida* Huguet explicat: pulvere foedata. Rectius Buzio, Wagner, Caussin, Bendicho y Qüilty, Samuellson de lacrimis cogitaverunt.

Lib. IV 18 *graves* Wagner intellegit tristes; Caussin, Bendicho y Qüilty, Langen: somno gravatos, quod probo. *deum* varie explicatum est. Maserius, Burmannus, Buzio, Wagner, Delamalle: somnum; Heinsius: Iunonem; Carrio: deorum; Pius, Caussin, Langen: Iovem. Pio assentiendum puto. 46 *tumentibus undis* dativum Burmannus et Caussin, ablativum ex *super* pendentem Wagner et Huguet, ablativum absolutum, cui vis concessiva insit, Schenkl intellexit. Langen nihil diiudicat; ego vero Schenkelium sequor. 88 hoc loco Thilonis explicatio quamvis artificiosa probanda est: nam de corruptione vix cogitari potest. 159 *hostis* id est inimicus [Pius et seqq.]. Contra Alardus, Wagner, Caussin, Huguet: peregrinus. 192 *modo sint tibi sanguis et artus*. Ineptissime Burmannus: modo tibi sit animus, virtus, qua vulgo celebrabaris. Hoc modo enim Pius recte explicavit: si sicut alii constitutus es, si corpus habes quod vulnerari et sanguinem qui effundi potest. 196 versum codicis Carrionis propter illius libri fidem suspectam non recepi, quamvis alia non sint, quibus versus spurius videatur. 272 *dubium caput* Burmannus respectu timoris Argonautarum dici putat: contra Pius et Langen de ipsius Pollucis timore cogitaverunt. Sed rectius mea quidem sententia Zinzerlingus et Caussin caput mobile explicarunt. 275 *summos manibus deducere caestus*: locus variis modis temptatus, quem servavi sic interpretans: sublatos caestus in adversarium demittere [Delamalle, Caussin, Huguet]. Alii aliter explicaverunt. Pius: inplicantia vincula caestuum abstrahere; Buzio et Wagner: caestus e bracchiis manibus propius admovere. 326 *arma* non Amyci, ut perperam Burmannus, sed Pollucis. 391 *Iovi* id est a Iove [Huguet, Caussin, alii]: Wagner et Buzio minus recte: in laetitiam Iovis. 505 *fixi* id est attenti. Contra Weitz: attoniti. 641 *insana* alii ingentia, alii furentia explicant: postremum malo. 654 *abiecti*: in hoc verbo interpretando viri docti valde dissentiunt. Weitz, Burmannus, Buzio, Delamalle: loco suo moti per violentiam aestus marini; Wagner: surgere iussi; Barthius, Heinsius, Langen: animo abiecti. Barthii explicatio longe praeferenda est. 692 *iugis*: male Wagner de transtris cogitavit: nam de rupibus Cyaneis hoc

loco intellegendum est. 698 *flumina* non nominativum [Burmannus, Wagner, Huguet], sed accusativum cum Caussino et Langeno puto. 715 locus vexatissimus: codicum lectionem servavi Caussini explicationem secutus, qui post *nec* haec subaudivit: Tyrrheni maris, nec Aegei, nec Syrtium litora longius cesserunt. Harles, Delamalle, alii totum locum prorsus non intellexerunt. 726 *tumido riget ardua fluctu:* Buzio, Wagner, Caussin, Langen ita explicarunt: ad montium altitudinem fluctus erigit: quod probo. Perperam Burmannus, Pindemonte, Delamalle, Bendicho y Qûilty, alii de specie glaciali cogitaverunt.

Lib. V 22 *praecipiti gravidum sorte* Wagner, Delamalle, Huguet, Bendicho y Qûilty, Gebbing, Langen recte interpretantur: gravi morbo gravatum. Perperam Maserius, Pius, Barthius, Bulaeus, Burmannus, Buzio, alii: grandaevum. 39 *tuto* hic dici censeo non respectu maris [Heinsius], sed ut opponatur hostili terrae [Maserius, Pius, Burmannus, Buzio, Langen]. 156 *Titania fata morantem* id est Promethei supplicio finem impositurum, ut Burmannus, Caussin, Ph. Wagner, Schenkl. Male Pius: tardantem mortem Promethei. Immerito Eyssenhardt, Koch, Langen, Bury codicum lectionem vexaverunt. 166 Thilo et Langen censent Hiberum esse fluvium, sed iam Maserius recte vidit esse gentem eiusque sententiam nuperrime Heeren confirmavit. 246 *haec tibi.* Pius subintellegit: credo, committo; Brouhkusius: sint; sed rectius explicatur si audiatur: dico [Burmannus, Huguet, Schenkl, Langen]. Non nulli verba tradita suspecta habuerunt. 282 *petamus* Schenkl et Baehrens coniunctivum dubitativum interpretantur; Thilo censet *petamus* a verbo *cernis* pendere; Samuellson putat *petamus* modorum assimilatione positum esse pro *petimus*. Langen *petimus* proposuit. Thilonis sententia veri similior mihi videtur. 306-7 *canis ubi tollitur omnis campus aquis:* Pius et seqq. nives intellegunt quibus campus tegatur. Langen autem mare cuius undae vi ventorum excitatae canescant: melius. 371 *caelo:* scilicet caelesti ardore, ut iam Pius statuit. 394 *viros* plerisque suspectum fuit, sed recte Koestlin explicavit: natura factos, non arte hominum. 418-54 in imaginibus enumerandis quas Valerius narravit caelatas esse in foribus templi Solis viri docti admodum inter se dissentiunt. Wagner quinque imagines distinxit: 418-24, 425-28, 429-32, 433-41, 442-54. Delamalle et Caussin, ut videtur, sex: 418-424, 425-28, 429-32, 433-39, 440-41, 442-54. Meyncke duodecim: 418-19, 419-24, 425-28, 429-32, 433-35, 436-37, 438-39, 440-41, 442-45, 446-49, 450-52, 453-54. Bendicho y Qûilty, ut videtur, octo: 418-24, 425-28, 429-32, 433-37, 438-39, 440-41, 442-445, 446-54. Kennerknecht novem: 418-24, 425-28, 429-32, 433-37, 438-39, 440-41, 442-45, 446-49, 450-54. Langen decem: 418-19, 419-24, 425-28, 429-32, 433-37, 438-39, 440-41, 442-45, 446-49, 450-54. Rossbach octo: 418-19, 419-24, 425-28, 429-32, 433-37, 438-39, 440-41, 442-54. Mihi quidem imagines Langen recte distribuisse videtur: ipse autem vituperandus est quod, sine ulla probabilitate v. 436, satis non intellectum, post. v. 437 transposuit. 430 *ater globus:* non nulli apud Pium lacrimas sororum quae per harenas in amnem convolvantur hoc loco indicari putant, quam explicationem Samuellson nuperrime defendit. Sed melius est si corpus Phaethontis exustum intellegimus, ut Pius et posteriores intrepretati sunt omnes. 509 *vero* non coniunctio, ut plerique adfirmarunt, sed substantivum habendum est, quod Pindemonte, Leo, Samuellson alii suo iure censuerunt. 528 quin *antiquae sortis* ex *memorem* pendeat minime dubito: falso Erdmann et Hausteinius ea verba cum *praescia* coniunxerunt.

544 Wagner *super* praepositionem intellegit, sed *super* est adverbium pro eo quod est *insuper*, ut iam Pius statuit. 670 locum corruptum alius aliter temptavit. *aliqua* scripsi, quod minus a litteris traditis recedat: totius loci haec est sententia: nihil ius poterit? 678 *retentet* id est iterum tentet [Burmannus et seqq.]. Perperam Pius: retineat.

Lib. VI 22-23 *promissa fidemque esse loco* Burmannus esse tempestiva explicavit; Pius posterioresque habitura locum et effectum: quod malo. 26 *medio tempore* non explicandum est nocte [Pius, Delamalle, Langen], sed induciarum tempore [Burmannus, Buzio, Pindemonte]. 27 *aureus-rubor:* Heinsio, Burmanno, Buzio, Delamallio, Langeno rubor iste ex clypeo Martis ortus esse videtur; minus recte ruborem secundum naturam per Auroram effectum Maserius et Caussin intellexerunt. 47 *orbaque beatior aula* Langen sic interpretatus est: beatior quam Iason qui monstrum in matrimonium duxerit. Sed tutius est explicationem communem recipere: beatior quam si voti compos thalami talem sociam accepisset.

63 *spatium* crines provectiore aetate longiores factos editores intellegunt. Contra Langen: calvitie exorta spatium datur ad caput circumligandum: melius. 87 *degeneres* id est servili origine [Maserius et seqq.]. Pius explicavit: degenerantes a maioribus. 92 *suum*: utrum apros [Burmannus, Buzio, Pindemonte, Delamalle. Caussin] an hystrices [Pius, Maserius, Wagner. Huguet. Langen] hoc loco poëta indicaverit non omnino liquet: malo tamen Pii sententiam amplecti. 120 *discolor* non de colore faciei [Caussin], sed de vestium armorumque varietate accipiendum est. 160 *geminis aequantes cornibus alas.* Male Wagner et seqq.: ex utraque parte aciei eodem numero cornua tenentes. Multo propius ad veram explicationem Koestlin et Heeren accesserunt: die mit ihrem Bogen dem Vogelfluge gleichkommen. 188 *vitae* hic pro sanguine esse Caussin et Huguet existimarunt. Rectius Pius explicavit: corpora viventia adhuc sed vulnere strata; eique posteriores assensi sunt. 204 *armento-ab omni.* Burmannus et Buzio sic ordinant: dives ab omni armento. Contra Pius et seqq.: nutrierat separatos ad militiam. nolens eos inter armenta versari: rectius mea quidem sententia. 205 *fatis-iniquis* non ablativum [Pindemonte ed Caussin], sed dativum [Pius et seqq.] intellego. 209 *constitit* vix sanum: transitivus enim *consistendi* verbi usus nusquam reperitur. Codicum lectionem plerique servaverunt, sed neque post *alipedemque* interpungendo omnes difficultates tolluntur neque Burmanni et Caussini explicationibus quidquam proficimus. *Constitit* igitur mutandum est: sed coniecturae, quas Heinsius. Wagner, Baehrens. Koestlin protulerunt, audaciores sunt quam quae recipiantur. *Contigit* scripsi, quod a librorum litteris minus longe recedat. 224 *silvis* significare Webebaum. Webestuhl Schenkl putat. Wagner et Gebbing de materia ad texendum in silvis obvia intellegunt; sed hoc loco *silvis* pro *in silvis* positum esse Burmannus, Buzio, Caussin, Huguet, Langen, Summers rectius censuerunt. 229 *densa* neutrum pluralis [Delamalle. Huguet, Thilo, Schenkl, Kübler. Langen] habendum est: alii [Wagner, Caussin, Ph. Wagner. Gebbing] ablativum intellexerunt.

238 hunc locum multis suspectum optime Burmannus explicavit. 247 *liquuntur vulnere malae* id est cruor defluit per malas. Male Pius et Burmannus: malae franguntur. 256 *adverso-conto* dativum cum Pio, Thilone, Langeno accipiendum puto: Burmannus et seqq. ablativum. 323 *facile* varie explicatum est. Pius: quae facile expugnari possent; Burmannus, Delamalle, Caussin, Huguet: quae cultiori et humaniori vitae facile omnia suppeditant; Maserius, Buzio, Langen: hospitales. Burmanno assentior. 422 *haerentes-cornibus altis* Maserius. Burmannus. Pindemonte, Delamalle, Bendicho y Quilty, Harmand ita interpretati sunt: cervos implicitos ramis arborum. Rectius Pius, Buzio, Wagner, Caussin, Huguet, Langen: cervos inter se luctantes cornibusque implicitos. 435 *pascua* pro armentibus pascentibus positum esse Langen recte vidit. *noctem* Wagner intellegit mortem: Pius, Maserius, seqq.: fumum densissimum: melius. 561 *cassus* Pius explicat: spoliatus corpore; Maserius: cassus lumine; Caussin et Huguet: incassum: Delamalle: cassus sanguine; Pindemonte et Langen: moribundus: sed *cassus* ad *animam lucemque* versus praecedentis referendum est, ut Leo vidit. *ferebant* pro auferebant accipiens in turpem errorem Wagner lapsus est: recte Pius

et seqq.: praedicabant. 674 *extremus-pudor* Pius interpretatur: pudor qui extremitates faciei pererraret. Sed hoc loco pudor extremus dictus est cum virgo brevi esset viro succubitura nec postea erubesceret [Burmannus et seqq.]. 710 *liquido-auro.* Auri liquamen quo capillus madefactus rutilatur cum Pio et seqq. intellego: contra Burmannus, Huguet. Bendicho y Qüilty, Langen de auro in tenues laminas tracto cogitaverunt.

Lib. VII 52 de piratis etiam hiberno tempore per maria vagantibus hoc loco agi Burmannus putat. Contra Pius, Wagner, Huguet, Langen, alii de naufragis hieme in terram eiectis et expoliatis: quod malo. 59-60 *si... latet una nescio quid plus puppe viris* Maserius sic explicat: si naves una plus habetis quibus tentetis insidias struere. Melius Pius et seqq.: si in una ista nave lateat quid plus viris mortalibus valeat. 71-2 *siquid in isto est robore:* Langen locum non intellexit sic explicans: siquid divini auxilii est in ista navi. Sensus enim est: siquid spei in isto tuo robore est, ut Pius, Delamalle, Caussin, Lemaire, Huguet, Bendicho y Qüilty, Leo, alii coniecerunt, 73 *tenebris:* fumo scilicet [Buzio, Delamalle, Caussin, Bendicho y Qüilty, Gebbing]. Male Wagner de tenebris noctis cogitavit.

84-85 his versibus mira est lectionum varietas, sed codicum scriptura non est vexanda. *Arce* id est caelo [Caussin et Langen], non turri [Maserius, Pius, Burmannus, Huguet, alii].

88 *obtutu consurgit ab alto* recte Delamalle et Langen interpretati sunt: altum rumpit silentium. Explicatio autem vulgata ita se habet: oculos huc usque in terram defixos tollit.

103 *medios inter deserta parentes:* optime totus locus sic explicatur: quamvis inter parentes virgo sola sibi videtur relinqui, discedente illo qui iam tum ipsi est unus omnium loco [Delamalle et seqq.]. Alii aliter *deserta* interpretantur. Maserius: deserta a Iasone; Burmannus: destituta, desperata; Wagner: inops. 109 de huius versus sententia viri docti inter se non consentiunt. Buzio, Wagner, Delamalle, Huguet, Bendicho y Qüilty: cupiditate Iasonem sequendi Medea flagrat. Maserius, Pius, Burmannus, Pindemonte, Caussin, Langen: simul cum Iasone domum et ianuam procedere optat ne amores e conspectu amittat suos. Pio libenter accedo. 119 *quaerit* non secum [Caussin], sed ex sorore [Wagner et seqq.].

161 *decepta*: de Iasonis amore desperabat [Burmannus et Wagner]. Male Pius et Maserius: crediderat Iunonem fuisse Chalciopen. 180 *fundere taedas* varie explicatur. Pius: ventilare taedas; Maserius: abunde offerre et praebere aut liquefacere; Wagner, Caussin, Huguet: adhibere multa taedarum lumina; Burmannus, Buzio, Delamalle, Langen: fundere lumina taedarum. Postremum malo. 209 *curas:* amores nempe. Ineptissime Bulaeus ossa intellexit. 224 *iuventae* hoc loco non est genetivus [Pius et Pindemonte], sed dativus [Burmannus et seqq.]. 238 *magnae Perseidos:* de hac femina inter viros doctos non convenit. Pius matrem intellegit; Maserius et Pindemonte aviam; Wagner et Huguet Circen; malo quidem cum Caussino et Langeno de Hecate cogitare. 260 *fugientem* immerito multis suspectum. Nautae nondum oram solverant, sed iam fugam parabant. 285 *vulgata* plerique prave immutarunt. Optime enim Langen explicavit: vulgo, in publico proposita; minus recte Meyncke: suspensa, prostituta. 302 locus obscurissimus, sed codicum lectio non est vexanda: explicatione enim, non coniectura opus est. Koestlin cornua Penthei intellegit, sed perperam: hoc loco enim de cornibus ipsius Bacchi agitur. *infectis:* tinctis nempe, ut Caussin statuit. Ornatus Bacchi pingitur, qui vittatus erat more sacrificali. 304 *mollem accipit hastam* recte Caussin: thyrsum sumit. Burmannus et seqq.: hasta vulneratur. 315 *saevissima:* Caussin, Lemaire, Huguet *ad* subaudiunt ita explicantes: Pelian ad saevissima supplicia poscit. Sed melius est *saevissima* ad Medeam referre, ut Buzio et seqq. coniecerunt.

335 *colligit iras* Burmannus et seqq. sic interpretantur: se ad moriendum excitat. Quod non placet. Recte enim Bendicho y Qüilty et Langen: cohibet iram. 349 *minor* vel aetate

[Weitz et Caussin] vel prudentia [Pius et Burmannus] intellegendum est. Male Maserius: minor dignitate. 368 hoc loco de tempore agi quo flos ille ab Hecate colligeretur recte Pius, Heinsius, Burmannus arbitrati sunt. Maserius aliique mentem poëtae non intellexerunt.

394 *Venus:* dea scilicet, non sidus ut nuperrime Bury contendit. 441 *hanc animam pars saeva manebat funeris:* immerito haec verba multis suspecta visa sunt: ii autem, qui codicum lectionem servaverunt variis modis totum locum explicarunt. Vossius: mea anima ex parte tecum fuisset sepulta si periisses. Contra Koestlin putat Medeam questam esse quod corpus Iasonis sibi sepeliendum esset. Mihi quidem Langeni sententia perplacet: me manebat adspectus funeris tui. 447 *non mea:* Hecates scilicet, ut iam Heinsius vidit. Minus recte Maserius: deorum vel Iasonis; Wagner et Huguet: non animo obsecuta meo, sed misericordia tui commota; Caussin: fati. 551 *tuum* non ad Graium, ut ineptissime Schenkl, sed ad draconem referendum est: Aeetes enim amorem Medeae erga Iasonem plane ignorabat. 552 *terga:* velleris nempe [Pius et seqq.], non draconis [Wagner et Huguet]. 560 locus vexatissimus: quid enim *axis* sibi velit clare non liquet. Pius caelum intellexit; Maserius, d' Orville, Harles, Caussin, Lemaire, Huguet, Nisard, Ph. Wagner currum; Burmannus, Beck, Pindemonte, Wagner, Delamalle, Bendicho y Qtilty, Schenkl olim Arctum; Buzio axem currus: Koestlin solem. Maserio quidem assentior: totam comparationem optime d'Orville explicavit. 564 *longissima:* scilicet remotissima [Pius, Paraeus, Barthius, Alardus, Weitz, Delamalle, Langen]. Minus recte Burmannus, Buzio, Pindemonte, Wagner, Huguet, alii: amplissima. 578 *ciet* id est provocat [Pius et seqq.]. Male Maserius et Burmannus: repellit. 619 *ense sequaci* ita Bulaeus interpretatus est: ense tauros prosequenti. Melius Pius et seqq.: ense celeriter dextrae Iasonis obsequenti. 649 *redditus* Koestlin sic explicavit: erfrischt hervorgetaucht. Rectius Wagner et seqq.: reversus.

Lib. VIII 6 *virgineis-vittis*: Caussin, Huguet, Langen vittas sacerdotales intellexerunt, quibus, ut Hecates ministra, Medea insignita esset: optime. Maserius et seqq. de vittis virginalibus cogitarunt. 8 *somni:* Koestlin et Leo explicant de Somno deo, cuius statuam Medea in cubiculo habuerit: sed hoc loco Medea in memoriam revocat dirum illud somnium de quo V 333-40. 16 *spernenda* non ad Medeam [Maserius]. sed ad medicamina [Pius et seqq.] referendum est. 21 *prosilit* non e thalamo [Burmannus et Buzio]. sed e palatio [Wagner et seqq.]. 22 *ferit* non pedibus terram [Burmannus], sed ense scopulum [Wagner et seqq.]. 29 *velatis cornibus* varie viri docti interpretati sunt. Pius de plenilunio cogitavit; Wagner de ecclipsi; Burmannus, Delamalle. Bendicho y Qtilty de nubibus; Maserius, Caussin, Huguet, Langen de splendore imminuto pudoris causa: postremum malo. 51 *abactam* Pius explicavit: longe ductam. Burmannus et seqq.: eiectam, repudiatam: melius. 62 arte magica Medeam effecisse ne Iasonem conspiceret draco Caussin, Lemaire, Huguet, Koestlin, Langen recte coniecerunt. 82 varie hunc locum viri docti explicarunt et emendaverunt. Codicum lectionem retinui sic explicans: draco se excussit ne super arborem dulces somnos caperet. 90 *refluens* optime Burmannus et Langen interpretati sunt: retro fluens, a mari ad fontes versus fluens. Contra Pius: in aliam partem fluens; Pindemonte, Wagner, Caussin, Peerlkamp, Koestlin: exundans, ultra ripas effusus. 94 *crudelis* male genetivum Caussin et Huguet intellexerunt: nominativus enim recte explicatur. 99 Wagneri interpretatio ita se habet: praeclare tecum agi putes, quod vitae saltem pepercerim; sed male. Sensus est: nec te saltem peremi ut acerbum effugeres dolorem qui te cras manet [Pius et seqq.]. 101 *umbra* non arboris [Pius, Burmannus, Lemaire, Huguet]: sed ipsius draconis [Barthius, Wagner, Caussin]. 110 *per ipsum:* per ipsum draconem, ut Burmannus et seqq. Contra Pius: per te ipsum: vir doctus in marg. Bon. 1 et Ben-

dicho y Qüilty: per ipsam arborem. 164 *errantesque genae:* Pius, Alardus, Pindemonte, Wagner de incerto et mutabili genarum colore cogitaverunt. Sed *genae* hoc loco idem est atque oculi, ut iam Burmannus, Delamalle, Caussin, Huguet, Langen viderunt. *alieno:* Iasonis nempe [Pius et seqq.]. Samuellson explicavit: non tuo, solito. 194 in hoc versu interpretando a viris doctis multum operae insumptum est. Buzio, Pindemonte, Caussin: satis mihi quod Argo etc.; Ph. Wagner et Bendicho y Qüilty; non habeo quod addam. Loehbach: non satis totis, sed vexatis corymbis Argo navis redit; Harles et Delamalle: satis mihi periculorum; Pius et Langen; sat mihi semel Cyaneos montes perrupisse. Pio plane assentior. 218 *torvus* dictum est ex torvitate incolarum [Pius, Iortinus, Pindemonte, Caussin, Langen]. Contra Burmannus, Wagner, Huguet quia taurino capite fluvii a poëtis fingantur.

224 *invitae:* Pallas enim semper nuptiis adversans a poëtis inducitur [Burmannus]. Pius et Langen aliter explicaverunt, sed minus recte. 235 *duplex,* quia ex gemmis et auro erat [Burmannus, Heynius, Caussin, Huguet, Langen]. Harles, Wagner, alii duas coronas intellexerunt. 269 hunc versum varie interpretatores acceperunt. Burmannus, Pindemonte, Huguet, Bendicho y Qüilty: scilicet in nostram gratiam fecit ut, contentus Medea, non everterit urbem et muros disiecerit. Rectius Buzio, Delamalle, Caussin, Ph. Wagner, Langen: heu pudor! id nobis contingere non debuit, nisi prius urbem delevisset. 307 *non. una:* varia scilicet [Burmannus et seqq.]. Pius: communi. Langen: Medeae et velleri timens Iason, velleri tantum reliqui. 324 *dextra* sc. manu [Pius et seqq.], non parte [Maserius et Pindemonte]. 431 De la Ville de Mirmont duobus modis hunc versum explicari posse recte statuit: « n'ai-je pas mérité par mes services que tes compagnons et toi vous vous exposiez pour moi à la mort? » vel « n'aj-je pas mérité, en vous servant, de la part de mon père la même mort qu'il destine à toi et à tes compagnons? » Priorem sententiam viri docti plerumque acceperunt. 458 *procedit non gentis honos*: varie haec verba explicata sunt. Pius, Buzio, Pindemonte, Delamalle ceperunt ac si in conspectum Iasonis Medea veniret passis crinibus et habitu sordido. Burmannus et Ph. Wagner: nihil iuvat cum Iason maneat immobilis. Lemaire, Caussin, Huguet, Bendicho y Qüilty: non servat hanc venustatem. Rectius Maserius et Langen: pulchritudo eius non conspicitur. 463 *altera* Pius interpretatur: secunda a Iasone vel hilaris; Barthius, Buzio, Pindemonte, Bendicho y Qüilty: aeque pulchra ac dea Pallas; Maserius, Burmannus, Wagner, Caussin, Huguet, Langen: altera, cum Pallas esset prima: quod probo.

CAPVT V.

Nunc superest ut quaestionem explicatu difficillimam suscipiam utrum perfecerit Valerius carmen suum necne.

Si Heinsium, Ph. Wagnerum, Baehrensium excipimus, qui temporum iniuria ea quae post VIII 467 nunc desunt periisse adfirmarunt magis quam certis argumentis probaverunt, omnes viri docti non licuisse poëtae opus suum perficere arbitrati sunt. Qua de controversia saepe mihi cogitanti semper tutissimum est visum Heinsii sententiam amplecti, quam ut probem, singula argumenta quibus opinio communis nititur refellere mihi liceat.

Homines docti qui ante Thilonem Valerio Flacco curam operamque impenderunt carmen ab ipso poëta imperfectum relictum esse existimarunt hoc maxime argumento freti quod Quintilianus mortem Valerii praematuram questus est: quam rationem falsam esse Heinsius suo iure docuit. Alterum argumentum, quo Valerius fato iniquo Argonauticis perficiendis

ereptus esse putabatur, inde ductum est quod non nulla quae talem sententiam confirmarent in singulis libris deprehendisse viri docti sibi visi sunt: quem locum Thilo, Schenkl, Peters, Summers, alii uberius tractaverunt.

Ac primum quidem, ut singulas rationes exponam, duobus locis V 565-66 [Bulaeus] et VII 201-02 [Thilo] duos eiusdem sententiae versus, ex quibus melior secundis curis eligeretur, poëtam posuisse homines docti arbitrati sunt. Aliud argumentum iis locis extat ubi poëta ipse secum pugnare viris doctis visus est, velut I 43 propter V 225 [Summers], I 301 propter V 65 [Summers], II 174-89 propter II 197 [Thilo], II 185 et 203 propter II 114 et 139 [Damstè], II 381 et IV 583 propter IV 708 et VIII 195 [Summers], III 301 propter II 1 et VII 494 [Peters], III 328 propter III 58 seqq. [Thilo], III 341 propter II 393 seqq. [Thilo], III 492 propter V 265 seqq. [Summers], IV 200 propter IV 278 et 315 [Thilo], V 228 propter VII 395 [Summers], V 363 propter VI 429 seqq. [Summers], VI 79 propter VI 114 [Heeren], VI 507 propter VI 750 [Peters], VI 572 propter VI 66-67 [Peters], VII 340 propter VIII 265 seqq. [Summers], VIII 24 propter VII 516 seqq. [Summers], VIII 211, cui nihil in vers. praeced. respondeat [Summers]. Huc accedit quod complures in enarratione sententiarum hiatus viri docti deprehenderunt, qui librariorum neglegentiae vel temporum iniquitati tribuendi esse non viderentur. Eiusmodi lacunas post hos versus adnotatas vidi: I 348 [Summers], II 331 [Thilo], II 408 [Summers], IV 526 [Summers], VI 38 [Summers], VII 159 [Summers], VIII 139 [Thilo], VIII 174 [Peters]. Praeterea aliis locis plurimis extremum perpoliendi laborem Valerium non adhibuisse Thilo eiusque sectatores pro certo habuerunt, veluti I 410 [Schenkl], I 529 seqq. [Summers], I 774 seqq. [Thilo], II 170 seqq. [Schenkl], II 196 seqq. [Schenkl], II 316 seqq. [Schenkl], II 480 seqq. [Langen], III 311 seqq. [Schenkl], IV 662 seqq. [Schenkl], V 308 seqq. [Wagner], V 649 seqq. [Thilo], V 690 seqq. [Summers], VI 31-32 [Schenkl], VI 238 [Schenkl], VII 57 [Schenkl], VII 572 [Schenkl]: denique libri octavi poëtam partes tantum aliquas exaravisse Thilo, Schenkl, Peters, alii existimarunt. Ad hoc permultas maculas viri docti animadverterunt, quas poëta, si licuisset, emendaturus fuisset: cum longum sit omnia exempla afferre, non nulla atque eadem graviora adnotabo: I 22 in magnitudine Peliae regni describenda Valerium plus iusto modum excessisse Thilo censuit; II 6-71 quod fieri potuisset ut duodecim horis Argo ab Iolco usque ad Pallenen navigaret Peters miratus est; III 501 Iuno dat Minervae mandata ad Persen, quae postea non perfecta esse Summers adnotavit; III 700 seqq. Loehbach poëtam vituperat quod Herculem a sociis ducem expeditionis olim creatum esse nusquam commemorarit; V 192 seqq. Iasonem Phryxo ea non rettulisse, quae ab Helle sibi commissa essent, Summers admiratus est; V 477 poëtam in genere Iasonis exponendo parum diligentem fuisse Thilo putavit; VII 423 Iason pro moenibus Aeae Iphin cecidisse queritur: cum autem in sexto libro, ubi pugna Scythica narratur, mors Iphidos praetermissa sit, hoc loco de Valerii festinatione Thilo cogitavit. Sed alia operis non absoluti testimonia Peters et Summers nuper attulerunt: ille ex comparatione singulorum librorum artis metricae librum octavum minus ab auctore esse elaboratum conclusit, hic Statium tot Argonauticon versus legisse quot nos nunc legimus eo contendit quod Statius, quamvis saepenumero res ab Argonauticis gestas tetigisset, nullam tamen rem in suis carminibus memoraret quae tempore excederet ea quae apud Valerium inveniuntur. Denique Langen, pro certo habens Valerium opus si perfecisset non ante Domitianum imperatorem edere potuisse, prooemium quod nunc legimus quin poëta secundis curis mutaturus fuisset non dubitavit: nam in prooemio Vespasianum et Titum ultra modum poëta adulatur, dum ea quae de Domitiano scripsit satis modesta sunt.

Itaque argumenta quibus opinio communis fulcitur quam diligentissime potui exposui omnia: nunc restat ut singula esse infirma evincamus.

Quam opinionem tot commentationibus probatam omnibusque fere viris doctis receptam cum paucis tantum pagellis evertere mihi proposuerim, magnum quidem laborem suscepi: sed quin argumentorum momentis magis quam numero adversariorum futurum sit ut lectores aequi commoveantur minime dubito.

Atque primum quidem duos illos locos missos faciamus ubi poëtam duos eiusdem sententiae versus ad eligendum posuisse viri docti putaverunt: nam de versibus V 565-66 alterutrum ab interpolatore quodam additum esse Ph. Wagner recte statuit, versus autem, qui post VII 201 in Vaticano legitur, librarii quidem incuriae tribuendus est. Ceterum iis locis per se magnam argumentationis vim ipse Peters non vindicavit. Transeamus nunc ad eos locos ubi poëta sibi non constitisse viris doctis visus est. Non nullos ex his iam Ph. Wagner aliique optime explicaverunt, velut II 174 [Ph. Wagner], III 328 [Ph. Wagner], III 341 [Ph. Wagner], IV 200 [Schenkl]: reliqua autem exempla, quae viri docti attulerunt, hoc modo interpretanda censeo. I 43 Phryxi caedem fictis verbis Pelias Iasoni narravit, quo magis animum eius ad munus suscipiendum excitaret et quadam honestatis specie iussa crudelia tegeret. I 301 Dodonaea quercus somnianti Iasoni plura dicit, praesens autem V 65 omnes admonet ut Erginus navem regat: at poëta materiam ornandi et augendi cupidus hanc varietatem consulto adhibuit. Ex II 185 et 203 parvulos nondum uberibus ablatos Lemniadibus fuisse elucet: poëta autem in praecedentibus versibus dixit maritos per longum temporis spatium ab insula afuisse. Sed quid mirandum? An bellum ex. gr. quindecim mensium longum appellari nequit? Nullam igitur extare causam puto ob quam poëta sibi non constitisse videatur. Summers locum aliter explicandum censuit, sed nimis artificiose. II 381 Hercules sperat, velut IV 583 Phineus, fore ut Cyaneae rupes sistant non in aeternum sed quantum satis sit ut Argo navis praetervehat: nil igitur mirandum quod poëta IV 708 et VIII 195 Argonautas induxerit ignaros Cyaneas rupes Iovis voluntate in perpetuum esse revinctas. III 301 patris necem ex vatum verbis se comperisse Iason ait: contra ex II I et VII 494 Aesonis excidii eum plane ignarum fuisse satis intellegitur. Sed quid obstat quominus Iasonem patris caedem nulla temporis notione didicisse coniciamus? Nam apud veteres vaticinia perobscure fieri solebant. Sic explicando omnia recte inter se cohaerent. V 228 vellus Marti sacrum in Hecatis luco servabatur, sed hoc loco *umbra* non ad lucum, sed ad arborem, ex qua vellus pendebat, referendum est, quae, ut vellus, Marti sacrata erat: cfr VII 519. Hyrcanos VI 79 et 114 poëta induxit, quam ob causam alterum locum Langen corruptum, nondum ab auctore perpolitum Heeren iudicavit: sed neutri assentiendum. An audacius est conicere Valerium in duas acies Hyrcanos divisisse? idem enim de Hiberis aliisque gentibus accidisse scimus. *Daraps*, quod VI 572 legitur, Wagnero propter VI 67 suspectum fuit, qua re *Datis* is reposuit: contra Peters de Valerii neglegentia cogitavit. At fugit viros doctos his locis non unum, sed duos Scythas indicari: prorsus eodem modo ipse Valerius nominibus, quae sunt *Idmon*, *Iron*, *Hebrus*, *Zetes* bis usus est. Cfr Heeren op. laud p. 14, adn. 2. De Valerii brevitate VIII 24 et 211 cogitare malo: alia eiusmodi exempla ex Langeni commentario colligere possumus. Quid denique in III 492, V 363, VII 340 Summers offenderit me non intellegere ingenue confiteor. Namque, ut de III 492 et V 265 loquar, utroque loco fugam Persae Valerius magis adumbravit quam descripsit: qua de causa utrum alter locus ab altero dissentiat necne diiudicari nequit. Deinde V 363 Iasonis speciem eximie Iuno exornavit ut primo obtutu Medeae animum commoveret: sciebat quidem dea fidem Aeetae esse instabilem, sed maluit Iasonem pro Colchis pugnare ut Medea eius fortitudinem miraretur simulque, ob patris in Argonautas nequitiam ira et misericordia com-

mota, sua dona libentius proferret. Postremo ea, quae de Absyrto fratre admodum adulescentulo VII 340 Medea dixit, nec displicent neque cum VIII 265 seqq. pugnant: cfr V 457 et VI 171. Restat igitur ut de VI 507 loquamur: hoc loco Valerius omnes Hiberos acriter dimicantes induxit, contra ex VI 750 seqq. apparet Hiberos, cum seriores ad pugnam profecti essent, bello omnino caruisse. Quam varietatem, cum audacius sit de corruptela cogitare, nullo modo explicare possum ideoque in his versibus poëtam sibi non constitisse Petersio assentior.

Nunc autem de lacunis disserendum est, quas ipsi poëtae tribuendas viri docti putaverunt, I 348 Valerium Iasoni nulla verba dedisse post longos parentum sermones Summers miratus est: quod non probo. Nam I 298, dum ceteri dormiunt, Iason cum parentibus colloquitur iisque solacium praebet; sed sub ipsa profectione dum Minyae iam vela pandunt, neque quicquam nisi tubae sonitus expectatur eos tacitus amplectitur: quo silentio nihil verius, nihil duce dignius! neque aliter de II 408 dicendum, ubi non nulla excidisse Summers affirmavit, quibus Iasonis Hypsipyli responsio contineretur: recte enim hunc locum explicavit Harmand, cuius verba adferre libet: « ipse... heros, tota mente in opus inceptum incumbens nec quicquam nisi Ponti litora et aureum vellus et recentes sociorum querellas in animo gerens, ne unum quidem verbum emittit; gravius hoc sane et nobilius est silentium ». Post II 328 temporis culpa vel librariorum complures versus intercidisse cum Thilone aliisque conieci: neque enim *deicit* [v. 330], ut Koestlin contendit, ad Venerem referri potest. Cum autem ea quae post v. 328 exciderunt nesciamus, Thiloni nullo modo accedo lacunam post II 331 ponenti. IV 526 et VI 38 poëta brevitati studens artius rem conclusit itemque VII 159 verbum dicendi subauditur. De VIII 139 nihil addo: bene enim sententiam eorum qui post hunc versum lacunam statuerunt iam Meier refellit. Inter VIII 174 et 175 conexum deesse Peters censuit, sed causas non attulit: mihi quidem hoc quoque loco recte continuatae et coniunctae res videntur. Neque vero melius se habet ratio ex locis imperfectis ducta. Haec quidem exempla praetereamus ab aliis iam satis explicata: I 774 [Ph. Wagner], II 170 [Langen], II 196 [Langen], IV 662 [Langen], V 649 [Ph. Wagner], VI 238 [Samuellson]; reliqua autem videamus: I 410 satis audax hoc loco est asyndeton, sed quod apud Valerium defendi possit. I 529 consulto poëta Martis et Iunonis et Palladis querelas breviter expressit: quod ni fecisset longior fuisset excursus. II 316 locum plerisque suspectum varieque temptatum, partim ex codicum auctoritate, partim ex virorum doctorum coniectura optime restitui: nulla ideo est causa quod de Valerii festinatione cogitemus. II 480 nimis artificiose rem egit Langen ut locum esse imperfectum evinceret. Valerius enim v. 483 enallage numeri usus est, quod iam Gebbing statuit. III 311, si v. 273 post v. 310 transponimus, ut Thilo coniecit, nulli suspicioni obvius est: namque ad verum Iasonis mortem amici maerentis sensus nobiles et luctus plenos poëta expressit. V 308: totam comparationem ex Hom. Il. X 3 seqq. Valerius sumpsit, sed huic versui nihil in Homero respondet, qua re Wagnero, Schenkelio, aliis suspectus fuit ad aliamque totius loci conformationem, quam poëta in animo habuerat, pertinere visus est: immerito tamen, mea quidem sententia, in hoc versu haeretur. Valerius enim, suo ingenio obsequens, quod mutuatus est ornare ét amplificare solet. V 690 asyndeton propter Valerii durum dicendi genus hoc loco quoque excusari potest. VI 31-32: versus a plerisque prave immutati; nos autem, Delamallii explicationem secuti, codicum lectionem restituimus. Nihil vero est cur in illis versibus offendamus, immo poëta laudandus mihi videtur, qui splendidis acribusque coloribus Martem pugnas ubique excitantem depinxerit. VII 57 deest conexus cum vers. praec. et seqq.: sed ipsa sententiarum perturbatione animum Aeetae ira commotum Valerius apte significavit. VII 572 ut sententiae vis magis augeatur idem duobus versibus

poëta expressit nec displicet iucunda variatio. In libro octavo, ut par erat, plura vitia viri docti animadverterunt. De lacunis post v. 139 et 174 adnotatis iam disserui: reliqua videamus. Versus 134-140 satisfecisse nostro poëtae Colchorum terrorem iramque Aeetae describenti plane absurdum Peters credidit: contra hoc loco laudanda est Valerii mira brevitas et perspicuitas, qua res mentis oculis paene subiciuntur. In longa, quae sequitur, matris Medeae exclamatione Wagner, Schenkl, alii vehementer offenderunt. Nihil Apollonius de Idyia tradiderat, sed apud latinum poëtam mater inducitur filiam suam inanibus votis revocans acribusque verbis raptorem exsecrans. Hoc Valerius graeco exemplari longe praestat, quamvis non ita veritati accommodata Idyiae lamentatio videatur; sed tamen quod mater ait cum Medea se voluisse aufugere hoc irae et dolori concedi potest. Versus 202-16 secundis curis poëtam post v. 174 collocaturum fuisse Langen iudicat. At contra ordo versuum traditus rectius se habere mihi videtur. Nam, si codices sequimur, Medeae moerore confectae apte laetitia nuptiarum imminentium opponitur: sin autem versus 202-16 post v. 174 transponimus, verba Ergini aliam reditus viam suadentis narrationem moleste interrumpunt. v. 450 et 451 ab hoc loco alienos Schenkl putavit, sed vir doctus locum prorsus non intellexit. Medea enim, ira furens atque dolore [cfr v. 446], terrigenas taurosque illos fugit, qui sibi ipsi suum crimen in mentem revolventi paene adesse videntur. Post v. 463 fortasse non nulla excidisse recte Thilo statuit: sed ea quae in versibus postremis offensioni nobis sunt ad librariorum desidiam iam opus interrumpere statuentium potius referenda sunt.

Nunc vero ad eos locos veniamus qui nondum a poëta politi atque emendati viris doctis visi sunt. Ea quae in v. I 22 et II 6-71 Thilo aliique offenderunt eo excusanda sunt quod Valerius res geographicas leviter curavit: de quo cfr Harmand op. laud. p. 8-13. Neque vero quae de III 501 et V 192 seqq. Summers disputavit pluris momenti sunt: Valerius enim non historiam sed poëma composuit multaque poëtis concedenda sunt. III 700 seqq. immerito Loehbach hoc loco poëtam vituperat: de qua re optime Harmand disseruit; cfr op. laud. p. 83-84. De V 477 Thiloni assentior: sed et hoc et alia eiusdem generis ingenio poëtae tribuenda sunt, qui talia neglexit. VII 423 non nullos in sexto libro librariorum culpa versus excidisse, quibus mors Iphidos narraretur, vix Wagnero assentiendum est; qua re Thiloni concedamus hoc loco Valerium neglegentiae culpa notandum: sed iudicent lectores num uno vel altero exemplo poëtam opus suum imperfectum reliquisse probare liceat.

Nunc restat ut argumenta refellamus, quae Peters, Summers, Langen in medium protulerunt.

Argumentum quidem Petersii ex re metrica ductum pro nihilo putandum est [1]). Nam, ratione metrica singulorum librorum comparata, causa non est cur librum octavum minus ab auctore elaboratum esse censeamus. In commentationibus Valerianis, quas mox emittam, res metricas et prosodiacas ad Valerium Flaccum pertinentes diligenter pertractavi: in tempus autem praesens non nulla excerpere mihi videtur ut Petersii rationem dissolvam.

1) Cum ex lege Hultgreniana poëta quo quisque elegantior esset, eo magis vitaret usum spondei in primo pede, Peters statuit librum octavum minime elaboratum esse: primi enim libri magnam spondei frequentiam eo excusandam censuit quod Valerius in arte metrica tiro fuisset vel quod maiore celeritate ad recitandum hunc librum elaborasset. Koesters quoque librum octavum, quod attinet ad diligentiam metricam, postremum locum obtinere conclusit: sed vereor ne vir doctus opinioni vulgatae de carminis statu imperfecto plus aequo tribuerit. Denique discrepantia, quae inter numeros meos et Petersii Koestersiique extat, eo explicanda est quod illi Schenkelium vel Thilonem, ego vero meam editionem secutus sum: ceterum non uno loco Koestersii viam ac rationem reieci.

Atque in primis usum dactyli et spondei per singulos pedes videamus :
Spondeum habent:

PEDES		I		II		III		IV	
libri	numeri versuum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum
I	849	160	18,85	462	54,42	384	45,23	559	65,84
II	664	106	15,96	341	51,36	305	45,93	433	65,21
III	739	118	15,97	415	56,16	329	44,52	494	66,85
IV	761	118	15,51	428	56,24	383	50,33	495	65,05
V	695.	100	14,39	395	56,83	351	50,50	419	60,29
VI	759	120	15,81	423	55,73	375	49,41	488	64,30
VII	650	116	17,85	358	55.08	350	53,85	442	68,00
VIII	467	84	17,99	276	59.10	225	48,18	309	66.17

et dactylum

PEDES		I		II		III		IV	
libri	numeri versuum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum	Summae	in singulis centum
I	849	689	81,15	387	45,58	465	54,77	290	34.16
II	664	558	84,04	323	48,64	359	54,07	231	34.79
III	739	621	84,03	324	43,84	410	55,48	245	33,15
IV	761	643	84.49	333	43,76	378	49,67	266	34,95
V	695	595	85,61	300	43,17	344	49,50	276	39.71
VI	759	639	84,19	336	44,27	384	50,59	271	35.70
VII	650	534	82,15	292	44.92	300	46.15	208	32,00
VIII	467	383	82,01	191	40,90	242	51,82	158	33.83

Itaque in omnibus quattuor pedibus extant spondei:

apud lib. I 1565 = 46,08 %; II 1185 = 44,62 %; III 1356 = 45,87 %; IV 1424 = 46,78 %; V 1265 = 45,50; VI 1406 = 46,31 %; VII 1266 = 48,69 %; VIII 894 = 47,86 %.

et dactyli:

apud lib. I 1831 = 53,92 %; II 1471 = 55,38 %; III 1600 = 54,13 %; IV 1620 = 53,22 %; V 1515 = 54,50 %; VI 1630 = 53,69 %; VII 1334 = 51,31 %; VIII 974 = 52,14 %.

Usus autem formae *ddss*, quae optima apud latinos poëtas habebatur, hic est:

apud lib. I 87 = 10,25 %; II 78 = 11,75 %; III 84 = 11,37 %; IV 93 = 12,22 %; V 77 = 11,08 %; VI 91 = 11,99 %; VII 84 = 12,93 %; VIII 54 = 11,56 %.

Praeterea in toto Valerio unum versum spondiacum [I 468] unumque hypermetrum [IV 293] deprehendimus.

Nunc autem ad clausulas hexametrorum veniamus.

Exeunt in bisyllabum in lib. I vv. 557 = 65,61 %; II 427 = 64,31 %; III 497 = 67,25 %; IV 510 = 67,02 %; V 411 = 59,13 %; VI 463 = 61,00 %; VII 387 = 59,54 %; VIII 284 = 60,81 %: in trisyllabum in lib. I vv. 288 = 33,92 %; II 233 = 35,09 %, III 239=32,34 %; IV 242=31,80 %; V 277=39,86 %; VI 286=37,68 %; VII 251 = 38,61 %; VIII 174=37,26 %: in monosyllabum vel in polysyllabum in lib. I vv. 4 = 0,47 %; II 4 = 0,60 %; III 3=0,41 %; IV 9=1,18 %; V 7=1.01 %; VI 10=1,32 %; VII 12=1,85 %; VIII 9=1,93 %. Haud raro clausulis minus legitimis Valerius usus est, sed clausulae quae nullo modo excusari possunt hae sunt: II 352; III 578; VI 208, 236, 402; VII 355.

Deinde ad elisiones transeamus, quarum in singulis libris has summas deprehendi:

PEDES	I.		II.		III.		IV.		V.		VI.		Summae	Numeri versuum	in singulis centum
Libri	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I	—	52	39	21	31	19	9	40	17	9	—	—	237	849	27,92
II	—	30	25	10	23	11	9	37	17	3	2	—	167	664	25,15
III	—	45	36	7	30	8	12	25	17	2	—	—	182	739	24,63
IV	1	55	48	17	23	20	13	48	23	10	—	—	258	761	33,90
V	—	43	32	9	21	11	9	33	12	5	3	—	178	695	25,58
VI	—	37	24	16	18	22	12	36	20	3	2	—	190	759	25,03
VII	—	43	28	28	28	12	12	48	20	7	—	—	226	650	34,77
VIII	—	34	30	19	24	10	7	17	17	1	—	—	159	467	34,05
Summae	1	339	262	127	198	113	83	284	143	40	7	—	1597	5584	28,60

Non omnes elisiones eadem sunt duritia; sed maxime offendendum est in elisione vocabulorum in vocalem productam aut in litteram *m* desinentium, praesertim in thesibus secunda

et tertia: eiusmodi elisiones in his versibus inveniuntur: I 65, 276, 583, 607, 701; II 288, 479; III 194; IV 193, 494, 653; V 390; VI 1, 417, 424, 536, 552; VII 41, 43, 176, 631; VIII 2, 77, 136, 274, 295. Nec minorem praebent offensionem syllabae longae vel in *m* exeuntes, quae in arsi quarta elidantur sequente voce quae per quartam et quintam thesim pertineat: cuius rei haec extant exempla: I 573, 782; II 18; III 12, 444; V 447; VI 6; VII 137, 653. Durissimae autem elisiones sunt syllabarum in *m* desinentium sequente brevi, in thesi quarta, quae his tantum locis reperiuntur: III 363; IV 391; VI 18; VII 227. Praeterea porro offensioni sunt vocabula in longam vocalem exeuntia sequente brevi elisa: I 65, 298, 818; II 218; III 194, 462; V 390, 538; VI 182; VII 43, 176; VIII 274. Neque omnino duritia carent elisiones post secundam brevem pedis quinti, quas his locis deprehendi: I 25, 153, 601, 657, 673, 700, 709; II 82, 104, 585; III 452; IV 107, 265, 280, 353, 626, 678, 699, 700; V 17, 87, 198; VI 27, 361; VII 35, 160, 164, 429, 486, 551. Sed magis est offendendum in elisione monosyllaborum in *m* exeuntium: cuius generis haec habes exempla: I 52, 116, 475, 782; III 515; IV 62, 126, 282; VI 756; VII 408, 501. Denique synaloepha omnium durissima v. III 454 extat, ubi diphthongus *ae* sequente brevi elisa est.

Nunc vero de caesuris disserendum est, quarum in Argonauticis hae formae inveniuntur: α) penthemimeris, β) hephthemimeris cum trithemimeri et tertia trochaica, γ) penthemimeris cum trithemimeri, δ) penthemimeris cum trithemimeri et hephthemimeri, ε) hephthemimeris cum trithemimeri, ζ) hephthemimeris cum tertia trochaica, η) penthemimeris cum hephthemimeri, θ) hephthemimeris, ι) tertia trochaica cum trithemimeri, κ) tertia trochaica. Summae autem uniuscuiusque generis caesurarum hac tabula continentur:

Formae	lib. I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	Summae
α	484	373	416	519	459	512	459	299	3521
β	196	178	204	142	131	156	122	99	1228
γ	98	67	58	53	61	51	26	25	439
δ	19	14	19	12	13	15	14	15	121
ε	29	19	30	19	24	14	22	24	181
ζ	1	2	—	3	1	5	1	4	17
η	18	9	9	13	6	5	6	1	67
θ	3	1	1	—	—	1	—	—	6
ι	1	1	1	—	—	—	—	—	3
κ	—	—	1	—	—	—	—	—	1
Summae	849	664	739	761	695	759	650	467	5584

Formae α, β, γ, δ, ut, quod ad caesuras attinet, in singulis libris perficiendis Valerii diligentiam iudicemus, pulcherrimae et elegantissimae sunt, minus autem legitimas formas ε, ζ, η viri docti, suo iure, putaverunt, denique formae θ, ι, κ nullo modo excusari possunt.

Sed haec hactenus: quanti enim ratio Petersii habenda sit omnino liquet!

Transeamus iam ad argumenta a Summersio et Langeno prolata. Ratio quidem quam Summers ex Statio imitatore duxit magno ad persuadendum momento non est. Nam si Statius memorare voluisset res ab Argonautis gestas, quae tempore excederent ea quae nunc apud Valerium inveniuntur, ab Apollonio depromere potuisset, cuius poëma iis temporibus satis esset pervulgatum. Neque Langeni argumentum melius se habet. Cum enim tam pauca eaque incerta sint quae de Valerii vita comperimus, nullo modo diiudicare possumus utrum Valerius carmen suum Domitiano imperante perfecerit necne: sed tamen concedamus non licuisse Valerio opus suum edere ante Domitianum imperatorem. Quid? An etiam id credendum est laudes patris fratrisve sui Domitianum doliturum fuisse? Huc accedit quod Valerius, ut ex Iuvenalis testimonio viri docti coniecerunt, singulos libros, simul ac perfecerat, in publico recitabat: quam ob rem prooemium, in vulgus iam editum, postea Valerium, nulla probabili causa, retractaturum fuisse vix credibile puto.

Itaque rationes, quas viri docti adduxerunt ut Valerium carmen suum non absolvisse evincerent, fere omnes infirmas esse satis probavimus; neque eae quas recepimus eiusmodi sunt ut opinio de Valerii carmine vulgata complectenda videatur. Contra non nulla sunt quibus Heinsii coniectura fulcitur. Atque in primis ne unum quidem versum inchoatum in carmine Valeriano reperimus: quae res maximi est momenti ut opus iniuria temporum periisse arbitremur. Aeneis enim aliaque poëmata ab auctoribus nondum perpolita versus inchoatos exhibent haud paucos. Praeterea codices, qui Argonautica tradiderunt, versuum ambitu multum inter se differunt: Vaticanus enim in VIII 467, Carrionis liber in VIII 105, Sangallensis in IV 317 desiit. Ut igitur scribae illi, quibus Carrionis codicem et Sangallensem debemus, totum archetypum exarare noluerunt, quid impedit ne librarios quoque, qui Vaticanum transcripserunt vel neglegentia, vel taedio, vel alia causa opus non absolvisse coniciamus? An non potuit archetypum ipsum Vaticani sive librariorum neglegentia sive temporum iniquitate extremis foliis caruisse? Quibus de causis Heinsii sententiam, quamvis certissimis argumentis probari nequeat, tamen ut potiorem recipiendam esse sine ulla dubitatione confirmo.

Haec habui quae de Valerii Flacci vita et carmine pro tempore dicerem. Vale, mi Lector, et pauca typothetarum vitia, quae irrepserunt, benigne excusa.

Scripsi Neapoli mense Maio MCMIV.

C. Giarratano.

C. VALERI FLACCI

ARGONAVTICON

LIBRI OCTO

codd.	codices omnes.	Ch	Carrio et seqq. usque ad Heinsium.
edd.	editores omnes.	Cth	Carrio et seqq. usque ad Thilonem.
V	codex Vaticanus 3277.	Hth	Heinsius et seqq. usque ad Thilonem.
S	codex Sangallensis.	Bon. I	editio Bononiensis anni 1474.
C	codex Carrionis.	Bon. II	editio Bononiensis anni 1498.
M	codex Matritensis X 81.	Ven. I	editio Veneta anni 1500.
Ox	codex Oxoniensis.	Ven. II	editio Veneta anni 1501.
P	codex Vaticanus 1613.	Iunt. I	editio Florentina anni 1503.
Ott.	codex Ottobonianus 1258.	Iunt. II	editio Florentina anni 1517.
B	codex Bononiensis.	Ald.	editio Aldina anni 1523.
N	codex Vaticanus 1653.	Eng.	editio Ph. Engentini anni 1525.
R	codex Regius.	Colin.	editio S. Colinaei anni 1532.
T	codex I. Vallettae.	Gryph.	editio S. Gryphii anni 1545 et 1548.
H	codex Harlesii.	Maser.	Maserius.
m	codex Monacensis.	Carr.	Carrio.
Bu	codex Burmanni.	Heins.	Heinsius.
Par.	codex Parisinus 7647.	Burm.	Burmannus
Q	codex Escurialis Q. I. 14.	Gron.	Gronovius.
Cok	codex Cokii.	Bip.	editio Bipontina anni 1786.
Gr.	excerpta Graevii.	Patav.	editio Patavina anni 1720.
Ac	edd. ante Carrionem.	Delam.	Dureau de Lamalle.
Ah	edd. ante Heinsium.	Baehr.	Baehrens.
Ath	edd. ante Thilonem.	Wagner	I. A. Wagner.

C. VALERI FLACCI

ARGONAVTICON

LIBER PRIMVS

Prima deum magnis canimus freta pervia natis
fatidicamque ratem, Scythici quae Phasidis oras
ausa sequi mediosque inter iuga concita cursus
rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.
Phoebe, mone, si Cymaeae mihi conscia vatis
stat casta cortina domo, si laurea digna
fronte viret. tuque o, pelagi cui maior aperti
fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,
eripe me populis et habenti nubila terrae,
sancte pater, veterumque fave veneranda canenti
facta virum. versam proles tua pandet Idumen
(namque potest), Solymo nigrantem pulvere fratrem
spargentemque faces et in omni turre furentem.
ille tibi cultusque deum delubraque genti
instituet, cum iam, genitor, lucebis ab omni
parte poli. neque enim Tyriis Cynosura carinis
certior aut Grais Helice servanda magistris,
si tu signa dabis, seu te duce Graecia mittet
seu Sidon Nilusque rates. nunc nostra serenus
orsa iuves, haec ut Latias vox impleat urbes.
Haemoniam primis Pelias frenabat ab annis,
iam gravis et longus populis metus: illius amnes
Ionium quicumque petunt, ille Othryn et Haemum
atque imum felix versabat vomere Olympum.
sed non ulla quies animo fratrisque paventi
progeniem divumque minas; hunc nam fore regi
exitio vatesque canunt pecudumque per aras
terrifici monitus iterant: super ipsius ingens
instat fama viri virtusque haut laeta tyranno.
ergo anteire metus iuvenemque extinguere pergit
Aesonium letique vias ac tempora versat.
sed neque bella videt Graias neque monstra per urbes
ulla. Cleonaeo iam tempora clusus hiatu
Alcides, olim Lernae defensus ab angue
Arcas et ambobus iam cornua fracta iuvencis.
ira maris vastique placent discrimina ponti.
tum iuvenem tranquilla tuens nec fronte timendus
occupat et fictis dat vultum et pondera dictis.
« hanc mihi militiam, veterum quae pulchrior actis,
adnue daque animum. nostri de sanguine Phrixus
Cretheos ut patrias audisti effugerit aras.
hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasimque rigentem
qui colit (heu magni Solis pudor!), hospita vina
. . . .
nil nostri divumque memor. non nuntia tantum

Lib. I. 1 *nautis* codd. Ah, *natis* N. Scoppa Parrhasius Pius Ald. Grotius Gron. Heins. seqq. 3 *medioque—cursu* Barthius. 5 *concita* PNBT Bon. I. *cymeae* VCCh, *cumeae* STAh, *cumaeae* m_2, *cymaeae* m Heins. seqq. 7 *fronde* PNBT Gr. Bon. I II Ven. I II Alardus. 11 *memoranda* Francius Heins., *venerande* Baehr. 12 *versa—Idume* Francius Heins. Declerq Baehr. olim, Thilo Ieep, *versa in—Idume* Hartel. *pandit* codd. Ah, *pandat* Parrhasius Ald. Zinzerlingus Barthius Alardus Vossius Wagner, *pandere* Crusius, *pangat* Schottus, *pandet* Gryph. Gron. Heins. seqq. post hunc versum Scaligerus lacunam statuit. 13 *iamque* Barthius Vossius Gron. Crusius Weichert Thilo. *potes* m NCB Bon. I Iunt. I, *pote et* Schottus, *potens* Bon. II Ven. I II Maser., *potis* Iunt. II. *Solymoque* Carr. Giphanius Bulaeus, *Solymo et* Schenkl, *Solymo ac* Baehr. Peters. 14 post *furentem* Koestlin ac Gürsching interpunctionem sustulerunt. 15 *illa* NBT_2 Bon. I II Ven. I II. Iunt. II Parrhasius Pius Eng. Colin. Gryph. Delam. *deo* Damsté. *gentis* B Heins. Sandstroem, *centum* Haupt Schenkl Baehr. Peters Langen. post hunc versum Sandstroem lacunam significavit. post *tibi* signum minoris distinctionis Koestlin ac Gürsching posuerunt. 16 *seu* Gron. ...... V, *tu* ST nonnulli apud Pium, Gron. Koestlin Gürsching Bury, *tam* m B edd. *meriti* Gron., *senior* Heins., *genitor* vocandi casu dictum esse Weichertus primus vidit. *alta* Heins., *alti* Haupt Langen, *alta* vel *almi* Baehr. olim. 17 *arce* Heins. Baehr. olim. *enim Tyrias—carinas* VS, *in Tyrias—carinas* m NBT Bon. I Iunt. I II Pius, *enim in Tyrias—carinas* T_2 Ath, *erit Tyriae—carinae* Heins., *erit Tyriis—carinis* Caussin, *enim Tyriis—carinis* Friesemann Declerq Thilo seqq. 18 *certius* Heins. 19 *seu tu—seu* codd. Ath, *quam tu—seu* Frenzelius Slothouwer Wagner Haupt, *cum tu—seu* Thilo Ph. Wagner, *si tu—si* Gron., *ac tu—seu* Schenkl Samuelsson, *sed tu—sed* Caussin Koestlin Gürsching, *si tu—sed* Baehr. Peters Langen, *tu si—seu* Bury, *si tu—seu* Lennep Weichert Baehr. olim, Ieep Damsté. 20 *et* codd. Ath. Baehr. Koestlin Gürsching Peters Langen, *seu* Frenzelius Slothouwer Lennep Wagner Weichert Haupt Thilo Ph. Wagner Schenkl Damsté Samuelsson Bury. 21 *oras* H Harles. 23 *populos* STB Bon. II Ven. I II. *populum* Pius, *populo* Heins. *omnes* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Carr. Alardus, *ore* Par. *amnes* Sabellicus Parrhasius Pius Ald. seqq. 27 *progenie* N Bon. I. 30 *aut* N. Bon. I. 31 *quaerit* Bu Weichert Damsté Bury, *fervet* Heins. 32 *tempore* Ven. II. 34 *clausit* vel *clusit* Pius, *clausus* C Carr. 38 *cum* Carr. Cth. Delam. excepto. *timens* codd. Ac, *tuens* C Parrhasius Ald. Balbus Turnebus Carr. seqq. 39 *fictis vultus dat et* Par., *ficto dat vultu* Schenkl, *fictus dat vultu en* Baehr. olim, *ficti dat vultus* Baehr., *fictis dat vultu et* Fr. Reuss, *falsis dat vultum et* Ph. Wagner. *pectore* Fr. Reuss. *verbis* nonnulli apud Pium, Burm. seqq. usque ad Schenkelium, *dicta* Fr. Reuss. 41 *manum* vel *animo* Heins., *manum* Baehr., *animo* Wagner. *datque* Iunt. I Maser. 42 *audis* m TBNAc, *avidus* S. 43 *eta* V, *oeta* S m N_2, *oetas* NB Bu Bon. I II Ven. I II, *aeetas* RT Iunt. I II, *aeetes* Parrhasius Pius seqq. 44 *magnus Soli* Francius. v. 45 deest in VS, in m et reliquis Vaticani apographis hic versus insertus est *inter et attonitae mactat solemnia mensae*, quem Carrionis liber quoque videtur habuisse atque omnes ante Thilonem editores receperunt. *admotae* Heins.

fama refert: ipsum iuvenem tam saeva gementem,
ipsum ego, cum serus fessos sopor alligat artus,
aspicio, lacera adsiduis meque illius umbra 49
questibus et magni numen maris excitat Helle.
si mihi quae quondam vires, vel pendere poenas
Colchida iam et regis caput hic atque arma videres.
olim annis ille ardor hebet, necdum mea proles
imperio et belli rebus matura marique.
tu, cui iam curaeque vigent animique viriles,
i, decus et pecoris Nephelaei vellera Graio
redde tholo ac tantis temet dignare periclis. »
talibus hortatur iuvenem, propiorque iubenti
conticuit certas Scythico concurrere ponto
Cyaneas tantoque silet possessa dracone
vellera, multifidas regis quem filia linguas
vibrantem ex adytis cantu dapibusque vocabat
et dabat externo liventia mella veneno.
Mox taciti patuere doli nec vellera curae
esse viro, sed sese odiis inmania cogi
in freta, qua iussos sectantem quaerere Colchos
arte queat. nunc aerii plantaria vellet
Perseos aut curru ut saevos frenasse dracones
creditus, ignaras Cereris qui vomere terras
imbuit et flava quercum damnavit arista.
heu quid agat? populumne levem veterique tyranno
infensum atque olim miserantes Aesona patres
advocet? an socia Iunone et Pallade fretus
armisona superet magis et freta iussa capessat,
siqua operis tanti domito consurgere ponto
fama queat? tu sola animos mentesque peruris,
Gloria! te viridem videt immunemque senectae
Phasidis in ripa stantem iuvenesque vocantem.
tandem animi incertum confusaque pectora firmat
relligio, tendensque pias ad sidera palmas,
« omnipotens regina », inquit « quam, turbidus atro
aethere caeruleum quateret cum Iuppiter imbrem
ipse ego praecipiti tumidum per Enipea nimbo
in campos et tuta tuli nec credere quivi
ante deam, quam te tonitru nutuque reposci
coniugis et subita raptam formidine vidi,
da Scythiam Phasimque mihi; tuque, innuba Pallas,
eripe me. vestris egomet tunc vellera templis
illa dabo; dabit auratis et cornibus igni
colla pater niveique greges altaria cingent. »
Accepere deae celerique per aethera lapsu
diversas petiere vias. in moenia pernix
Thespiaca ad carum Tritonia devolat Argum.
moliri hunc puppem iubet et demittere ferro
robora Peliacas et iam comes exit in umbras.
at Iuno Argolicas pariter Macetumque per urbes
spargit inexpertos temptare parentibus austros
Aesoniden, iam stare ratem remisque superbam
poscere quos revehat rebusque in saecula tollat.
Omnis avet quae iam bellis spectataque fama
turba ducum, primae seu quos in flore iuventae
temptamenta tenent necdum data copia rerum.
at quibus arvorum studiumque insontis aratri,
hos stimulant magnaque ratem per lustra viasque
visi laude canunt manifesto in lumine Fauni
silvarumque deae atque elatis cornibus Amnes.
Protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis
advolat, Arcadio cuius flammata veneno
tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus
gestat Hylas: velit ille quidem, sed dextera nondum
par oneri clavaeque capax. quos talibus amens
insequitur solitosque novat Saturnia questus:
« o utinam Graiae rueret non omne iuventae

47 *ferentem* Friesemann. **49** *lacera adsiduis namque* codd. Ac, *meque adsiduis lacera* C. Carr. seqq., *lacera adsiduis tumque* Baehr., *lacera adsiduis meque* Loehbach Langen Bury. **51** *dependere* vel *iam pendere* Ph. Wagner, *tu pendere* Madvig, *ut pendere* Baehr., *expendere* Langen De la Ville de Mirmont. **52** *aut* Pius **53** *abit* Balbus, *habet* N Iunt. I II. **55** *crura aeque* Hermann. *annique* T_2 Parrhasius. v. **56** post v. 64 legitur in VS; corr. M m. *in decus i* Burm. Heins. *nephilaei* N Bon. I II Ven. I II Iunt. I II. **58** *hortatus* Burm. Bury. *propriorque* codd. Bon. I, *proprior* Ox, *propiorque* m_2 T_2 edd. *rubenti* Pius. **59** *certis* Vm, *certus* SBTm_2 edd., *cantis* Loehbach Langen Bury, *cautes* Koestlin, *certas* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. **63** *hesterno* T_1 Bon. II seqq., *alterno* Heins. olim, *interno* Bosscha Eyssenhardt Baehr., *experto* Hirschwaelder Loehbach olim, *ex taetro* Hartel Langen, *arcano* Schenkl, *extemplo* Damsté, *inferno* Gürsching Fr. Reuss, *insperso* Thilo, qui totum versum spurium habuit. codicum lectionem Bon. I Weichert Delam. Loehbach Koestlin Gebbing Bury servaverunt. **64** *inveni* Wagner. **66** *sic tandem* Bon. II Ven. I II Sabellicus Pius Maser. Ald. Carr. Cth. Braun, *sectatur* Haupt Schenkl Langen, *sectans tum* Baehr. olim, *scrutans tum* Baehr., *sed tandem* Caussin Bury, *sed tandem* vel *tantum* Summers, *scitatur* Madvig, *sic tectum* Sandstroem, *sectandi* Koestlin, *sectatus* Fr. Reuss. *qua—perdere* marg. Ven. Ph. Wagner, *quo—perdere* Burm. *quo—sectantem avertere* vel *qua—sectando inquirere* Heins. **67** post *queat* fere omnes editores interrogationis signum posuerunt. **68** *et* B Pius. *curru* codd. Ac. Heins. Pa av. *currum ut* Zinzerlingus Bulaeus Burm. seqq. usque ad Thil. Ph. Wagner, *caperet* Thilo, *currus* Haupt Schenkl Baehr. Langen Bury, *curru ut* C Carr. Alardus Madvig. *et quos* Haupt Schenkl Baehr. Langen Bury. *frenare* Thilo. **69** *Triptolemi* nonnulli apud Carr. Schottus, *creditae ut* vel *creditus* Heins., *creditus* vel *creditur* Burm., *creditur* Haupt Schenkl Baehr. Bury, *illius* Thilo, qui olim, scriptura, quae v. 68 est in codd., non mutata, coniecerat *fertur ut. quo* codd. Bon. I Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph., *cui* Ald., *qui* Bon. II seqq. **72** *partes* Ald. **74** *aurigenam* Koestlin. *duret* (Loehbach) vel *superet maria et fera* [Crusius Heynius Wagner] Heins., *speret* Gron. Weichert Baehr. Gürsching Langen Bury, *subeat* Fr. Reuss. *fera* RNBT_1 Bon. I II Ven. I II Maser. fere omnes ante Thilonem editores post *capessat* interrogationis signum posuerunt. **76** in omnibus fere ante Thil. edd. post *queat* signum interrogationis deest. *animum* nonnulli apud. Carr. Alardus Pindemonte. *mentemque* codd. Ath., *mentesque* Par. Thilo seqq. **78** *ad ripas* Barthius. **79** *incoeptum* C Carr., *incertus* B. **82** *aethera* C m_2 Cth Delam. excepto, *aere* B, *aetheie* Bon. I, *aegida* Heins. *caeruleam* Heins. *imbre* C m Cth Delam. excepto. **84** *quivit* B Bon. II Ven. I II. **88** *tum* P T Wagner Thilo seqq. **89** *auratis sua cornibus igni* vel *aurato praesignia cornu* Heins., *auratis et cornibus ictu* Baehr. **90** *tingent* Vossius Heins. Schenkl Baehr. **93** *et* codd. Ac, *ad* Bon. II Ven. I II Ald. Carr. seqq. **94** *hinc—demetere* Crusius. **95** *in undas* codd. Ah, *ad umbras* Parrhasius, *in umbras* Sabellicus Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Schottus Vossius Heins seqq. **96** *Macedumque* codd. edd. ante Wagner., *Macetumque* B. Scaligerus Ald. Heins. Burm. Wagner seqq. **97** *rudentibus* Heins., *paratibus* Hermann. **99** *quosque vehat* Baehr. Langen. *sidera* Burm. Baehr. **100** *habet* codd. Bon. I, *haeret* Ox, *abiit* T_1, *abit* B Parrhasius Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *adit* Maser. Baehr. olim, *ovat* Heins., *adest* m_2 Burm. Thilo Ph. Wagner Baehr., *obit* Schenkl, *avet* C Bon. II seqq. *seu* Heins. *forma* m TBN Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Harles. **102** *tentat mente recens* Crusius. **103** *studiumque atque* Columbus Heins. **104** *stimulat* Ac praeter Ald., Harles. **105** *iussi* codd. Ah, *iussa* Parrhasius, *visi* Heins. seqq. *laude canunt visi* Baehr. *limine* N Bon. I Iunt. I II Maser. Ald. **106** *illatis* nonnulli apud Carr. **108** *armata* m_2 NB Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Ald. Maser. Eng. Colin. Gryph. Zinzerlingus Delam. **109** *candentibus* Cornelissen Fr. Reuss.

in nova fata decus, nostrique Eurystheos haec nunc
iussa forent! imbrem et tenebras saevumque tridentem
iam iam ego et inviti torsissem coniugis ignem.
nunc quoque nec socium nostrae columenve carinae
esse velim, Herculeis nec me umquam fidere fas sit
auxiliis comiti et tantum debere superbo. »
Dixit et Haemonias oculos detorquet ad undas.
fervere cuncta virum coetu, simul undique cernit
delatum nemus et docta resonare bipenni
litora; iam pinus gracili dissolvere lamna
Thespiaden iungique latus lentoque sequaces
molliri videt igne trabes, remisque paratis
Pallada velifero quaerentem bracchia malo.
constitit ut, longo moles non pervia ponto,
puppis, et ut tenues subiere latentia cerae
lumina, picturae varios superaddit honores.
hic insperatos Tyrrheni tergore piscis
Peleos in thalamos vehitur Thetis; aequora delphin
corripit; ipsa sedet deiecta in lumina palla,
nec Iove maiorem nasci suspirat Achillen.
hanc Panope Dotoque soror laetataque fluctu
prosequitur nudis pariter Galatea lacertis,
antra petens: Siculo revocat de litore Cyclops.
contra ignis viridique torus de fronde dapesque
vinaque et aequoreos inter cum coniuge divos
Aeacides, pulsatque chelyn post pocula Chiron.
parte alia Pholoe multoque insanus Iaccho
Rhoetus et Atracia subitae de virgine pugnae.
crateres mensaeque volant araeque deorum
poculaque, insignis veterum labor. optimus hasta
hic Peleus, hic ense furens agnoscitur Aeson.
fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus: ardenti peragit Clanis Actora quercu:
nigro Nessus equo fugit, adclinisque tapetis
in mediis vacuo condit caput Hippasus auro.
Haec quamquam miranda viris stupet Aesone natus
et secum: « heu miseros nostrum natosque patresque!
hacine nos animae faciles rate nubila contra
mittimur? in solum nunc saeviet Aesona pontus?
non iuvenem in casus eademque pericula Acastum
abripiam? invisae Pelias freta tuta carinae
optet et exoret nostris cum matribus undas ».
Talia conanti laevum Iovis armiger aethra
advenit et validis fixam erigit unguibus agnam.
at procul e stabulis trepidi clamore secuntur
pastores fremitusque canum; citus occupat auras
raptor et Aegaei super effugit alta profundi.
accipit augurium Aesonides laetusque superbi
tecta petit Peliae. prior huic tum regia proles
advolat amplexus fraternaque pectora iungens.
ductor ait: « non degeneres, ut reris, Acaste,
venimus ad questus: socium te iungere coeptis
est animus; neque enim Telamon aut Canthus et Idas
Tyndareusque puer mihi vellere dignior Helles
o quantum terrae, quantum cognoscere caeli
permissum est! pelagus quantos aperimus in usus!
nunc forsan grave reris opus; sed laeta recurret
cum ratis et caram cum iam mihi reddet Iolcon,
quis pudor heu nostros tibi tunc audire labores!
quam referam visas tua per suspiria gentes! »
Nec passus rex plura virum. « sat multa parato
in quaecumque vocas; nec nos » ait, « optume, segnes
crediderís patriisve magis confidere regnis,
quam tibi, si primos duce te virtutis honores
carpere, fraternae si des adcrescere famae.
quin ego, nequa metu nimio me cura parentis

114 *facta* m Bu T Wagner Lemaire. **116** *invicti* C Carr. **117** *hunc* C nonnulli apud Maser. Cth. Wagner. Lemairio Delam. exceptis. *columenque* PNB Schenkl Baehr. **120** *detorsit* Parrhasius. *oras* BNT_1 R Bu Bon. I II Ven. I II Delam. **122** *ducta* Gron. Heins. Patav. **125** *moliri* N Bon. I. **127** *longe* Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Zinzerlingus. **128** aut post *puppis* interpunctionem tollendam aut *stuppaque ut et* scribendum Heinsius statuit. *patentia* Fr. Reuss. **129** *limina* nonnulli apud Maser. **130** *spe.....* V, *sperata* STm, *spectes etenim* V_2, *insperato* C P_2 Carr. Alardus Vossius, *sperata sedens* NBAh, *spectata vago* Pii codd. Parrhasius Weichert. *sperata vago* RBu T_2. *sperata diu* Baehr. Leo, *in spirato* Crusius. *spectata diu* Gürsching, *spectata diu* vel *procul* Koestlin, *spe delusa* Fr. Reuss, *insperatos* Gron. Heins. seqq. **131** *vehit* NBon. I. **132** *corripit sedet* V, *corripuit sed et* ST, *corripit sed* m, *corripuit residet* V_2, *corripuit silet haec* NT_2 Ac Zinzerlingus, *corripit ac silet haec* B, *corripit et sedet haec* R, *corripit at silet haec* Pii codd. H Weichert. *corripuit sedet haec* Parrhasius, *corripit illa sedet* Carr. seqq., *carpit at illa sedet* Heins., *corripit ipsa sedet* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. Langen Bury. *relecta* nonnulli apud Pium *flumina* Zinzerlingus. **133** *se sperat* Crusius. *Achille* V, *Achillem* codd. V_2 Ath, *Achillen* Thilo seqq. **134** *hinc* Koestlin Gürsching. *Clotoque* PTN Bon. I, *Clothoque* Pius. *iactataque* BNT_2 Ac. **135** *niveis* Hemsterhuys Wagner Huguet, *nitidis* Wyttenbach Baehr. **136** *alta* Loehbach. complures ante Carr. edd. Hemsterhuys Caussin Herbst Koestlin alii post *petens* distinguendum esse negaverunt. **137** *viridi totus* NB Bon. I II Ven. I II Maser. **140** *Pholos est* Heins. **141** *Rhoetus* V, *Rhetus* C, *Rhoeteus* NBT_2 Bon. I, *Rhoetheus* Bon. II Ven. I II, *Rhaeteus* Ald., *Rhoceus* D. Marius, *Rhoecus* Parrhasius Turnebus Vossius Schenkl, *Rhoetus* PTm edd. *racia* V, *trachia* ST, *tracia* mB, *extracia* C, *atracia* N T_1 m_2 edd. **144** *hac—hac* C Carr. Zinzerlingus Alardus. *parte* Carr. Alardus. **145** *vectorem* Loehbach Gürsching Koestlin. **146** *peradit* nonnulli apud Pium. *clarus* PTNBAc, *Cloris* H, *Cromis* nonnulli apud Pium, *Clytus* Ald. Zinzerlingus. *auctora* VMP, *auctor a* Ox T, *antora* mNBAc, *Anctora* T_2, *Actora* C Ald. Carr. seqq. **147** *aegro* Heins, *pigro* Brouhkusius. *acclivisque* PNT Bon. I Iunt. I II Maser. Eng. Colin. Gryph. *tapeti* Hth. **148** *in nexus* Bu, *inpexum* Burm., *immanis* Weichert, *in medio* Eyssenhardt, *inmensus* Baehr. *fatuum—antro* Eyssenhardt, *vacua—aura* Baehr. **149** *nec* Pius Bury, *quae* vel *sed* Caussin Huguet, *ac* Koestlin. *tamquam* Burm. *mirata* Langen. *at vix* Eyssenhardt, *nihil* Baehr., *minus* Koch Postgate, *nimis* Bury olim. Brouhkusius hunc versum spurium indicat. **150** *haec* V_2 in ras. Caussin Huguet Koestlin, *at* Heins. *miseras* Parrhasius *matresque* H Parrhasius Burm. Wagner Huguet E. Reuss **151** *viles* Heins. **152** *mittimur* Burm. Crusius. *num* C (in scholiis) Sabellicus Parrhasius Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Schenkl Baehr. Bury. **156** *conantí* Bon. II Ven. I II Maser. Zinzerlingus Burm. seqq. usque ad Schenkelium. Hartel, *cunctanti* Ald. Gron. Heins, *tonanti* P, *iactanti* Schenkl Braun, *motanti* Baehr. **157** *vegit* V [*ve* V_2 in ras.], *gerit* m [*ger* m_1 in ras.] C Carr. Alardus Schenkl, *ergit* M Ox, *rapit* M_1 in marg. T, *evehit* E. Reuss Hartel Bury olim, *ingerit* vel *vehit* Heins, *avehit* Ph. Wagner Braun, *egerit* marg. Ven. Langen De la Ville de Mirmont, *eripit* Burm., *vehit* Gürsching Samuelsson, *erigit* M_1 T_2 edd. **160** *at* Heins. **162** *tunc* SCh. **166** *fert* Heins. **167** *Tyndareosque* vel *Tyndariusque* Heins. *Tyndariusque* Burm. seqq. usque ad Thil. **169** *pelagum* NT_1 BAc Balbo excepto. **172** *nunc* P Eng. Colin. Gryph. **173** *quas* MPT_1BH edd., *quae* Sandstroem, codd. lectionem Zinzerlingus Vossius Heins. Pindemonte Caussin Thilo Schenkl Baehr. alii servaverunt. *tunc* N Bon. I II Ven. I II. **174** *virum est* Wagner Langen, *virumst* Baehr. Bury. *at* Baehr. *cuncta* Baehr. *paratos* Slothouwer. **176** *patriisque* Carr. Alardus Heins. Patav. Wagner Delam. Lemaire. **178** *eveniet* V_1 in ras., *sede* ST, *sedeat* M_1, *sed et* m, *sedeatque* NT_1 BAc Harles Delam., *liceatque* Ald., *si des* Carr. seqq. *accedere* Carr.

inpediat, fallam ignarum subitusque paratis
tunc adero primas linquet cum puppis harenas.»
dixerat. ille animos promissaque talia laetus
accipit et gressus avidos ad litora vertit.
At ducis imperiis Minyae monituque frequentes
puppem umeris subeunt et tento poplite proni
decurrunt intrantque fretum. non clamor anhelis
nauticus aut blandus testudine defuit Orpheus.
tum laeti statuunt aras. tibi, rector aquarum,
summus honor, tibi caeruleis in litore vittis
et Zephyris Glaucoque bovem Thetidique iuvencam
deicit Ancaeus. non illo certior alter
pinguia letifera perfringere colla bipenni.
ipse ter aequoreo libans carchesia patri
sic ait Aesonides: « o qui spumantia nutu
regna quatis terrasque salo conplecteris omnes,
da veniam. scio me cunctis e gentibus unum
inlicitas temptare vias hiememque mereri:
sed non sponte feror, nec nunc mihi iungere montes
mens tamen aut summo deposcere fulmen Olympo.
ne Peliae te vota trahant: ille aspera iussa
repperit et Colchos in me luctumque meorum.
illum ego — tu tantum non indignantibus undis
hoc caput accipias et pressam regibus alnum. »
sic fatus pingui cumulat libamine flammam.
Protulit ut crinem densis luctatus in extis
ignis et escendit salientia viscera tauri,
ecce sacer totusque dei per litora Mopsus,
inmanis visu, vittamque comamque per auras
surgentem laurusque rotat. vox reddita tandem,
vox horrenda viris; tum facta silentia vati.
« heu quaenam aspicio! nostris modo concitus ausis
aequoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens
concilium. fremere et legem defendere cuncti
hortantur. sic amplexu, sic pectora fratris,
Iuno tene; tuque o puppem ne desere, Pallas:
nunc, patrui nunc flecte minas. cessere ratemque
accepere mari. per quot discrimina rerum
expedior! subita cur pulcher harundine crines
velat Hylas? unde urna umeris niveosque per artus
caeruleae vestes? unde haec tibi vulnera, Pollux?
quantus io tumidis taurorum e naribus ignis!
tollunt se galeae sulcisque ex omnibus hastae
et iam iamque umeri. quem circum vellera Martem
aspicio? quaenam aligeris secat anguibus auras
caede madens? quos ense ferit? miser eripe parvos
Aesonide. cerno et thalamos ardere iugales.»
Iandudum nimia Minyas ambage ducemque
terrificat: sed enim contra Phoebeius Idmon,
non pallore viris, non ullo horrore comarum
terribilis, plenus fatis Phoeboque quieto,
(cui genitor tribuit monitu praenoscere divum
omina, seu flammas seu lubrica comminus exta
seu plenum certis interroget aera pinnis)
sic sociis Mopsoque canit: «quantum augur Apollo
flammaque prima docet, praeduri plena laboris
cerno equidem, patiens sed quae ratis omnia vincet.
ingentes durate animae dulcesque parentum
tendite ad amplexus. » lacrimae cecidere canenti,
quod sibi iam clusos invenit in ignibus Argos.
Vix ea fatus erat, iungit cum talia ductor
Aesonius: « superum quando consulta videtis,
o socii, tantisque datur spes maxima coeptis,
vos quoque nunc vires animosque adferte paternos.
non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni
suspective doli: deus haec, deus omine dextro
imperat: ipse suo voluit commercia mundo
Iuppiter et tantos hominum miscere labores.
ite, viri, mecum dubiisque evincite rebus,
quae meminisse iuvet nostrisque nepotibus instent.
hanc vero, o socii, venientem litore laeti
dulcibus adloquiis ludoque educite noctem. »
paretur. molli iuvenes funduntur in alga,
conspicuusque toris Tirynthius. exta ministri
rapta simul veribus Cereremque dedere canistris.
Iamque aderat summo decurrens vertice Chiron,
clamantemque patri procul ostendebat Achillen.
ut puer ad notas erectum Pelea voces
vidit et ingenti tendentem bracchia passu,
adsiluit caraque diu cervice pependit.

183 *rapidos* Ruhnken Baehr. Gürsching Bury. **186** *detrudunt* Crusius. **190** *iuvencum* codd. Ac, *iuvencam* CB Ald. Turnebus Carr. seqq. **193** *ipse patri ae. l. c Bacchi* Peerlkamp. **198** *mortes* Burm. **199** *tumet* Pius Eng. Colin. Gryph. Hth, *avet* H Baehr. Langen. *et* Slothouwer. **200** *me Pelias, me fata trahunt* Loehbach, *nec Peliae me vota trahunt* Baehr. **202** *illi mi..* V, *ille meum* V_2. *illo metu* M, *ille metu* M_2 Ox P Pius, *illum ego* M_2 in marg., *illum tu!* Kluessmann, *ille mihi!* Schenkl Gürsching Bury, *iussa ago. tu* Crusius, *illum ego sed* Langen, *illi inhians* Baehr., *ille mihi! o* Koestlin, *illum ego tu* mT in ras. edd. **206** *aescendit* V, *a(d)scendit* codd. edd, *accendit* Schottus Fr. Reuss, *escendit* T Heins Schenkl Baehr. Langen Bury. **207** *sacer plenusque* nonnulli apud Pium, Gebbing, *sacerdos usque* Meursius. **209** *vix* Vossius Heins. Patav. *edita* Burm. **211** *quoque* B Delam. *concitos* VST, *conscius* Maser. Hth Caussino excepto, *concitus* V_2 P_2 B m edd. **212** *esse* Bon. II Ven. I II. **213** *fremitu et* Damstè, *pelagi* Langen. *pelagus* vel *pelagum* Slothouwer Samuellson, *sedem* Baehr., *regem* Eyssenhardt Kiessling Bury. *ponti* Loehbach. **214** *hortari* Leclerq. *amplexus* codd. Ah, *amplexu* Heins. seqq. **217** *pro* Meyncke. **218** *experiar* Meyncke. **219** *urnam* Heins., *ulva* Slothouwer. post *urna* Burm. interpunxit. **220** *caeruleas* Heins. **223** *quod circa vellera monstrum* Meyncke Baehr. olim, Gürsching, *quem citum vellere Martem* Baehr. **226** *cerno* Pius Eng. Colin. Gryph., *cerno en* Ald. Hth Schenkl Baehr. Langen Bury. **227** *minsas* VM, *mensas* M_2 PT, *minyas* m, *invisas* Ox, *minyas vates* vel *mopsus* m_2, *minyas mopsus* M_3, *vates minyas* RNBT_4 edd., *mopsus minyas* Cok, *longa minyas* C Carr. Alardus Patav. Langen, *hac vates minyas* Heins. Ph. Wagner Baehr. olim, *hac minyas vates* Thilo, *tali minyas* Schenkl, *invisa minyas* Baehr., *missa minyas* Bury, *nimia minyas* Hartel. **229** *oris* Sabellicus Pius Eng. Colin Gryph. Heins. Patav., *virens* Headlam. **230** *fato* B, *pacis* Baehr. Gebbing. **231** *monitus* Graevius Heins. *pernoscere* Sabellicus, *prognoscere* Graevius Heins. **232** *omnia* PN Bon. I II Sabellicus Delam. *flammae* Graevius Heins. **233** *aethera* Baehr. **236** *omina* V. Iunt. I II Maser. Carr., *omnia* S edd *vincat* Hth. **242** *quantisque* codd. Ac Loehbach, *quantusque* Ox, *quandoque* C Cth Schenkl, *sanctisque* Hartel, *tantisque* Heins. Thilo seqq. **243** *efferte* Heins. *paratos* Loehbach. **244** *impietas* Bon. II Ven. I II Pius Ald. Balbus. **245** *homine* Ven. I II. **246** *sui — mundi* Crusius. *volvit* Vossius. **250** *socii* codd. edd. ante Burm. Schenkl Baehr. Langen Bury, *o socii* Burm. seqq. *in litore* Heins. seqq. Langeno excepto. **253** *salignis* Heins. **254** *edere* Heins. **256** *cantantemque* Pius. *ostenderet* V, *ostentarat* SNTAc Bury, *ostentabat* Hth Thilo, *ostendebat* C m Ch Wagner Lemaire Schenkl seqq.

illum nec valido spumantia pocula Baccho
sollicitant veteri nec conspicienda metallo
signa tenent; stupet in ducibus magnumque sonantes
haurit et Herculeo fert comminus ora leoni.
laetus at impliciti Peleus rapit oscula nati,
suspiciensque polum « placido si currere fluctu
Pelea vultis » ait « ventosque optare ferentes,
hoc, superi, servate caput. tu cetera, Chiron,
da mihi. te parvus lituos et bella loquentem
miretur; sub te puerilia tela magistro
venator ferat et nostram festinet ad hastam. »
omnibus inde mero calor additus: ire per altum
magna mente volunt. Phrixi promittitur absens
vellus et auratis Argo reditura corymbis.
Sol ruit et totum Minyis laetantibus undae
diduxere diem. sparguntur litore curvo
lumina nondum ullis terras monstrantia nautis.
Thracius hic noctem dulci testudine vates
extrahit, ut steterit redimitus tempora vittis
Phrixus et iniustas contectus nubibus aras
fugerit Inoo linquens Athamanta Learcho;
aureus ut iuvenem miserantibus intulit undis
vector et adstrictis ut sedit cornibus Helle.
septem Aurora vias totidemque peregerat umbras
Luna polo, dirimique procul non aequore visa
coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.
hic soror Aeoliden, aevum mansura per omne,
deserit, heu saevae nequiquam erepta novercae!
illa quidem fessis longe petit umida palmis
vellera, sed bibulas urguenti pondere vestes
unda trahit levique manus labuntur ab auro.
quis tibi, Phrixe, dolor, rapido cum concitus aestu
respiceres miserae clamantia virginis ora
extremasque manus sparsosque per aequora crines!
Iamque mero ludoque modus, positique quietis
conticuere toris: solus quibus ordine fusis
inpatiens somni ductor manet. hunc gravis Aeson
et pariter vigil Alcimede spectantque tenentque
pleni oculos. illis placidi sermonis Iason
suggerit affatus turbataque pectora mulcet.
mox, ubi victa gravi ceciderunt lumina somno,
visa coronatae fulgens tutela carinae
vocibus his instare duci: « Dodonida quercum
Chaoniique vides famulam Iovis. aequora tecum
ingredior, nec fatidicis avellere silvis
me nisi promisso potuit Saturnia caelo.
tempus adest. age rumpe moras; dumque aequore toto
currimus, incertus si nubila duxerit aether,
iam nunc mitte metus, fidens superisque mihique ».
dixerat. ille pavens, laeto quamquam omine divum,
prosiluit stratis. Minyas simul optulit omnis
alma novo crispans pelagus Tithonia Phoebo.
discurrunt transtris: hi celso cornua malo
expediunt, alii tonsas in marmore summo
praetemptant, prora funem legit Argus ab alta.
Increscunt matrum gemitus et fortia languent
corda patrum; longis flentes amplexibus haerent.
vox tamen Alcimedes planctus super eminet omnes.
femineis tantum illa furens ululatibus opstat,
obruat Idaeam quantum tuba Martia buxum.
fatur et haec: « nate indignos aditure labores,
dividimur: nec ad hos animum componere casus
ante datum, sed bella tibi terrasque timebam.
vota aliis facienda deis. si fata reducunt
te mihi, si trepidis placabile matribus aequor,
possum equidem lucemque pati longumque timorem.
sin aliud Fortuna parat, miserere parentum,
Mors bona, dum metus est nec adhuc dolor. ei mihi, Colchos
unde ego et avecti timuissem vellera Phrixi?
quos iam mente dies, quam saeva insomnia curis
prospicio! quotiens raucos ad litoris ictus
deficiam Scythicum metuens pontumque polumque
nec de te credam nostris ingrata serenis!
da, precor, amplexus haesuraque verba relinque
auribus et dulci iam nunc preme lumina dextra. »
talibus Alcimede maeret; sed fortior Aeson
attollens dictis animos: « o si mihi sanguis,

260 *veteri* Fr. Reuss. **261** *tereti* Loehbach, *valido* Fr. Reuss. **265** *placito* Ald. Hth praeter Wagner. et Lemairium. Baehr., *placidos* Pius, *placidum* Langen De la Ville de Mirmont. *sic* N. Carr. Alardus Vossius. *quaerere fluctus* Pius, *murmure fluctus* Sandstroem. **271** *indeme* V, *inde me* Sm, *inde viae* V_2 PT edd., *inde magis* C Cth, *inde viris* vel *animis* Ph. Wagner, *inde animis* Peerlkamp Langen, *inde idem* Sandstroem Palmer, *inde mero* m_2 Koestlin. **272** *iam promitur absens* vel *promittitur ardens* Heins. **274** *umbrae* Lennep Peerlkamp Ph. Wagner Baehr. olim, Schenkl. **275** *deduxere* Ox T_2 m_2 Ac Hth Thilo Schenkl Langen, *induxere* Baehr. olim, *obduxere* Peerlkamp Ph. Wagner. *merguntur* Heins. **278** *steterat* N Bon. I. **281** *mirantibus* Bentley Oudendorp Baehr. Koestlin Bury. **282** *subsidens* Heins. **283** *dies* H Davisius Vossius E. Reuss. Fr. Reuss. *vices* Heins. Burm. *perergerat* Bon. I II Ven. I II **284** *nullo* Heins. *iussa* codd. Bon. I, *visa* Bon. II seqq. **285** *discendere* VM_2, *descendere* COx PBTN Bon. I Iunt. I II Eng. Colin. Gryph. Carr. Barthius Alardus Gron., *discedere* m_2 Bon II seqq. **288** *avida* Heins. **289** *bibulae—vestis* Ald. *surgenti* BTN Bon. I II Ven. I II Pius Ald. Friesemann, *vergenti* Heins. **291** *rabido* Baehr. **293** *extentasque* Ald. Baehr., *extantesque* Zinzerlingus, *passosque* Heins. **298** *oculis* Carr. Alardus. **302** *adstare* Oudendorp Baehr. v. **303** legitur post v. 308 in codd. atque edd. ante Ald., suo loco legitur in C Ald. seqq. **305** *Tritonia* Parrhasius Nodell Heyne Wagner Eyssenhardt. **306** *namque* Eyssenhardt, *nunc* Koch Loehbach Baehr. Gürsching Langen Bury, *moto* Heins, *tuto* Gron. Koch Eyssenhardt Ph. Wagner E. Reuss Baehr. Gürsching Langen Bury. **307** *i certus* Pius. Eng. Colin. Gryph , *i incertus* Carr., *incertam* Koch, *incertos* E. Reuss, *incertumst* Baehr. Gürsching. *nec nubila* Eyssenhardt. post hunc versum Langen ac Bury lacunam statuerunt. **308** *tunc* Friesemann, *iam* Baehr. *manus* BPm Ac Parrhasio ac Pio exceptis. **309** *laetus* Friesemann. **310** *mensas* codd. edd. ante Pium, *menias* m, *minias* m_2, *minyis* Heins., *terras* T_2, *minyas* Parrhasius Pius seqq. *extulit* Burm., *abstulit* Hermann. *omne* Heins. **311** *Tritonia* Bon. I. **314** *praetentat* Bon. I II Ven. I II. **317** *vos* Iunt. I II Ald , *hos* Heins. **318** *exstat* Caussin. **319** *obruit* Ac Zinzerlingus Baehr. Langen. **326** *paras* Wagner. post *parentum* nonnulli ante Heins. Wagner signum maioris distinctionis posuerunt **330** *paucos* codd. Ac Delam., *oculos* M in marg., P, *raucos* C Par. Q Ald. Carr. seqq. **331** *deficiamus* V, *defigimus* PT, *deficiar* Heins., *deficiam a!* Baehr., *deficiam* Par. Q m T_1 edd. *potumque cretamque* V Bon. I, *pontumque cretamque* STBm Ac Schottus, *pontum Cretamque* vel *pontumque Cytamque* Pius, *pontumque Cytamque* Egnatius Pierius Maser. Welchert, *pontumque Aetamque* marg. Bon. II, *pontum Boreamque* Ald., *pontumque fretumque* Mycillus, *pontumque polumque* vel *Aetamque* Heins, *pontumque ratemque* Balbus, *pontumque petrasque* Baehr., *pontumque notumque* Sandstroem, *corumque fretumque* Koestlin, *dominumque fretumque* Fr. Reuss, *ventumque fretumque* Bury, *pontumque polumque* C Par. Q Carr. seqq.

quantus erat, cum signiferum cratera minantem
non leviore Pholum manus haec compescuit auro,
primus in aeratis posuissem puppibus arma
concussoque ratem gauderem tollere remo.
sed patriae valuere preces auditaque magnis
vota deis. video nostro tot in aequore reges
teque ducem. tales, tales ego ducere suetus
atque sequi. nunc ille dies (det Iuppiter oro),
ille super, quo te Scythici regisque marisque
victorem atque umeros ardentem vellere rapto
accipiam cedamque tuae mea facta iuventae. »
sic ait. ille suo conlapsam pectore matrem
sustinuit magnaque senem cervice recepit.
Et iam finis erat: Zephyrumque ratemque morantis
solverat amplexus tristi tuba tertia signo.
dant remo sua quisque viri, dant nomina transtris.
hinc laevom Telamon pelagus tenet, altior inde
occupat Alcides aliud mare, cetera pubes
dividitur. celer Asterion, quem matre cadentem
Piresius gemino fovit pater amne Cometes,
segnior Apidani vires ubi sentit Enipeus.
nititur hinc Talaus fratrisque Leodocus urguet
remo terga sui, quos nobile contulit Argos.
hinc quoque missus adest, quamvis arcentibus Idmon
alitibus; sed turpe viro timuisse futura.
hic et Naubolides tortas consurgit in undas
Iphitus, hic patrium frangit Neptunius aequor
qui tenet undisonam Psamathen semperque patentem
Taenaron Euphemus, mollique a litore Pellae
Deucalion certus iaculis et comminus ense
nobilis Amphion, pariter quos edidit Hypso
nec potuit similes voluitve ediscere vultus.
tum valida Clymenus percusso pectore tonsa
frater et Iphiclus puppem trahit, et face saeva
in tua mox Danaos acturus saxa, Caphereu,
Nauplius, et tortum non a Iove fulmen Oileus
qui gemet, Euboicas nato stridente per undas,
quique Erymanthei sudantem pondere monstri
Amphitryoniaden Tegeaeo limine Cepheus
iuvit, et Amphidamas. at frater plenior actis
maluit Ancaeo vellus contingere Phrixi.
tectus et Eurytion servato colla capillo,
quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
te quoque Thessalicae, Nestor, rapit in freta puppis
fama, Mycenaeis olim qui candida velis
aequora et instantes mirabere mille magistros.
nec Peleus fretus soceris et coniuge diva
defuit, at prora splendet tua cuspis ab alta,
Aeacide: tantum haec aliis excelsior hastis,
quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
linquit et Actorides natum Chironis in antro,
ut socius caro pariter meditetur Achilli
fila lyrae pariterque leves puer incitet hastas
discat eques placidi conscendere terga magistri.
hic vates Phoebique fides non vana parentis,
Mopsus, puniceo cui circumfusa cothurno
palla imos ferit alba pedes vittataque frontem
cassis et in summo laurus Peneia cono.
quin etiam Herculeo consurgit ab ordine Tydeus
Nelidesque Periclymenus, quem parva Methone
et levis Elis equis et fluctibus obvius Aulon
caestibus adversos viderunt frangere vultus.
tu quoque Phrixeos remo, Poeantie, Colchos
bis Lemnon visure petis, nunc cuspide patris
inclitus, Herculeas olim moture sagittas.
proximus hinc Butes Actaeis dives ab oris;
innumeras nam claudit apes longaque superbus
fuscat nube diem, dum plenas nectare cellas
pandit et in dulcem reges dimittit Hymetton.
insequeris casusque tuos expressa, Phalere,

337 *eram* P Heins. *signiferam crateram* VOxPm, *signiferam cratere* M, *signiferam cratē* m_2, *signifero cratere* NTAth Ph Wagner, *signiferum cratera* C Carr. Alardus Gron. Thilo seqq. *sin aūt* VPm, *sīn aūt* MT, *sin autem* Ox, *nisantem* B Bu T_4 Ac, *mimantem* nonnulli apud Pium, *Niphatem* Parrhasius, *minantem* Cm_2 Ald. Carr. seqq. **338** *nec* Parrhasius. *tholum* codd. edd. ante Pium, *pholum* Sabellicus Parrhasius Maser. Pius seqq. **340** *pellere* Turnebus Alardus Friesemann. **342** *ut deque* Vm, *ut de* ST, *utque de* M_2, *ut dent* CHBu Carr. Alardus, *video ut* B, *videam* NAc, *videam ut* Ald., *video en* Hth Ph. Wagner, *video* T_4 Parrhasius Pius Eng. Colin. Gryph. Thilo seqq. **344** *deique sequi—diem* vel *statque equidem—dies* Heins. **347** *aspiciam* Baehr. olim. *cedantque* PTm_2 Ath Ph. Wagner Baehr. **351** *amplexu* codd. Carr., *amplexus* m edd. **355** *sedet* Burm., *calet* Hirschwaelder. *carentem* codd. Ah, *cadentem* Barthius Heins. seqq. **356** *Crestus* Vm, *Creteus* Sm_2, *Cretheus* T Delam., *Cretaeus* B Bon. I Iunt. II Ald., *Crethaeus* Iunt. I Eng. Colin. Gryph. *Caetaeus* nonnulli apud Pium, *Cleneus* Bon. II Ven. I II, *Claenaeus* Maser., *Penaeus* Pius, *Cristatus* C. Carr. Barthius Alardus Gron. seqq. usque ad Thilon., *Piresius* Parrhasius Heins. Burm. Wagner Thilo seqq. *lavit* Heins. Thilo Ph. Wagner Baehr. post v. **357** Langen lacunam statuit. **358** post *nititur,* sublata post *Enipeus* interpunctione, Damsté signum maioris distinctionis posuit. *Loedecus* codd., *Laodicus* B, *Laodocus* T_4 Bon. I II Ven. I II, *Leodocus* Iunt. I seqq. **360** *Ida* VSm, *Idas* M_4 BNTBu Bon. I Carr. Alardus, *Idā* V_2, *Idmon* Bon. II seqq. **362** *hinc* T Bon. II Ven. I II. *Naubulides* C Carr. Alardus. *insurgit* Bon. I II Ven. I II. **363** *Iphirus* Eng. Colin. Gryph. **365** *Pellenae* nonnulli apud Pium. **368** *valuitve* R Bu Cok T_4 nonnulli apud Pium, *voluitque* Parrhasius. **369** *Clytius* Bon. II Ven. I II Ald. Friesemann, *Climinus* Maser. **370** *frater et Iphitus* Iunt. I. II Carr., *iphitus et* Ald., *iphitus et pater* Friesemann Caussin *rapit* Burm. **371** *tracturus* Alardus. *Caphareu* Pm T_4 edd. codicum lectionem Ph. Wagner Schenkl Leo Samuelsson servaverunt. **372** *ab* Tm nonnulli ante Heins. Hth Thilo. **373** *gemit* codd. Bon. I Iunt. I II, *gemet* Bon. II seqq. **374** *undantem* T, *sundantem* Eng., *fundantem* Gryph. **376** *fovit* Bulaeus. *annis* NT_4 m_2 edd. codicum lectionem Turnebus Carr. Alardus Heins. Patav. Delam. Thilo restituerunt. **377** *Ancaeos* T Ac, *Ancaeum* Parrhasius, *Ancaeon* Balbus. *[at frater—Phrixi]* Leo Bury. versus **378-379** post v. 373 Langen transposuit. **382** *nec stantes* codd. Ath, *nec tantos* Sandstroem, *et extantes* vel *instantes* Thilo, *et instantes* Eyssenhardt seqq. versus **383-90** post v. 410 in codd. atque edd. leguntur: Kennerknecht, quem Langen secutus est, ordinem versuum restituit. versus **383-90** desunt in S. **384** *ad* Vm. *et* N, *ac* m_2 Heins. Thilo seqq., *ut* nonnulli apud Pium, *at* Ath Ph. Wagner. **385** *astis* V, *altis* Tm Ah, *aliis* R Ald. Barthius Vossius Heins. seqq. **386** *incaedua vicerat* Sandstroem. **387** *at* Burm. **388** *Achille* Burm. **390** *placidique escendere* Hartel Langen. hunc versum Schenkl suspectum habuit. **391** *hinc* T_2 Bon II Ven. I II Pius Heins. *vatis* codd. Carr. Alardus, *vates* Bon. I seqq. **393** *ima* C Carr. *fronte* Barthius Schenkl Baehr. Gebbing Bury. **394** *at in summo est* Burm. **395** *quis contra* Langen De la Ville de Mirmont. **397** *felevis* VST, *dives et* Santenius, *felixque* Baehr. Langen, *levis et* Bury, *et levis* m M_2 T_4 edd *aulo* Bon. I II Ven. I II. versus **401-442** desunt in S. **401** *missure* Francius, *torture* vel *lature* vel *meriture* Heins. **402** *huic* NTAc. **405** *fetus* Fr. Reuss. *hymecion* V, *hymeton* Tm_2 Bon. I Carr. Alardus, *hymetton* m Bon. II seqq. **406** *hinc sequeris* Heins.

arma geris; patula nam lapsus ab arbore parvum
ter quater ardenti tergo circumvenit anguis:
stat procul intendens dubium pater anxius arcum.
tum caelata metus alios gerit arma Eribotes
et quem fama genus non est decepta Lyaei
Phlias inmissus patrios de vertice crines.
nec timet Ancaeum genetrix committere ponto,
plena tulit quem rege maris. securus in aequor
haut minus Erginus, proles Neptunia, fertur,
qui maris insidias, clarae qui sidera noctis
norit et e clausis quem destinet Aeolus antris,
non metuat cui regna ratis, cui tradere caelum
adsidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.
taurea vulnifico portat celer aspera plumbo
terga Lacon, saltem in vacuos ut bracchia ventos
spargat et Oebalium Pagaseia puppis alumnum
spectet securo celebrantem litora ludo.
oraque Thessalico melior contundere freno
vectorem pavidae Castor dum quaereret Helles,
passus Amyclaea pinguescere Cyllaron herba.
illis Taenario pariter tremit ignea fuco
purpura, quod gemina mater spectabile tela
duxit opus; bis Taygeton silvasque comantes
struxerat, Eurotan molli bis fuderat auro;
quemque suus sonipes niveo de stamine portat
et volat amborum patrius de pectore cycnus.
at tibi collectas solvit iam fibula vestes
ostenditque umeros fortes spatiumque superbi
pectoris Herculeis aequum, Meleagre, lacertis.
hic numerosa phalanx, proles Cyllenia: certus
Aethalides subitas nervo redeunte sagittas
cogere; tu medios gladio bonus ire per hostes,
Euryte; nec patrio Minyis ignobilis usu,
nuntia verba ducis populis qui reddit, Echion.
sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis
heu celerem Scythica te maesta relinquet harena
cessantemque tuo lugebit in ordine remum.
te quoque dant campi tanto pastore Pheraei
felices, Admete; tuis nam pendit in arvis
Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu.
a! quotiens famulo notis soror obvia silvis
flevit, ubi Ossaeae captaret frigora quercus
perderet et pingui miseros Boebeide crines.
insurgit transtris et remo Nerea versat
Canthus, in Aeaeo volvet quem barbara cuspis
pulvere; at interea clari decus adiacet orbis,
quem genitor gestabat Abas; secat aurea fluctu
tegmina Chalcidicas fugiens Euripus harenas,
celsaque semiferum contorquens frena luporum
surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geraesto.
et tibi Palladia pinu, Polypheme, revecto
ante urbem ardentis restat deprendere patris
reliquias, multum famulis pia iusta moratis,
si venias. breviore petit iam caerula remo
occupat et longe sua transtra novissimus Idas.
at frater magnos Lynceus servatur in usus,
quem tulit Arene, possit qui rumpere terras
et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
fluctibus e mediis terras dabit ille magistro
et dabit astra rati, cumque aethera Iuppiter umbra
perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.
quin et Cecropiae proles vacat Orithyiae,
temperet ut tremulos Zetes fraterque ceruchos.
nec vero Odrysius transtris inpenditur Orpheus
aut pontum remo subigit, sed carmine tonsas
ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
donat et Iphiclo pelagus iuvenumque labores
Aesonides, fessum Phylace quem miserat aevo,
non iam operum in partem, monitus sed tradat ut acres
magnorumque viros qui laudibus urat avorum.
Arge, tuae tibi cura ratis, te moenia doctum
Thespia Palladio dant munere; sors tibi, nequa
parte trahat tacitum puppis mare fissaque fluctu
vel pice vel molli conducere vulnera cera.
pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades, felix stellis qui segnibus usum
et dedit aequoreos caelo duce tendere cursus.
  Ecce per obliqui rapidum conpendia montis
ductor avens laetusque dolis agnoscit Acastum
horrentem iaculis et parmae luce coruscum.
ille ubi se mediae per scuta virosque carinae
intulit, ardenti Aesonides retinacula ferro
abscidit: haut aliter saltus vastataque pernix
venator cum lustra fugit dominoque timentem

407 *vacua* codd. Ath Bury, *nacua* T, *naeva* m, *cava* vel *patula* Wagner, *vasta* Schenkl, *vidua* Hirschwaelder Koestlin, *vacuum* Damsté. *curva* Postgate, *nocua* Fr. Reuss, *patula* Heins. Thilo seqq. **408** *te quater* codd. Ah, *ter quater* T_1 Egnatius Sabellicus Maser. Ald. Heins. seqq. **409** post hunc versum Ieep lacunam statuit. **410** *tunc* codd. Ac, *tam* Carr. seqq. post hunc versum Langen lacunam statuit. **411** *it* Bury. *cui—sunt* Alardus. **412** *Pleias* Hth **417** *in clausis* Maser. Burm. *quam* Vossius Schenkl olim, *quae* Heins., *quid* Peerlkamp. *auris* Vossius Schenkl olim, *austris* Baehr. Schenkl. **418** *clavum* H Harles. **420** *celera* Vm, *celer era* T, *celer aerea* BT, Ac, *celer insita* R Bon. II Ven. I II Maser., *caelataque* C Bu Carr. seqq.. *velataque* vel *vallataque* vel *caelataque* vel *praesutaque* Heins., *velataque* vel *vallataque* Burm., *alternantia* Ellis, *crepitantia* Koestlin, *celer aspera* Chauvin Leo. **424** *thessalio* codd. Bon. I Iunt. I II, *thessalico* T_2 Bon. II seqq. **427** *tenareo* VT, *taenareo* Cm Ah, *taenario* Heins. seqq. **432** *evolat* Heins. Patav. *de pectine* Koestlin. **434** *ostendisque* Vossius. *fortis* Ac. **436** *hinc* T_2 Bon. II Ven. I II Alardus Hth Baehr. **440** *reddis* Baehr. **441** *Iphitus* Iunt. II Eng. Colin. Gryph., *ipsa tuis* Ald., *Iphituis* Cok Iunt. I. **442** *celebrem* vel *scelus! in* Heins., *celerem in* Vossius, *cinerem* Thilo Ph. Wagner Baehr. Langen Bury. **443** *suo* Heins., *tuum* Baehr Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875] Langen. *lucebit* Bon. I. **444** *tanti* Pius. **445** *pendet* PBTAc praeter Pium, Ph. Wagner, *pascit* Eyssenhardt, *servit* Koch. *armis* Ald. **446** *irato* Brouhkusius. **449** *penderet* codd , *spargeret* Ven. in nota, *pecteret* vel *tergeret* Heins., *panderet* H Baehr. Bury, *funderet* Sandstroem , *tingueret* Koestlin, *perderet* T_1 Bon. I seqq. *tenui* Koestlin. *mersos* Heins. Bury, *madidos* Baehr *in Boebide* Hortensius. nondum hic versus emendatus esse Thiloni videbatur **451** *heoo* Sabellicus. **452** *in terra* Heins. Patav. Pindemonte. **453** *gestarat* Hth praeter Harlesium ac Delam. **456** *austrifero* Koestlin. **457** *at* Burm., *nec* Baehr. *relicta* Burm. **458** *ardentes* Heins. **460** *ferit* Burm. Baehr. **462** *servatus* codd. Ac, *servatur* Ald. Carr. seqq. **463** *inrumpere* Heins. **467** *abdiderit* vel *condiderit* Heins., *condiderit* Baehr. *solitus* Heins. **468** *quin nec* Francius. **469** *Calaisque* Friesemann. **470** *inpeditur* V, *impeditur* PTm Bon. I, *impellitur* T_2, *impenditur* m_2 Bon. II seqq. **471** *haud* T_1 Ac praeter Ald. **473** *donet* Eng. Colin. Gryph. **474** *aevi* Herelius. **475** *tam* Loehbach **476** *ut* Friesemann. **478** *munera* P Bon. I. *fors* Heins Patav. **479** *fessaque* codd., *fixaque* edd. ante Ald., *factaque* Friesemann, *fissaque* NT_1 Bon. I Pius Ald. seqq. **480** *concludere* edd. ante Zinzerling. **485** *ovans* Heins. Baehr. Langen. *doli cognoscit* Heins. **488** *in iaculis* Heins. Heyne Baehr. Gebbing. post *horrentem* Heyne ac Peerlkamp interpunxerunt. **487** *inde* Heins. *ut* Oth. **490** *quam* Burm. Baehr. Samuelson, *ceu* Schenkl Ieep. *dominique* Koestlin. *trementem* Friesemann.

urguet equum, teneras conpressus pectore tigres,
quas astu rapuit pavido, dum saeva relictis
mater in adverso catulis venatur Amano.
ut pariter propulsa ratis, stant litore matres
claraque vela oculis percussaque sole secuntur
scuta virum, donec iam celsior arbore pontus
inmensusque ratem spectantibus abstulit aer.
Siderea tunc arce pater pulcherrima Graium
coepta tuens tantamque operis consurgere molem
laetatur; patrii neque enim probat otia regni.
una omnes gaudent superi venturaque mundo
tempora quaeque vias cernunt sibi crescere Parcae.
sed non et Scythici genitor discrimine nati
intrepidus tales fundit Sol pectore voces:
« summe sator, cui nostra dies volventibus annis
tot peragit reficitque vices, tuane ista voluntas?
Graiaque nunc undis duce te nutuque secundo
it ratis? an meritos fas et mihi rumpere questus?
hoc metuens et nequa foret manus invida nato,
non mediae telluris opes, non inproba legi
divitis arva plagae (teneant uberrima Teucer
et Libys et vestri Pelopis domus): horrida saevo
quae premis arva gelu strictosque insedimus amnes.
cederet his etiam et sese sine honore referret
ulterius, sed nube rigens ac nescia rerum
stat super et nostros iam zona reverberat ignes.
quid regio inmanis, quid barbarus amnibus ullis
Phasis et adversis proles mea gentibus obstat?
quid Minyae meruere queri? num vellere Graio
vi potitur? profugo quin agmina iungere Phrixo
abnuit Inoas ultor nec venit ad aras,
imperii sed parte virum nataeque moratus
coniugio videt e Graia nunc stirpe nepotes
et generos vocat et iunctas sibi sanguine terras.
flecte ratem motusque, pater, nec vulnere nostro
aequora pande viris: veteris sat conscia luctus
silva Padi et viso flentes genitore sorores. »
adfremit his quassatque caput qui vellera dono
bellipotens sibi fixa videt, temptataque contra
Pallas et amborum gemuit Saturnia questus.
Tum genitor « vetera haec nobis et condita pergunt
ordine cuncta suo rerumque a principe cursu
fixa manent; neque enim terris tum sanguis in ullis
noster erat, cum fata darem; iustique facultas
hinc mihi, cur varios struerem per saecula reges.
atque ego curarum repetam decreta mearum.
iam pridem regio, quae virginis aequor ad Helles
et Tanai tenus inmenso descendit ab Euro,
undat equis floretque viris, nec tollere contra
ulla pares animos nomenque capessere bellis
ausa manus; sic fata, locos sic ipse fovebam.
adcelerat sed summa dies Asiamque labantem
linquimus et poscunt iam me sua tempora Grai.
inde meae quercus tripodesque animaeque parentum
hanc pelago misere manum. via facta per undas
perque hiemes, Bellona tibi. nec vellera tantum
indignanda manent propiorque ex virgine rapta
ille dolor —: sed nulla magis sententia menti
fixa meae. veniet Phrygia nam pastor ab Ida,
qui gemitus irasque pares et mutua Grais
dona ferat. qua classe dehinc effusa procorum
bella! quot ad Troiam flentes hiberna Mycenas!
quot proceres natosque deum, quae robora cernes
oppetere et magnis Asiam concedere fatis!
hinc Danaum de fine sedet gentesque fovebo
mox alias. pateant montes silvaeque lacusque
cunctaque claustra maris; spes et metus omnibus esto
arbiter. ipse locos terrenaque summa movendo
experiar, quaenam populis longissima cunctis
regna velim linquamque datas ubi certus habenas. »
tunc oculos Aegaea refert ad caerula robur

491 *teneros* codd. Bon. I II Ven. I II, *teneras* T_1 Parrhasius Iunt. I seqq. *complexus* NBAh Ph. Wagner Baehr. Gebbing, *compressas* Koestlin. Thilo totum locum corruptum putavit. **492** *rapit* Eng. Colin Gryph. **493** *averso* Parrhasius Ald. Vossius Baehr. **494** *it* Eyssenhardt Thilo Langen Bury. **495** *tela* Heins. **497** *immersamque* Heins. **500** *laetatus* Heins. **501** *ventura profundo* vel *venturaque ponto* Heins., *venturaque laudant* Thilo, *venientia mundo* Ph. Wagner, *venturaque promunt* Hirschwaelder, *venturaque Enyo* Baehr., *venturaque Martis* Damsté, *ventura secunda* Fr. Reuss. **502** post *tempora* Langen putat versum intercidisse huius fere sententiae: *laetantur praestantum laude virorum Iam letique vias cernunt etc. aquaeque* Herts Damsté Bury. **504** *fudit* Carr. Alardus. **506** *vias* Wagner. **507** *flatuque* Heins. **508** *et meritos*, sublata post *ratis* interpunctione, Loehbach. *est* NBu Ah Delam. Schenkl Loehbach Langen Bury. *sit* B. **513** *primis* VP Bon. I, *primus* S, *premit* Wagner, *premis* m T_1 Bon. II seqq. *insedibus* V, *insecitibus* m, *in sedibus* STAh Delam., *insedimus* Zinzerlingus Vossius Heins. seqq. **515** *bruma* Loehbach, *pube* Koestlin *vigens* Koestlin. *non conscia* B, *qua nescia* Bon. II Ven. I II. *regum* VBTAh Koestlin, *legum* vel *rerum* Vossius Burm., *veris* doctus quidam quem Harles laudat, Schrader Loehbach Schenkl, *verni* Baehr., *frugum* Sandstroem Samuelsson Fr. Reuss, *frangi* Reid, *verum* Bury olim, *rerum* Sm Ald. Zingerlingus Heins. seqq. **517** *illis* Carr. Alardus Patav. Burm. Caussin Pindemonte. **518** *aversis* Barthius Alardus Hth Schenkl Baehr. Bury. **519** *quod* codd., *quo* Heins. Bury, *quid* m edd. *potuere* B Delam. **520** *potitum* Damsté. **521** *adnuit* codd. Ah, *audiunt* Ox, *abnuit* H Parrhasius Ald. Eng. Colin. Gryph. Zinzerlingus Vossius Heins. seqq. *ultro* Pm edd. ante Zinzerling. praeter Ald. **523** *grata* codd. Carr., *graia* Bon. I seqq. **524** *et generis vocat et iunctas* Pius Heins, *graiorumque vocat iunctas* Ald. Zinzerlingus, *et genero vocat et iunctas* Burm., *et generi vocat adiunctas* Thilo Eyssenhardt Langen, *et genero vocat has iunctas* Schenkl, *et genero* vel *generi has vocat en iunctas* Baehr. olim, *en teneros vocat et iunctas* Baehr. **529** *laetataque* Heins., *luctataque* d'Orville, *tempta actaque* Baehr., *temptata ea* Fr. Reuss. post *temptataque* Burm. Wagner Caussin Huguet Lemaire Delam. Koestlin Schenkl olim, Bury (qui vel scribendum *Pallas it;* putavit) alii interpunxerunt. **530** *renuit* Heins. **535** *hic* codd. Ath, *haec* CTCokNBon. I II Ven. I II Iunt. I II Carr. Alardus, *tunc* Pius, *haec* vel *tunc* Maser., *hinc* Balbus Heins. Patav. Thilo seqq. *ut hinc* C Carr. Alardus, *cum* Ox H Cok Pius Balbus Heins. Hth Baehr. Langen. *varias—leges* Slothouwer Schenkl olim, Baehr. olim. **536** *utque* C Carr. Alardus. *secreta* H Harles. **538** *Tanain* codd. edd., *Tanai* Bon. II Ven. I II Maser. Heins. Langen. *discedit* Pius. **541** *fata* vel *facta* Pius. **544** *peremptum* Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph. Vossius. **547** *manet* Heins. Patav. Bip. Caussin Huguet Ph. Wagner. *propriorque* VST Iunt. I, *proprior* Carr. Alardus Patav., *propior* B Hth, Burm. atque Harles. exceptis, Ph. Wagner, *propiorque* Bu edd. *de* Cth, Burm. atque Harl. exceptis, Ph. Wagner., *cum* B. **548** *inde* Burm. **549** *iam* Bon. II Ven. I II Ald. Heins. Schenkl Baehr. Langen Bury. **551** *damna* nonnulli apud Pium, Ald. Eng. Colin. Gryph. Schottus Baehr. Bury, *dona* vel *damna* Pius. *quae* Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus. Thilo putat *procorum* corruptum. **552** *Troiae* Pius. *stantes* Baehr. **553** *quod* VMm Bon. I, *quos* POx B M, Ac Wagner, *quot* Bon. II Carr. seqq. **554** *ut* Heins. Baehr. **555** *haec* Pius. **558** *movebo* C Carr. Alardus. **559** *experior* P. Peerlkamp. *ex populis* Burm.

Herculeum Ledaeque tuens genus atque ita fatur:
« tendite in astra, viri: me primum regia mundo
Iapeti post bella trucis Phlegraeque labores
inposuit: durum vobis iter et grave caeli
institui. sic ecce meus, sic orbe peracto
Liber et expertus terras remeavit Apollo. »
dixit et ingenti flammantem nubila sulco
direxit per inane facem, quae puppe propinqua
in bifidum discessit iter fratresque petivit
Tyndareos; placida et mediis in frontibus haesit
protinus amborum lumenque innoxia fundit
purpureum, miseris olim inplorabile nautis.
Interea medio saevus permissa profundo
carbasa Pangaea Boreas speculatus ab arce
continuo Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad antra
concitus. omne dei rapidis nemus ingemit alis,
strata Ceres, motuque niger sub praepete pontus,
aequore Trinacrio refugique a parte Pelori
stat rupes horrenda fretis: quot in aethera surgit
molibus, infernas totiens demissa sub undas.
nec scopulos aut antra minor iuxta altera tellus
cernitur: illam Acamas habitat nudusque Pyragmon.
has nimbi ventique domos et naufraga servat
tempestas; hinc in terras latumque profundum
est iter, hinc olim soliti miscere polumque
infelixque fretum (neque enim tunc Aeolus illis
rector erat, Libya cum rumperet advena Calpen
Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines
perderet et mediis intrarent montibus undae),
intonuit donec pavidis ex aethere ventis
omnipotens regemque dedit, quem iussa vereri
saeva cohors: in monte chalybs iterataque muris
saxa domant Euros. cum iam prohibere frementum
ora nequit, rex tunc aditus et claustra refringit
ipse volens placatque data fera murmura porta.
nuntius hunc solio Boreas proturbat ab alto.
« Pangaea quod ab arce nefas » ait « Aeole, vidi!
Graia novam ferro molem commenta iuventus
pergit et ingenti gaudens domat aequora velo,
nec mihi libertas imis freta tollere harenis.
qualis eram nondum vinclis et carcere clausus!
hinc animi structaeque viris fiducia puppis,
quod Borean sub rege vident. da mergere Graios
insanamque ratem: nil me mea pectora tangunt,
tantum hominum compesce minas, dum litora iuxta
Thessala necdum aliae viderunt carbasa terrae.»
Dixerat. at cuncti fremere intus et aequora venti
poscere. tum validam contorto turbine portam
inpulit Hippotades. fundunt se carcere laeti
Thraces equi Zephyrusque et nocti concolor alas
nimborum cum prole Notus crinemque procellis
hispidus et multa flavus caput Eurus harena;
induxere hiemem raucoque ad litora tractu
unanimi freta curva ferunt nec sola tridentis
regna movent; vasto pariter ruit igneus aether
cum tonitru piceoque premit nox omnia caelo.
excussi manibus remi conversaque frontem
puppis in oblicum resonos latus accipit ictus,
vela super tremulum subitus volitantia malum
turbo rapit. qui tum Minyis trepidantibus horror,
cum picei fulsere poli pavidamque coruscae
ante ratem cecidere faces, antemnaque laevo
prona dehiscentem cornu cum sustulit undam!
non hiemem missosque putant consurgere ventos
ignari, sed tale fretum. tum murmure maesto
« hoc erat inlicitas temerare rudentibus undas
quod nostri timuere patres. vix litore puppem
solvimus, et quanto fremitu se sustulit Aegon!
hocine Cyaneae concurrunt aequore cautes?
tristius an miseris superest mare? linquite, terrae,
spem pelagi sacrosque iterum seponite fluctus. »
haec iterant segni flentes occumbere leto.
magnanimus spectat pharetras et inutile robur
Amphitryoniades; miscent suprema paventes
verba alii iunguntque manus atque ora fatigant
aspectu in misero toti, cum protinus alnus
solvitur et vasto puppis mare sorbet hiatu.
illam huc atque illuc nunc torquens verberat Eurus,
nunc stridens Zephyris aufert Notus; undique fervent

563 *mea primum regia mundo* NM$_2$ T Ac Zinzerlingus. *me primum regia mundi* Cortius, *mea frenum regia mundo* Burm., *nam primus rex ego mundo* Loehbach, *mea demum regia mundo* Schenkl, *me privum regia mundo* Koestlin, *mea victo regia mundo* Langen. **564** *truces* codd. Carr. Alardus, *trucis* Bon. I seqq. **565** *imposui* B Zinzerlingus, *agnovit* Baehr. olim, *instituit* Maser., *imposita est* Schenkl Langen, *vis posuit* Hirschwaelder, *impositus* Loehbach. *caelum* Zinzerlingus, *caelo* Heins. **567** *emensus* Baehr. **572** *fudit* N Ac Hth Ph. Wagner. **576** *arva* Sabinus. **578** *motoque* codd. Heins. seqq. usque ad Wagner., *motusque* NBT Ah Delam., *ventoque* Lennep, *motuque* Maser. Wagner seqq. **581** *totidem* Iunt. I II Pius Ald. Maser. Eng. Colin. Gryph. Vossius Loehbach Baehr. Langen, *tot iens* Burm. *umbras* Parrhasius Lennep. **582** *minax* Baehr. Gebbing Gürsching. **583** *ille* Bu, *illa* B Baehr. **585** *latiumque* Bon. I II Ven. I II Maser., *altumque* Carr. **588** *Lybiae* Bon. I II Ven. I II Burm. **590** *mediae* Bentley. *latrarent* Burm. Gürsching, *latrarunt* Bentley, *tranarent* Bury. **591** *rabidis* Heins. Cornelissen. **593** *cohorvis* V, *cohorius* Pm, *coorsium* Par., *chorus* Ox, *cohor ini* M. *cohors* Ac Heins. Markland, *cohors tum* Loehbach, *cohors in* C Carr. seqq. *montem* B, *montemque* H Bu Ac, *motosque* Ald. Delam., *inmota* Heins., *immensaque* Markland. **594** *cohibere* Heins. Baehr. *furentum* H Markland. **595** *refringet* VOxP, *refringens* B, *restringit* Bon. I, *refringit* Par. Mm Bon. II seqq. **599** *novae formae molem* Loehbach. **600** *intento* Fr. Reuss *remo* Friesemann, *bello* Baehr. **602** *erat* BT$_4$ Heins. Delam. Loehbach. *ventis in* Loehbach. *clasis* B, *clausum* N Bon. I, *clauso* Heins. Delam., *clausis* Loehbach. **605** *pignora* Sabellicus, marg. Bon. II Pius seqq. *viscera* Wakefield, *pignera* Wagner. codicum lectionem edd. ante Pium. Barthius Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Vossius alii servaverunt. **606** *iam tu hominum* Baehr. **609** *validam contortam* codd. Delam. Braun, *validam contorto* Thilo Langen Fr. Reuss Bury, *contorto validam* Lennep, *valida contortam* Peerlkamp, *valido contortam* NT edd. *cuspide* Peerlkamp. **611** *Thracis* Iunt. I II. **612** *mole* Heins. **614** *flatu* Friesemann. **615** *furva* Burm., *torva* Friesemann. **619** post *puppis* Caussin interpunxit. *obliquam* C. Carr. Alardus Patav., *obliquo* Cor ius. *resonat* C Carr. Alardus. *latere* m Burm. seqq. usque ad Thil., exceptis Caussino atque Delam. **622** *spissi* Heins. *fluxere* T Bon. I II Ven. I II. **625** *iussosque* Scaligerus Schottus. **627** *temptare* Braun. **629** *ec* Bon. II Ven. I II, *en* Pius Eng. Colin. Gryph. Burm. seqq. usque ad Thil , *at* Heins. *aegan* Salmasius Vossius Hth. **631** *terras* BTAc. **632** *spe* Ac. *supponite* marg. Bon. II Ald. Zinzerling. **637** *in misero tota* codd. Ac, *tota in misero* C Cth, *in misero cum torta* vel *tota* (*protinus*) Pius, *in misero cum tota* (*protinus*) Eng. Colin. Gryph., *misero tota* Zinzerlingus, *toti in misero* Beck Peerlkamp Wagner Thilo Schenkl. *mota in misero* Burm., *vota in misero* Madvig, *in misero votis* Baehr. Gürsching, *in misero toti* Koestlin Langen Bury.

aequora, cum subitus trifida Neptunus in hasta
caeruleum fundo caput extulit. « hanc mihi Pallas
et soror hanc » inquit « mulcens mea pectora fletu
abstulerint; veniant Phariae Tyriaeque carinae
permissumque putent. quotiens mox rapta videbo
vela notis plenasque malis clamoribus undas!
non meus Orion aut saevus Pliade Taurus
mortis causa novae. miseris tu gentibus, Argo,
fata paras, nec tam merito tibi, Tiphy, quietum
ulla parens volet Elysium manesque piorum. »
haec ait et pontum pater ac turbata reponit
litora depellitque notos, quos caerulus horror
et madido gravis unda sinu longeque secutus
imber ad Aeoliae tendunt simul aequora portae.
emicuit reserata dies caelumque resolvit
arcus et in summos redierunt nubila montes.
iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo
et Thetis et magnis Nereus socer erigit ulnis.
ergo umeros ductor sacro velatur amictu
Aesoniamque capit pateram, quam munere gaudens
liquerat hospitio pharetrasque rependerat auro
Salmoneus, nondum ille furens, cum fingeret alti
quadrifida trabe tela Iovis contraque ruenti
aut Athon aut Rhodopen maestae nemora ardua Pisae
aemulus et miseros ipse ureret Elidis agros.
hac pelago libat latices et talibus infit:
« di, quibus undarum tempestatisque sonorae
imperium et magno penitus par regia caelo,
tuque, fretum divosque pater sortite biformes,
seu casus nox ista fuit, seu volvitur axis,
ut superum, sic stare et opus tollique vicissim
pontus habet, seu te subitae nova puppis imago
armorumque hominumque truces consurgere in iras
inpulit, haec luerim satis et tua numina, rector,
iam fuerint meliora mihi. da reddere terris
has animas patriaeque amplecti limina portae.
tum quocumque loco meritas tibi plurimus aras
pascit honos, ubicumque rotis horrendus equisque
stas, pater, atque ingens utrimque fluentia Triton
frena tenet, tantus nostras condere per urbes. »
dixerat haec. oritur clamor dextraeque sequentum
verba ducis. sic cum stabulis et messibus ingens
ira deum et Calabri populator Sirius arvi
incubuit, coit agrestum manus anxia priscum
in nemus et miseris dictat pia vota sacerdos.
ecce autem molli zephyros descendere lapsu
aspiciunt; volat inmissis cava pinus habenis
infinditque salum et spumas vomit aere tridenti:
Tiphys agit tacitique sedent ad iussa ministri;
qualiter ad summi solium Iovis omnia circum
prona parata deo, ventique imbresque nivesque
fulguraque et tonitrus et adhuc in fontibus amnes.

At subitus curaque ducem metus acrior omni
mensque mali praesaga quatit, quod regis adortus
progeniem raptoque dolis crudelis Acasto
cetera nuda neci medioque in crimine patrem
liquerit ac nullis inopem vallaverit armis,
ipse procul nunc tuta tenens, ruat omnis in illos
quippe furor: nec vana pavet trepidatque futuris.

Saevit atrox Pelias inimicaque vertice ab alto
vela videt nec qua se ardens effundere possit.
nil animi, nil regna iuvant; fremit obice ponti
clausa cohors telisque salum facibusque coruscat.
haut secus, aerisona volucer cum Daedalus ora
prosiluit iuxtaque comes brevioribus alis,
nube nova linquente domos, Minoia frustra
infremuit manus et visu lassatur inani
omnis eques plenisque redit Gortyna pharetris.
quin etiam in thalamis primoque in limine Acasti
fusus humo iuvenis gressus et inania signa
ore premit, sparsisque legens vestigia canis
« te quoque iam maesti forsan genitoris imago,
nate » ait « et luctus subeunt suspiria nostri,
iamque dolos circumque trucis discrimina leti
mille vides. qua te, infelix, quibus insequar oris?
non Scythicas ferus ille domos nec ad ostia Ponti
tendit iter, falsae sed captum laudis amore
te, puer, in nostrae durus tormenta senectae
nunc lacerat. celsis an si freta puppibus essent
pervia, non ultro iuvenes classemque dedissem

644 *abstulerunt* Bon. II Ven. I II Pius Maser. Vossius post *abstulerint* signum interrogationis Bulaeus posuit. **646** *aliis* Heins., *vagis* Columbus. **649** *iam* T edd. Ald. Carr. Alardus Thilo Schenkl alii codicum lectionem restituerunt. **650** *vovet* Heins. **652** *luridus* Friesemann. **653** *aura sinu* Baehr. **654** *Aeolias* Loehbach. *aequore* C Harles Loehbach Langen. *portas* H Harles Loehbach, *portam* Langen. **655** *caelique* Damsté. **656** *arces* Damsté. **658** *madidis* Friesemann. **660** *munera* Heins. **661** *hospitii* Heins. Declerq. *phalerasque* Heins. **662** *furor* Sandstroem. *qui fingeret* Declerq Langen, *tum fingeret* Baehr. Gürsching, *confingeret* Samuelsson. post *furens* Schenkl et Ieep lacunam statuerunt. **663** *qui trifida* Baehr. Gürsching. *face* Friesemann Declerq. *tonitruque* Friesemann, *tonitrumque* Declerq. *ruente* codd., *ruentum* P, *ruentem* TAth Ph. Wagner Koestlin, *ruenti* Heins. Thilo seqq. **664** *Atho* Ald. Maser. Wagner Caussin Huguet Ph. Wagner. *moestae cum moenia Pisae* Declerq. **665** *exureret* marg. Bon. II Heins. Declerq. **670** *casu nox illa ruit* vel *casu noxa illa fuit* Heins. *solvitur* Heins. **671** *et superum* T_1 Peerlkamp, *vi superum* marg. Bon. II Burm. Oudendorp Beck Harles Wagner Schenkl. *sic staret opus* codd. edd., *seu sidere opus* Oudendorp Beck Harles Wagner Schenkl, *seu stare salum* Burm., *testatur opus* Peerlkamp, *sic constet opus* Baehr. Gursching, *sic stare loco* Madvig Langen, *sic sistere opus* Samuelsson, *sic duret opus* Ph. Wagner, *sic stare et opus* Bosscha Caussin Lemaire Huguet Koestlin Spitzer Grueneberg Bury. *necesse* Baehr. olim, *necessum* Baehr. Gürsching. **672** *avet* Schottus Alardus *luerat* B, *lueris* POx, *luerint* m T Ac praeter Ald., *luerit* T_1. **676** *amplectar* Peerlkamp. **677** *miritis* V, *meritis* S Tm Bon. I Iunt. I II, *meritas* T_1 Bon. II seqq. Langen hunc versum corruptum putavit. **678** *pascet* Pius Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Burm. seqq. usque ad Thilon., *pascat* nonnulli apud Carr. *horren et equis* V, *horrendus et equis* S, *horrerent equis* m, *horrendus equisve* m_2 Cth. *horrendus equisque* N T Ac Thilo seqq. **679** *nus* Heins. **680** *tantum* Pm Ah, *sanctus* Baehr. *nostrasque* Baehr. *concede* codd. Ah, *cernere* Thilo, *colere* Baehr. *ponere* vel *noscere* Bury. *noscere* Koestlin; *condere* Heins. seqq. **681** *dextraque* codd. edd. ante Ald., Carr. Giphanius, *dextraeque* H Pius Ald. seqq. *sequuntur* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Ph. Wagner Schenkl Baehr. Bury. **683** *Calabri-agri* B, *Calabris-arvis* Burm. **684** *inscia* C Ch. Patav. Burm. Bip. Lemaire Caussin, *incita* Heins. **688** *movet aere* Samuelsson. **696** *medio in discrimine* Heins. Braun. **699** *futuri* Heins., *futura* Baehr. **702** *famuli* Baehr. **705** *ira* codd. Bon. I II Ven. I II, *Ida* H Parrhasius Iunt. I II seqq. usque ad Carr. Alardus Patav. Heins. Delam. Bury., *ora* C Carr. seqq. **705** *prosiliit* C Carr. Alardus. **706** *novas* Heins. Patav. **707** *nisu* Hermann. **708** *equis* codd. Ac Alardus, *eques* nonnulli apud Pium, Ald. Carr. seqq. *cortina* Carr. Alardus. **709** *privoque* Bronhkusius Burm. **710** *homo* VOxm, *humi* NAc Hth, *humo* MCm_2 Ch Thilo seqq. **712** *miseri* Bu Burm. **718** *dirus* Iunt. II Ald. Eng. Colin. Gryph. **719** *nam si* vel *at si* Heins.

o domus, o freti nequiquam prole penates! »
dixit et extemplo furiis iraque minaci
terribilis « sunt hic etiam tua vulnera, praedo,
sunt lacrimae carusque parens. » simul aedibus altis
itque reditque fremens rerumque asperrima versat.
Bistonas ad meritos cum cornua saeva Thyoneus
torsit et infelix iam mille furoribus Haemus,
iam Rhodopes nemora alta gemunt, talem incita longis
porticibus coniunxque fugit natique Lycurgum.
Tartareo tum sacra Iovi Stygiisque ferebat
manibus Alcimede tanto super anxia nato,
siquid ab excitis melius praenosceret umbris.
ipsum etiam curisque parem talesque prementem
corde metus ducit, facilem tamen, Aesona coniunx.
in scrobibus cruor et largus Phlegethontis operti
stagnat honos, saevoque vocat grandaeva tumultu
Thessalis exanimes atavos magnaeque nepotem
Pleiones. et iam tenues ad carmina vultus
extulerat maestosque tuens natumque nurumque
talia libato pandebat sanguine Cretheus:
« mitte metus, volat ille mari quantumque propinquat,
iam magis atque magis variis stupet Aea deorum
prodigiis quatiuntque truces oracula Colchos.
heu quibus ingreditur fatis! qui gentibus horror
pergit! mox Scythiae spoliis nuribusque superbus
adveniet; cuperem ipse graves tum rumpere terras.
sed tibi triste nefas fraternaque turbidus arma
rex parat et saevos irarum concipit ignes.
quin rapis hanc animam et famulos citus effugis artus?
i, meus es, iam te in lucos pia turba silentum
secretisque ciet volitans pater Aeolus arvis.»
Horruit interea famulum clamore supremo
maesta domus, regemque fragor per moenia differt
mille ciere manus et iam dare iussa vocatis.
flagrantes aras vestemque nemusque sacerdos
praecipitat, subitisque pavens circumspicit Aeson,
quid moveat. quam multa leo cunctatus in arta
mole virum rictuque genas et lumina pressit,
sic curae subiere ducem, ferrumne capessat
inbelle atque aevi senior gestamina primi,
an patres regnique acuat mutabile vulgus.
contra effusa manus haerensque in pectore coniunx
« me quoque » ait « casus comitem quicumque propinquat
accipies, nec fata traham natumque videbo
te sine, sat caeli patiens, cum prima per altum
vela dedit, potui quae tantum ferre dolorem. »
talia per lacrimas. et iam circumspicit Aeson,
praeveniat quo fine minas, quo fata capessat
digna satis: magnos obitus natumque domumque
et genus Aeolium pugnataque poscere bella.
est etiam ante oculos aevum rudis altera proles,
ingentes animos et fortia discere facta
quem velit atque olim leti meminisse paterni.
ergo sacra novat. veteris sub nocte cupressi
sordidus et multa pallens ferrugine taurus
stabat adhuc, cui caeruleae per cornua vittae
et taxi frons hirta comis; ipse aeger anhelans
inpatiensque loci visaque exterritus umbra.
hunc sibi praecipuum gentis de more ńefandae
Thessalis in seros Ditis servaverat usus.
tergeminam tum placat eram Stygiasque supremo
obsecrat igne domos iam iam exorabile retro
carmen agens; neque enim ante leves niger avehit umbras
portitor et cunctae primis stant faucibus Orci.
illum ubi terrifici superesse in tempore sacri
conspexit, statuit leto supremaque fatur
ipse manu tangens damnati cornua tauri:
« vos, quibus imperium Iovis et non segne peractum
lucis iter, mihi conciliis, mihi cognita bellis
nomina magnorum fama sacrata nepotum;
tuque, excite parens umbris, ut nostra videres
funera et oblitos superum paterere dolores,
da placidae mihi sedis iter meque hostia vestris
conciliet praemissa locis. tu, nuntia sontum
virgo Iovi, terras oculis quae prospicis aequis,

721 *nepotes* codd. Ah, *parentes* Bon. II Ven. I II Ald. Zinzerlingus, *penates* Balbus Bulaeus Vossius Heins seqq. **724** *casusque pares* Bosscha Baehr. Koestlin Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875], *causasque parens* Bury. **725** *regumque* codd. Bon. I II Ven. I II Pius, *rerumque* Iunt. I seqq. **726** *Thyone* VT Bon. I Iunt. I II, *Thione* P, *Thyoneus* S Bon. II seqq. **728** *fremunt* Mycillus. v. **732** ante v. **731** legitur in Pii Eng. Colin. Gryph. editionibus. *pernosceret* TAc. **733** *curasque* Cortius. **735** *ii* Delam *aperti* codd. Ac, *apertis* Fr. Reuss, *operti* CH Turnebus Carr. seqq. **741** *quantoque* Heins. **742** *hoc* Burm. *stupe acta* V, *stupe facta* S, *stupet acta* m T Ah, *stupet aeta* marg. Bon. II, *stupet Aea* H Gron. Heins. seqq. **743** *quantumque* m T Bon. I, *quatiunt* Bon. II Ven. I II. **744** *factis* Baehr. **745** *mors* Bon. I II. **746** *erumpere* Heins. **749** *hinc* MPTm Ac Burm. Delam., *hic* Ox *tumulo* Eyssenhardt, *fragiles* Koch, *tremulos* Thilo Baehr. olim, Langen. *exuis* Wagner. *ictus* Baehr. **751** *antris* CTCth praeter Burm. Delam. Caussin. **752** *supino* Hermann. **753** *furor* Baehr. *defert* nonnulli apud Maser., Carr. Alardus. **755** *flagrantique arae* E. Reuss. *vittamque pecusque* Burm., *vestemque animumque* Eyssenhardt, *vestem vittasque* Ph. Wagner, *vestem vittamque* E. Reuss, *vestemque manumque* Koch, *vestemque pennusque* Baehr. Madvig. **756** *subitusque* Weichert. **757** *ceu* Burm., *quasi* Wyttenbach Baehr. *cunctatur* Thilo seqq. **758** *rictumque gemens* Columbus Heins. Wagner Ph. Wagner. *torsit* Ph. Wagner. **761** *regni ac variis* Lemaire. **762** *adfusa* [Patav.] vel *infusa* Heins. **763** *comitem in casum* vel *casus—propinquat* Burm. **764** *accipias* B Pius, *accipiens* Bon. II Ven. I II. **767** *per lachrymans* Bon. II Ven. I II, *fert lacrimans* Heins. Patav. **768** *perveniat* T Bon. I. *quae* vel *quo fata* Pius, *quae fata* Schenkl Baehr. Bury. **770** *cognataque* T, Parrhasius. **771** *evum* Bon. I, *aevi* T Bon. II seqq. usque ad Thilonem, *rerum* Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Damstè Bury. **773** *velint* Bon. II Ven. I II. **775** *sordibus* Bon. II, Ven. I II Ald. *squallens* Heins. **779** *nefandi* Damstè, *nefandae* Wagnero nondum emendatum videbatur. versus **779-80** Thilo Baehr. Schenkl Ieep num Valerii sint dubitaverunt. **780** *miseros* H Harles. versus **781-84** post v. 815 Thilo Baehr. Ieep, post v. 818 Langen transponendos censuerunt, ab hoc loco alienos Bury iudicavit, uncis Schenkl inclusit. **781** *cum* codd. Koestlin, *dum* Hartel, *quo* Ald., *tum* NT edd. *placet* Ald. **782** *obserat* Schottus. *canes* nonnulli apud Pium. *rite* Braun olim, Hirschwaelder Gebbing Schenkl Langen, *Leto* Ph. Wagner, *Averno* Baehr. **783** *agmen* Ald. **784** *ut* Burm. *vinctae* Iacobs Wagner Thilo seqq., *functae* Wagner olim, *cinctae* Koestlin, *coetu* Fr. Reuss. **785** *terrificis* codd. Burm., *terrifici* NT edd. *saxis* Burm. Langen putat poetam hunc locum retractaturum, si licuisset. **787** *ipsa* Vossius. **789** *consiliis* P nonnulli apud Pium, Maser. Ch, Patav. Wagner Ph. Wagner Schenkl Baehr. Gebbing Langen Bury. **792** *parere* Bon. I II Ven. I II.

ultricesque deae Fasque et grandaeva Furorum
Poena parens, meritis regis succedite tectis
et saevas inferte faces. sacer effera raptet
corda pavor; nec sola mei gravia adfore nati
arma ratemque putet: classes et Pontica signa
atque indignatos temerato litore reges
mente agitet semperque metu decurrat ad undas
arma ciens; mors sera viam temptataque claudat
effugia et nostras nequeat praecurrere diras,
sed reduces iam iamque viros auroque coruscum
cernat iter. stabo insultans et ovantia contra
ora manusque feram. tum, vobis siquod inausum
arcanumque nefas et adhuc incondita leti
sors superest, date fallaci pudibunda senectae
exitia indecoresque obitus. non Marte nec armis
aut nati precor ille mei dignatus ut umquam
ense cadat; quae fida manus, quae cara suorum
diripiat laceretque senem nec membra sepulchro
contegat. haec noster de rege piacula sanguis
sumat et heu cunctae quas misit in aequore gentes.»
adstitit et nigro fumantia pocula tabo
contigit ipsa gravi Furiarum maxima dextra;
illi avide exceptum pateris hausere cruorem.
Fit fragor; inrumpunt sonitu qui saeva ferebant
imperia et strictos iussis regalibus enses.
in media iam morte senes suffectaque leto
lumina et undanti revomentes veste cruorem
conspiciunt; primoque rudem sub limine rerum
te, puer, et visa pallentem morte parentum
deripiunt adduntque tuis. procul horruit Aeson
excedens memoremque tulit sub nubibus umbram.
Cardine sub nostro rebusque abscisa supernis
Tartarei sedet aula patris, non illa ruenti
accessura polo, victam si volvere molem
. . . .
ingenti iacet ore Chaos, quod pondere fessam
materiem lapsumque queat consumere mundum.
hic geminae aeternum portae, quarum altera dura
semper lege patens populos regesque receptat;
ast aliam temptare nefas et tendere contra:
rara et sponte patet, siquando pectore ductor
vulnera nota gerens, galeis praefixa rotisque
cui domus aut studium mortales pellere curas,
culta fides, longe metus atque ignota cupido;
seu venit in vittis castaque in veste sacerdos.
quos omnes lenis plantis et lampada quassans
progenies Atlantis agit. lucet via late
igne dei, donec silvas et amoena piorum
deveniant camposque, ubi sol totumque per annum
durat aprica dies thiasique chorique virorum
carminaque et quorum populis iam nulla cupido.
has pater in sedes aeternaque moenia natum
inducitque nurum. tum porta quanta sinistra
poena docet maneat Pelian, quo limine monstrat.
mirantur tantos strepitus turbamque ruentem
et loca et infernos clarae virtutis honores.

LIBER SECUNDUS

Interea scelerum luctusque ignarus Iason
alta secat, neque enim patrios cognoscere casus
Iuno sinit, mediis ardens ne flectat ab undis
ac temere in Pelian et adhuc obstantia regis
fata ruat placitosque deis ne deserat actus.
Iamque fretis summas aequatum Pelion ornos
templaque Tisaeae mergunt obliqua Dianae.
iam Sciathos subsedit aquis, iam longa recessit
Sepias; attollit tondentes pabula Magnes
campus equos; vidisse putant Dolopeia busta
intrantemque Amyron curvas quaesita per oras
aequora, flumineo cuius redeuntia vento
vela legunt. remis insurgitur; inde salutant
Eurymenas; recipit velumque fretumque reversus

797 *meritis regi* vel *meriti regis* Heins., *meriti regis* Markland Baehr. Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1873]. 800 *classesque* m Ath, Heins excepto. 803 *saeva* Harles olim. 808 *incognita* H Parrhasius Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Hth, Delam excepto, Baehr. Gebbing Langen. 809 *sors* T_1 Parrhasius. 810 *annis* Baehr. Langen. 811 *praedo* Baehr. 812 *quem-quem* Bon. II Ven. I II Maser., *quin-quin* C Cth Ph. Wagner Schenkl Baehr. Gebbing Langen Samuelsson. *cura* Ph. Wagner Baehr. post v. 814 Langen lacunam statuit. v. 815 in codd. post v. 822, in P Bon. I II Ven. I II post v. 818, hic in Iunt. I seqq. legitur. *huc* Columbus. *iunctae* Heins. olim. Baehr. 816 *spumantia* Heins. 817 *porrigit* Caussin. 818 *illae avidae* Carr. Alardus. 819 *sonitus* VB Iunt. I II Maser. Ald., *subito* Harles Beck Huguet, *senibus* Pierson, *foribus* vel *domini* Heins., *foribus* Thilo Baehr., *sonitu* STN edd. 821 *suffusaque* Ald. 822 *revomente* V, *revomentem* M edd. ante Pium, *removentem* Ox m_1 T, *revomentes* Pius seqq. *peste* Madvig Baehr. Langen Bury. 825 *deripiunt* edd. praeter Baehr. ac Bury. 826 *manibus* Weichert. 827 *adcisa* codd. Ac, *abscissa* C Ald. Turnebus Ch. *adscissa* T, *abscisa* Barthius Heins. seqq. 829 *vinctam* Vossius, *victus* Caussin *nisi* Barthius Alardus. *solvere* Hth, Delam. excepto, *volverit* Caussin. *orbis* Caussin. post hunc versum lacuna est in V Pius in exemplari a Pomponio Laeto correcto hos versus se legisse profitetur *Senserit atque gravi totam subsidere motu Fata velint, si summa dies subverterit orbem,* quos ipse Pius Aldus et Weichertus receperunt. prior versus in T quoque legitur [*considere* T_1], posteriorem tantum Eng Colin. Gryph. Delam. poëtae tribuerunt. in marg. C hic fuit versus *Iuppiter et primae velit omnia reddere massae,* quem Vossius defendit atque Heins. et seqq. usque ad Thilonem Valerio adiudicarunt. versus 831–32 uncis Schenkl inclusit. 833 *geminae* Koestlin. *alternant* Ph. Wagner, *introrsum* vel *antrorum* Schenkl, *infernum* Ieep Langen Bury. *numero* Baehr., *aeratae* vel *aeriae* Damstè, *leti* Fr. Reuss, *lemurum* Bury olim. 836 *seu* Heins. post v. 838 Sandstroem lacunam statuit. 839 *longeque* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II. 841 *laevis* Ox, *levibus* H Parrhasius Heins. Delam. *plantas* Burm. Wagner. 849 *quae limina* Ald. Vossius, *quo lumine* Iunt. I II, *ac limine* Schenkl, *quod limine* Baehr. Koestlin. *quot limine* Postgate Bury, *quae limine* Langen. *monstrum* Baehr. Koestlin, *monstra* Postgate Langen Bury. 850 *nocentem* vel *nocentum* Burm. 851 *in loca et* Schenkl, *et contra* Baehr.

Lib. II. 5 *neu* codd. Ah. *ne* Heins. seqq. 6 *freti* codd. Ac, *freto* BTBu Bon. I II Pius Heins. Harles Bip., *fretis* C. Carr. seqq. *aequantem* Parrhasius Peerlkamp Gebbing. 7 *pisaeae* codd. Ah. *tisaeae* Ald. Turnebus Balbus Vossius Alardus Heins. seqq. *se obliqua* Samuelsson. 11 *myrin* V. *mytin* MP, *mitin* Ox Ott., Bu, *mirin* Cok, *miryn* T Bon. I Iunt. I II. *amirum* Bon. II Ven. I II. *amyrum* Pius Ald., *amyrin* C Eng. Colin. Gryph. *amyron* Maser. seqq. 12 *fulmineo* Maser. 14 *reverso* codd., *reversum* C Carr. Alardus. *reversus* T edd.

auster et in nubem Minyis repetentibus altum
Ossa redit. metus ecce deum damnataque bello
Pallene, circumque vident inmania monstra
terrigenum caelo quondam adversata gigantum,
quos scopulis trabibusque parens miserata iugisque
induit et versos extruxit in aethera montes.
quisque suas in rupe minas pugnamque metusque
servat adhuc; quatit ipse hiemes et torquet ab alto
fulmina crebra pater; scopulis sed maximus illis
horror abest, Sicula pressus tellure Typhoeus.
hunc profugum et sacras revomentem pectore flammas,
ut memorant, prensum ipse comis Neptunus in altum
abstulit implicuitque vadis totiensque cruenta
mole resurgentem torquentemque anguibus undas
Sicanium dedit usque fretum cumque urbibus Aetnam
intulit ora premens; trux ille eiectat adesi
fundamenta iugi; pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, iniectam fesso dum pectore molem
commovet experiens gemituque reponit inani.
Iamque Hyperionius metas maris urguet Hiberi
currus et evectae prono laxantur habenae
aethere, cum palmas Tethys grandaeva sinusque
sustulit et rupto sonuit sacer aequore Titan.
auxerat hora metus, iam se vertentis Olympi
ut faciem raptosque simul montesque locosque
ex oculis circumque graves videre tenebras.
ipsa quies rerum mundique silentia terrent
astraque et effusis stellatus crinibus aether.
ac velut ignota captus regione viarum
noctivagum qui carpit iter non aure quiescit,
non oculis, noctisque metus niger auget utrimque
campus et occurrens umbris maioribus arbor,
haud aliter trepidare viri. sed pectora firmans
Hagniades «non hanc» inquit «sine numine pinum
derigimus; nec me tantum Tritonia cursus
erudiit; saepe ipsa manu dignata carinam est.
an non experti, subitus cum luce fugata
horruit imbre dies? quantis, pro Iuppiter, austris
restitimus! quanta quotiens et Palladis arte
incassum decimae cecidit tumor arduus undae!
quin agite, o socii; micat immutabile caelum
puraque nec gravido surrexit Cynthia cornu,
nullus in ore rubor, certusque ad talia Titan
integer in fluctus et in uno decidit Euro.
adde, quod in noctem venti veloque marique
incumbunt magis et tacitis ratis ocior horis.
atque adeo non illa sequi mihi sidera monstrat
quae delapsa polo reficit mare: tantus Orion
iam cadit, irato iam stridet in aequore Perseus:
sed mihi dux, vetitis qui numquam conditus undis
axe nitet serpens septenosque implicat ignes.»
sic ait et certi memorat qui vultus Olympi,
Pleiones Hyadumque locos, quo sidere vibret
Ensis et Actaeus niteat qua luce Bootes.
haec ubi dicta dedit, Cereris tum munere fessas
restituunt vires et parco corpora Baccho;
mox somno cessere; regunt sua sidera puppem.
Iamque sub Eoae dubios Atlantidis ignes
albet ager, motisque truces ab ovilibus ursi
tuta domosque petunt, raras et litus in altum
mittit aves; cum primus equis exegit anhelis
Phoebus Athon mediasque diem dispersit in undas.
certatim remis agitur mare rostraque cursu
prima tremunt; et iam summis Vulcania surgit
Lemnos aquis tibi per varios defleta labores,
ignipotens; nec te furiis et crimine matrum
terra fugat meritique piget meminisse prioris.
Tempore quo primum fremitus insurgere opertos
caelicolum et regni sensit novitate tumentes
Iuppiter aetheriae nec stare silentia pacis,
Iunonem volucri primam suspendit Olympo
horrendum chaos ostendens poenasque barathri.
mox etiam pavidae temptantem vincula matris
solvere praerupti Vulcanum vertice caeli
devolvit; ruit ille polo noctemque diemque
turbinis in morem, Lemni cum litore tandem
insonuit. vox inde repens ut perculit urbem,
adclinem scopulo inveniunt miserentque foventque
alternos aegro cunctantem poplite gressus.
hinc reduci superas postquam pater adnuit arces,
Lemnos cara deo; nec fama notior Aetne
aut Lipares domus: has epulas, haec templa peracta
aegide et horrifici formatis fulminis alis

16 *vetus* Meyncke. 19 *scopulos* Maser. *saxisque parens* Meyncke Eyssenhardt. 24 *adest* Pius Eng. Colin. Gryph. 26 *alto* C Carr. Alardus Schrader. 28 *anguibus* BBT Bon. I II, *ignibus* Carr. Alardus. 29 *tulit* Burm. Ellis, *rapit* Peerlkamp, *vehit* Ph. Wagner Hermann Langen, *dedit* Schenkl. 30 *intulit* vel *inpulit* Heins., *iniicit* Peerlkamp, *indidit* Ellis, *induit* Bury. *ore* Heins. *eructat* Sabellicus Schottus Peerlkamp. 32 *ingestam* Burm. 33 *expirans* Damstè. 35 *eiectae* vel *evectae* Sabellicus, *erectae* Pius, *invectae* Heins., *emeritae* Peerlkamp. 36 *pallam* Vossius Heins. Peerlkamp. 38 *clauserat ora* Friesemann. *vergentis* Heins. 39 *pontumque locosque* doctus quidam apud Harles. 43 *cantus* (Burm.) vel *raptus* Heins. 45 *utrumque* Par. P Bu Carr. 49 *pergimus* MP, *dirigimus* Ox Ott. T edd., lectionem Vaticani Baehr. ac Bury servaverunt. 51 *at* codd. Ah Peerlkamp, *ac* vel *et* Bulaeus, *an* Balbus Heins. seqq. *subito* Heins. 53 *quoties et quanta* vel *quanta quoties at* Heins. *in Palladis* Baehr. 57 *orbe* C Carr. Alardus Patav. 58 *et mundo* Columbus Burm., *vicino* vel *redituro* vel *genuino* Heins., *et in imo* T Ac, Ald. excepta, Vossius, *et nullo* Weichert, *et miti* Eyssenhardt, *et pleno* Koch, *et puro* Schenkl, *et nudo* Hirschwaelder, *et in omni* Damstè. *auro* nonnulli apud Pium, Eng. Colin. Gryph. Columbus Heins. Caussin Peerlkamp Thilo Schenkl Hirschwaelder Baehr. Damstè Bury, *ore* Cok. *auro* vel *ore* Burm., *orbe* Koch. 60 *it* T Ath Langen. *rapidis* Francius. *auris* TAc. 61 *arsque* Iacobs Luenemann Bury. *deus* Langen olim, *dei* Langen De la Ville de Mirmont. *illa viam* Loehbach. *monstrant* codd. edd., *mos est* marg. Bon. II, *constat* Columbus, *mens stat* vel *fert* Heins., *mens stat* Schenkl Baehr., *restant* Ph. Wagner, *mens est* Wagner Huguet Thilo, *monstrat* Vossius Iacobs Luenemann Caussin Schrader Langen olim. 62 *recipit* Heins. *talis* Baehr. 64 *conditur* C Ch. 65 *orbes* Schrader. 66 *tecti* H Parrhasius. 67 *Pleiadas* Heins., *Pleiades* Langen. *choros* Heins. 70 *amico robora* Meyncke, *largo* vel *pascunt corpora* Hirschwaelder, *sacro robora* Fr. Reuss. 72 *Pallantidis* Parrhasius Madvig Baehr., *Pallantidos* Bury. *dubio igne* Baehr. 73 *notisque* Baehr., *motique* Bu T Bon. II Ven. I II. 74 *lustra* vel *antra* Friesemann. *raucas* Balbus, *ravas* Heins. *lucus* H Parrhasius. *alta* Heins. 75 *accendit* Langen, *erexit* Bury. post *aves* Loehbach signum maioris distinctionis posuit, sublata post *undas* interpunctione. 78 *fremunt* Ald., *premunt* Cok. 79 *dilecta* Lennep Thilo olim, Baehr. *favores* Baehr. 81 *fugae* VCm Carr. Alardus Koestlin, *fugat* S edd. 83 *timentes* T Bon. I. 86 *poenaque* Vm, *poenamque* Cm, Ch, *poenasque* SBT edd. 90 *dum* Schenkl Ieep Baehr. Langen Bury. 91 *recens* Eng. Colin. Gryph., *strepens* Wagner. *percutit* Burm. 93 *conantem* Hermann. 94 *rursus* Wassenberg Baehr. 95 *flammea* vel *flamma gratior* Thilo.

laetus adit. contra Veneris stat frigida semper
ara loco, meritas postquam dea coniugis iras
horruit et tacitae Martem tenuere catenae.
quocirca struit illa nefas Lemnoque merenti
exitium furiale movet; neque enim alma videri
iam tumet aut tereti crinem subnectitur auro,
sidereos diffusa sinus; eadem effera et ingens
et maculis suffecta genas pinumque sonantem
virginibus Stygiis nigramque simillima pallam.
Iamque dies aderat. Thracas qui fuderat armis
dux Lemni puppes tenui contexere canna
ausus et inducto cratem defendere tergo
laeta mari tum signa refert, plenasque movebant
armentis nuribusque rates: it barbara vestis
et torques, insigne loci; sonat aequore clamor
« o patria, o variis coniunx nunc anxia curis,
has agimus longi famulas tibi praemia belli. »
cum dea se piceo per sudum turbida nimbo
praecipitat Famamque vagam vestigat in umbra,
quam pater omnipotens digna atque indigna canentem
spargentemque metus placidis regionibus arcet
aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,
non erebi, non diva poli, terrasque fatigat,
quas datur; audentem primi spernuntque foventque;
mox omnes agit et motis quatit oppida linguis.
talem diva sibi scelerisque dolique ministram
quaerit avens. videt illa prior, iamque advolat ultro
inpatiens, iamque ora parat, iam suscitat aures.
hanc superincendit Venus atque his vocibus implet:
« vade age et aequoream, virgo, delabere Lemnon
et cunctas mihi verte domos, praecurrere qualis
bella soles, cum mille tubas armataque campis
agmina et innumerum flatus cum fingis equorum.
adfore iam luxu turpique cupidine captos
fare viros carasque toris inducere Thressas.
haec tibi principia, hinc rabidas dolor undique matres
instimulet: mox ipsa adero ducamque paratas. »
Illa abit et mediam gaudens defertur in urbem;
et primam Eurynomen ad proxima limina Codri
occupat exesam curis castumque cubile
servantem: manet illa viro famulasque fatigat
litoribus, tardi reputant quae tempora belli
ante torum et longo mulcent insomnia penso.
huic dea cum lacrimis et nota veste Neaerae
icta genas « utinam non hic tibi nuntius essem,
o soror, aut nostros » inquit « prius unda dolores
obruat, in tali quoniam tibi tempore coniunx,
sic meritae, votis quem tu fletuque requiris,
heu furit et captae indigno famulatur amore.
iamque aderunt thalamisque tuis Threissa propinquat
non forma, non arte colus, non laude pudoris
par tibi nec magni proles praeclara Dorycli,
picta manus ustoque placet sed barbara mento.
attamen hos aliis forsan solabere casus
tu thalamis fatoque leges meliore penates;
me tua matris egens damnataque paelice proles
exanimat, quam iam miseros transversa tuentem
letalesque dapes infectaque pocula cerno.
scis simile ut flammis simus genus; adde cruentis
quod patrium saevire Dahis. iam lacte ferino,
iam veniet durata gelu. sed me quoque pulsam
fama viro, nostrosque toros virgata tenebit
et plaustro direpta nurus. » sic fata querellas
abscidit et curis pavidam lacrimisque relinquit.
transit ad Iphinoen isdemque Amythaonis implet
Oleniique domum furiis; totam inde per urbem
personat, ut cunctas agitent expellere Lemno,

102 *sed enim* Koestlin, *nam quae* Fr. Reuss, *neque iam* Langen, *quaeque* Ph. Wagner. *alma renidet* Ph. Wagner. **103** *iam tum ea cum* VBT_1m Ah Delam. Thilo, *iam tunea cum* Ox Bu, *iam tunica cum* MP, *iam tunica aut* BTN Bon. I, *iam tunica haud* Bon. II Ven. I II, *iam tunc haud* Parrhasius, *tunc ea ceu* Barthius, *tantum ea cum* Madvig, *iam tum ea ceu* Schenkl Ieep, *ambrosium* Ph. Wagner, *iam dea cum* Leo, *vultum ea nec* Baehr. Sandstroem Gebbing Bury, *tum dea cum* Koestlin, *tunc aret aut* Langen, *iam tam est cum* Fr. Reuss, *iam tunica aut* vel *et* Ellis, *iam tumet aut* Hth Damstè. *reti* VS Thilo Ph. Wagner Bury, *tereti* mNTB edd. *crines* Barthius. *ubi nectitur* Barthius, *cum nectit et* Ph. Wagner. *aureo* Thilo Bury. **104** *verum* Barthius, *odio* Sandstroem Langen, *tandem* T_1. **106** *palmam* codd. Bon. I Carr. Alardus, *pallam* Bon. II seqq. **107** aut *redux* pro *dies* et v. **108** *rex* pro *dux*, aut *quo* pro *qui*, sublata post *armis* interpunctione, Burm. alterum Friesemannus Baehr. Langen quoque proposuerunt. post *aderat*, sublata post *armis* distinctione, Maser. Braun Caussin Schenkl alii interpunxerunt. **109** *induto* T Bon. I II Ven. I II Pius Maser. *navem* H Harles. *descendere* Bon. I, *distendere* Bon. II Sabellicus Ven. I II Pius, *distentere* T. *tauro* Markland. post *tergo* fere omnes ante Heins. edd., Baehr. Koestlin alii interpunxerunt. **110** *movebat* T Ac Hth. **111** *et* codd. edd. ante Ald., Ch Koestlin, *his* Baehr. Sandstroem Bury, *en* Meyncke Eyssenhardt, *sed* Samuelsson, *it* T_1 Pius Ald. seqq. post hunc versum Sandstroem lacunam statuit. **112** *it* Barthius. *i. ducis* Meyncke Eyssenhardt. **116** *vaga* nonnulli apud Pium Heins. **118** *placidi* Columbus Heins. **121** *qua* Bon. II Ven. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Ruhnken Harles seqq. usque ad Thil. *auditam* Thilo Langen, *augentem* Baehr. **124** *ovans* Heins. *vidit* Eng. Colin. Gryph. **126** *superintendit* Bon. I II Ven. I II. **127** *ad* Ch. **128** *i* Heins. **129** *densataque* Demstè. **130** *cum fringis* V Ox Ott., *confrigis* M, *confringis* B P, *constringis* Bu, *confingis* T edd., *cum fingis* m R Heins. Patav. Bury. **133** *hinc* C Cth, *hic* Parrhasius. *rapidas* codd. Thilo, *rabidas* T edd. **136** *ac* codd. edd., *et* T_1, *ad* Cth Baehr. Langen Bury. hic versus deerat in C. **138** *viros* RBT Bon. I II Ven. I II Maser. Alardus Bip. Harles., *virum* Parrhasius Ald. Zinzerlingus Vossius Wagner seqq. usque ad Thil., *toro* Burm., *viri* Peerlkamp. **139** *velleribus* Ald. Zinzerlingus Burm. et seqq. praeter Caussin. ac Summers. *repetant* Bon. I, *repetunt* T Bon. II Ven. I II Maser. Ald. Burm. Harles. Bip., *reputans* nonnulli veteres Hth. **140** *mulcens* nonnulli veteres Heins. Patav. Wagner Delam. Lemaire Caussin Huguet. **141** *hinc* Tm Bon. I II Ven. I II. *calathis* vel *canis* Heins. *notae voce* Heins., *nota voce* Schenkl Baehr. Koestlin. *Neaera* codd. edd. ante Ald., Eng. Colin. Gryph. *Neaerae* Ald. seqq. **142** *leta* Ox, *laesa* Wakefield, *ficta* Zinzerlingus Schrader Wagner, *ficta* vel *secta* vel *tecta* Heins., *picta* Bulaeus Burm., *visa* Damsté, *scissa* Postgate. *gemens* Damsté. *id* vel *hoc tibi nuntia ferrem* vel *hic tibi nuntia adessem* Heins., *hic tibi nuntius esset* vel *isset* vel *iret* Burm., *hic tibi nuntius esset* Wagner Huguet Thilo. **146** *stimulatur* Baehr., *famulae* vel *captam—famulam ardet* Braun. **148** *fama* codd. Ah, *forma* nonnulli apud Pium, Sabellicus Ald. Zinzerlingus Heins. seqq. **151** *actamen* codd. Bury. *attamen* M edd. *tales* codd. edd., *aliis* Heins. Burm. Caussin Meyncke Schenkl Baehr. Langen Bury. **152** *legens* Ch. **154** *examinat* codd. edd. ante Iunt. I, *exanimat* Bu Bon. I Iunt. I seqq. *quem iam* Iunt. II Ald., *iam iam* Hartel. *miseras* Vossius. **155** *infestaque* Heins. **156** *scis simus ut similes; flammis genus* C Carr., *scis sumus ut similes flammis; genus* Alardus, *scis ut femineum simus genus* Sandstroem. post vel ante hunc versum Meyncke lacunam statuit. **157** *patimur* Heins. olim. *servire* T Bon. I II Ven. I II Heins. olim. *dabis* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Carr. Alardus. *cibis* Balbus. **159** *ingrata* CBT Bon. I, *iurgata* Cok Eng. Colin. Gryph. **160** *directa* codd. Bon. I, *derepta* Vossius Hth Schenkl Baehr. Langen Bury, *direpta* T_1 Bon. II seqq. **161** *gravidam* Heins. Patav. *reliquit* T Ah. **164** *nuptas* vel *iunctas* Heins.

ipsi urbem Thressaeque regant. dolor iraque surgit.
obvia quaeque eadem traditque auditque, neque ulli
vana fides. tum voce deos, tum questibus implent,
oscula iamque toris atque oscula postibus ipsis
ingeminant lacrimisque iterum visuque morantur.
prosiliunt nec tecta virum thalamosque revisunt
amplius; adglomerant sese nudisque sub astris
condensae fletus acuunt ac dira precantur
coniugia et Stygias infanda ad foedera taedas.
Has inter medias, Dryopes in imagine maestae,
flet Venus et saevis ardens dea planctibus instat
primaque « Sarmaticas utinam Fortuna dedisset
insedisse domos tristesque habitasse primas,
plaustra sequi, vel iam patriae vidisse per ignes
culmen agi stragemque deum! nam cetera belli
perpetimur. mene ille novis, me destinat amens
servitiis? urbem aut fugiens natosque relinquam?
non prius ense manus raptoque armabimus igne,
dumque silent ducuntque nova cum coniuge somnos,
magnum aliquid spirabit amor? » tunc ignea torquens
lumina praecipites excussit ab ubere natos.
ilicet arrectae mentes, evictaque matrum
corda sacer Veneris gemitus rapit: aequora cunctae
prospiciunt simulantque choros delubraque festa
fronde tegunt laetaeque viris venientibus adsunt.
iamque domos mensasque petunt; discumbitur altis
porticibus; sua cuique furens festinaque coniunx
adiacet, inferni qualis sub nocte barathri
adcubat attonitum Phlegyan et Thesea iuxta
Tisiphone saevasque dapes et pocula libat
(tormenti genus) et nigris amplectitur hydris.
Ipsa Venus quassans undantem turbine pinum
adglomerat tenebras pugnaeque adcincta trementem
desilit in Lemnon; nimbis et luce fragosa
prosequitur polus et tonitru pater auget honoro.
inde novam pavidas vocem furibunda per auras
congeminat, qua primus Athos et pontus et ingens
Thraca palus pariterque toris exhorruit omnis
mater et adstricto riguerunt ubere nati.
adcelerat Pavor et Geticis Discordia demens
e stabulis atraeque genis pallentibus Irae
et Dolus et Rabies et Leti maior imago
visa truces exerta manus, ut prima vocatu
intonuit signumque dedit Mavortia coniunx.
hic aliud Venus et multo magis ipsa tremendum
orsa nefas gemitus fingit vocesque cadentum
inrupitque domos, et singultantia gestans
ora manu taboque sinus perfusa recenti
arrectasque comas « meritos en prima revertor
ulta toros, premit ecce dies. » tum verbere victas
in thalamos agit et cunctantibus invenit enses.
unde ego tot scelerum facies, tot fata iacentum
exequar? heu vatem monstris quibus intulit ordo!
quae se aperit series! o qui me vera canentem
sistat et hac nostras exsolvat imagine noctes!
invadunt aditus et quondam cara suorum
corpora: pars ut erant dapibus vinoque soporos,
pars, conferre manus etiam magnisque paratae
cum facibus, quosdam insomnes et cuncta tuentes.
sed temptare fugam prohibetque capessere contra
arma metus; adeo ingentes inimica videri
diva dabat, notaque sonat vox coniuge maior.
tantum oculos pressere manu, velut agmina cernant
Eumenidum ferrumve super Bellona coruscet.
hoc soror, hoc coniunx, propiorque hoc nata parensque
saeva valet; prensosque toris mactatque trahitque
femineum genus, inmanes quos sternere Bessi
nec Geticae potuere manus aut aequoris irae.
his cruor in thalamis et anhela in pectore fumant
vulnera seque toris misero luctamine trunci
devolvunt. diras aliae ad fastigia taedas

166 *eadem quae* B, *eademque* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser., *eadem illa* BT₁. *trahitque* codd. edd. ante Eng., *retrahitque* C. Carr. Vossius Alardus, *traditque* Pius Ald. Eng. seqq. *angetque* Burm. 167 *una* codd. edd. ante Iunt. I, *vana* Iunt. I seqq. 168 *iamque* C Cth. 169 *moratae* Heins. Wagner Delam. Lemaire Caussin. 170 post hunc versum Schenkl lacunam statuit. 173 *funera* Parrhasius. 176 *dedisses* C Cth. 177 *tristes* Ph. Wagner. Schenkl hunc locum imperfectum putat. 178 *plaustraque; quin etiam* Langen. *aut altum* vel *et celsum* Heins. *arces* vel *aedes* Burm. Harles. 179 *fulmen* C. Carr. Alardus Burm. Harles. *culmina* Parrhasius Loehbach. Langen putat totum locum corruptum. 181 *aut fugiam* BHT Wagner Delam. Lemaire Caussin, *ut fugiens* C Carr. Patav. Alardus Heins., *an fugiens* Friesemann, *aufugiens* Arntsen Baehr. Bury. 182 *an* Friesemann. *armabimur* Heins. Friesemann. 183 *licet* vel *iacent* Heins. 184 *spiravit* codd., *sperabit* Bon. II Ven. I II Iunt. I II Maser. Bulaeus, *spirabit* T Bon I seqq. 186 *illic et* B m, *illic* Bu T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Eng. Colin. Gryph. 189 *lectaeque* Bon. I. 191 *festivaque* M P Ott. T₁, *festivaque* vel *instinctaque* Heins., *infestaque* Parrhasius Markland Friesemann Schrader Peerlkamp Baehr. olim, *funestaque* Schenkl Kübler Hartel Baehr. Gebbing Samuelsson. 195 post hunc versum Schenkl lacunam statuit. 196 *pontum* C. Carr. Alardus, *nubem* Peerlkamp. 197 *frementem* Heins. 198 *nimbisque* Cth, *nimbis quam* Barthius. 199 *honorem* Friesemann. 200 *aures* Iunt. I II Pius Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Hth. 201 *pulsae* Peerlkamp Haupt Baehr. Sandstroem Bury, *pressus* Koestlin. *augens* Koestlin Bury. *congeminat tremuere aethere et pontus* Sandstroem olim. 202 *pavet* Pierson Haupt Baehr. Gebbing Langen, *salit* Madvig, *plagas* Sandstroem. *trepidansque* Peerlkamp. 205 *artaeque* Bon. I, *hirtaeque* Bon. II Ven. I II Pius Harles. seqq. usque ad Thil. Ph. Wagner. 207 *prima boatu* Baehr. 211 *irrumpitque* T Bon. I II Ven. I II Maser. versus 212-263 post 262 repetuntur in V. prior scriptura Va, altera Vb nota significabitur. 213 *arrectisque-comis* Peerlkamp Schenkl Langen, *arrectaque-coma* Baehr. 214 *ductas* C Carr. Alardus, *adactas* Heins. 215 *ingerit* Heins. Schenkl Bonnet Langen, *inserit* Herelius Harles. Baehr., *induit* Koch, *invehit* Fr. Reuss. 218 *mox me dira* H Harles, *qui me dira* Parrhasius. 219 *voces* Markland, *mentes* Schenkl, *certas* Baehr., *metas* Sandstroem. *nostros-vultus* Fr. Reuss. 220 *artus* Meyncke Baehr. Gebbing. 221 *sepultos* Friesemann, *sopori* Baehr. 222 *manus ausos* Ph. Wagner. *magnosque* codd., *raptisque* Burm., *flammisque* Ph. Wagner, *pugnisque* Koestlin, *magnisque* T edd. *paratos* Heins. Ph. Wagner, *parantes* Burm. versus 222-223 Baehr. ita conglobavit: *ignaros, pars insomnes et cuncta tuentes*. Harles vel [*conferre-facibus*] vel *magnisve*, sublata post *facibus* interpunctione, scribendum censuit: alterum Braun quoque proposuit. 223 *et facibus* Ph. Wagner. 227 *tandem* Heins. ..... codd., *viri* BT Ac, *metu* C Cth, *suos* Heins., *rei* Bury, *manu* Burm. Thilo seqq. *vel ut-certant* Friesemann. 228 *ferrumve* Friesemann 230 *pressosque* BT Ac. *comis* Burm. *agitatque* vel *iactatque* Heins. 231 post *genus* colon ac post *irae* signum minoris distinctionis Koestlin et Loehbach posuerunt. 233 *it* Sabellicus Heins. seqq. praeter Delam. Koestlin. Loehbach., *hic* T Bu Bon. I II, Ven. I II, *is* nonnulli apud Maser., *hinc* Meyncke. *anhelo* Bon. II Ven. I II Maser. Columbus Heins. Harles Schenkl Langen Bury, *aperta* Baehr. *spumant* Heins. 234 *sero* Heins. 235 *ad* om. Friesemann.

iniciunt adduntque domo: pars ignibus atris
effugiunt propere, sed dura in limine coniunx
obsidet et viso repetunt incendia ferro.
ast aliae Thressas labem causamque furoris
deripiunt; mixti gemitus clamorque precantum
barbarus ignotaeque implebant aethera voces.
Sed tibi nunc quae digna tuis ingentibus ausis
orsa feram, decus et patriae laus una ruentis,
Hypsipyle? non ulla meo te carmine dictam
abstulerint, durent Latiis modo saecula fastis
Iliacique lares tantique palatia regni.
inruerant actae pariter nataeque nurusque
totaque iam sparsis exarserat insula monstris.
illa pias armata manus « fuge protinus urbem
meque, pater; non hostis, » ait « non moenia laesi
Thraces habent; nostrum hoc facinus. ne quaere, quis auctor.
iam fuge, iam dubiae donum rape mentis et ensem
tu potius, miserere, tene. » tunc excipit artus
obnubitque caput tacitumque ad conscia Bacchi
templa rapit, primoque manus a limine tendens
« exime nos sceleri, pater, et miserere piorum »
rursus ait. tacita pavidum tunc sede locavit
sub pedibus dextraque dei; latet ille receptus
veste sacra; voces chorus et trieterica reddunt
aera sonum fixaeque fremunt in limine tigres.
regina ut roseis Auroram surgere bigis
vidit et insomni lassatas turbine tandem
conticuisse domos, stabilem quando optima facta
dant animum maiorque piis audacia coeptis,
serta patri iuvenisque comam vestesque Lyaei
induit et medium curru locat aeraque circum
tympanaque et plenas tacita formidine cistas.
ipsa sinus hederisque ligat famularibus artus
pampineamque quatit ventosis ictibus hastam
respiciens, teneat virides velatus habenas
ut pater, in nivea tumeant ut cornua mitra
et sacer ut Bacchum referat scyphus. inpulit acri
tum validas stridore fores rapiturque per urbem
talia voce canens: « linque o mihi caede madentem,
Bacche, domum; sine foedatum te funere pontus
expiet et referam lotos in templa dracones. »
sic medios egressa metus; facit ipse verendam
nam deus et flatu non inscia gliscit anhelo.
iamque senem tacitis saeva procul urbe remotum
occulerat silvis, ipsam sed conscius ausi
nocte dieque pavor fraudataque turbat Erinys.
non similes iam ferre choros [semel orgia fallunt]
audet, non patrios furtis accedere saltus,
et fuga diversas misero quaerenda per artes.
visa ratis saevae defecta laboribus undae,
quam Thetidi longinqua dies Glaucoque repostam
solibus et canis urebat luna pruinis.
huc genitorem altae per opaca silentia noctis
praecipitem silvis rapit et sic maesta profatur:
« quam, genitor, patriam, quantas modo linquis inanis
pube domos! pro dira lues, pro noctis acerbae
exitium! talin possum te credere puppi,
care parens? possum tantis retinere periclis?
solvimus heu serum furti scelus! adnue votis,
diva, soporiferas quae nunc trahis aequore bigas.
non populos, non dite solum, non ulla parenti
regna peto; patria liceat decedere terra.
quando ego servato mediam genitore per urbem
laeta ferar? quando hic lacrimas planctusque videbo? »
dixerat. ille procul trunca fugit anxius alno,
Taurorumque locos delubraque saeva Dianae
advenit. hic illum tristi, dea, praeficis arae
ense dato; mora nec terris tibi longa cruentis.
iam nemus Egeriae, iam te ciet altus ab Alba
Iuppiter et soli non mitis Aricia regi.
Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrum
congruerat. rauco fremitu sedere parentum
natorumque locis vacuaeque in moenibus urbis

236 *obduntque* II. Maser. Harles Beck Wagner Caussin Lemaire Huguet Postgate, *abduntque* Burm. Ellis, *subduntque* Friesemann Thilo olim, *perduntque* Schenkl, *adstantque* Baehr., *ardentque* Damsté, *adeuntque* Koestlin olim. Fr. Reuss, *subeuntque* Koestlin, *clauduntque* Langen Bury. *domos* codd. edd. Thilo olim, *rogos* Iacobs Braun Thilo, *dolos* Hirschwaelder, *suos* vel *viros* Schenkl, *domo* Heins. Friesemann. *passim* Thilo olim. *acti* H Heins. Iacobs Harles Wagner Delam. Caussin Lemaire Huguet Thilo Braun Schenkl Baehr. Bury. post *adduntque* Delam., post *atris* Iunt. I II Maser. Ald. Burm. Weichert alii interpunxerunt. post *domos* Baehr. haec supplevit: *pars inde virorum consumpta in somno flammis.* 237 *dira* C Carr. seqq. usque ad Burm. 239 *furorum* m_2 B Ac, *furorem* Va Sm, *furoris* Vb Carr. seqq. 240 om. Va S. *diripiunt* codd. edd., *deripiunt* Baehr. Bury. 241 om. Vb. 242 *quo* Burm. 243 *ora* codd. edd., *ore* Burm. Fr. Reuss, *dona* Peerlkamp Ph. Wagner, *verba* Thilo, *rota* Fr. Reuss, *orsa* Heins. Schenkl Baehr. Langen. *seram* Heins. Patav. *furentis* Baehr. 245 *Latii—fasti* Sandstroem, *Latiis-fatis* Heins. 247 *nuptaeque* Baehr. 250 *saevi* Meyncke Eyssenhardt, *laeti* Baehr. 252 *iamque fugam* Heins. *iam dubiae rape lucis* vel *iamque piae — cape mentis* Peerlkamp, *iamque piae — rape mentis* Fr. Reuss, *iam dubiae — rape noctis* Schenkl. 253 *miser ecce tene* Bon. II Ven. I II Sabellicus Pius Peerlkamp, *miserande tene* Ald. Eng. Colin. Gryph., *miserae retine* C Maser. Cth, *miserae en retine* Columbus, *miserate tene* Barthius, *miser oro tene* Heins. 254 *tectumque* Burm. 256 post *et* Samuelsson interpunxit ut cum *rursus ait* coniungatur. *priorum* Bon. II Ven. I II. 257 *pronus* Langen. post *rursus* edd. fere omnes, post *miserere* Barthius Samuelsson Bury alii interpunxerunt. *tum* Wagner. *aede* Friesemann. post *locavit* Weichert ac Koestlin interpunxerunt, sublata post *dei* distinctione. 258 *pallaque* Francius. post *latet* Koestlin interpunxit. 259 *voce* Koestlin. *tholus* Waarenburg Iacobs Weichert Delam. Huguet Baehr. Langen. 260 *fictaeque* vel *pictaeque* Heins. 268 *fallentibus* Damsté. 270 *elatus* Heins. Baehr. 271 *utque* Pm T Ott. Ac. praeter Bon. II Ven. I II. ...... codd. Ac, *et* C Bon. II Ven. I II Carr. seqq. *in* Baehr. Langen Bury. *Phrygia* Heins. 274 *mi* C. Carr. Alardus. 280 *occuluit* Thilo, *occultat* vel *celarat* vel *condiderat* vel *obtulerat* vel *occulere it* vel *obruerat* Heins., *obcuierat* vel *obcultat* Wagner. 282 *ferte* T Bon. I. 283 *patriis—bustis* C Carr. Alardus. *accendere* codd. Carr. Alardus, *accedere* Bon. I seqq. *furtiva accedere* vel *furtim succedere* Heins. post hunc versum Meyncke Baehr. Langen lacunam statuerunt. 284 *at* Sabellicus Pius Eng. Colin. Gryph., *est* Vossius, *ut* vel *stat* Heins. olim, *set* Schenkl Ieep. 285 *defuncta* H Harles. 286 *tetih* V, *theti* S, *tethy* T Ac, *Thetidi* C m Carr. seqq. 287 *sol vetus et* Barthius. *bruma* Markland. 290 *quanta* Ald. Heins. seqq. Summers ac Bury codicum lectionem nuper vindicaverunt. *inani* codd. Ah, *inanes* nonnulli apud Pium, Ald. Zinzerlingus Columbus Heins. seqq. *inanis* Schenkl Langen Bury. 291 *puppe* Sabellicus Carr. 292 *possim* Eng. Colin. Gryph. *reddere* codd. Ac, *credere* Bon. II Ven. I II Sabellicus Carr. seqq. 293 *parens nec te — periclis!* Thilo. *tantisne inferre* vel *offerre* Heins. 294 *miserum* C Carr. Alardus Thilo Braun Langen, *secum* Bon. I, *seram* vel *laetum* Burm. *furtis* codd. Ah, *furtis* Pius Gron. Hth, *furti* R Thilo seqq. 302 *praeficit* Zinzerlingus. 306 *arcem hinc* Burm. 307 *cournerat* Burm. 308 *viduaeque* Fr. Reuss.

iura novant; donant solio sceptrisque paternis
ut meritam redeuntque piae sua praemia menti.
Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
arma notant; rapitur subito regina tumultu
conciliumque vocat. non illis obvia tela
ferre nec infestos derat furor inprobus ignes,
ni Veneris saevas fregisset Mulciber iras.
tunc etiam vates Phoebo dilecta Polyxo
(non patriam, non certa genus, sed maxima cete
Proteaque ambiguum Phariis est rumor ab antris
huc rexisse vias iunctis super aequora phocis.
saepe imis se condit aquis, cunctataque paulum
surgit ut auditas referens in gurgite voces)
« portum demus » ait, « haec hospita, credite, puppis
advenit et levior Lemno deus aequore flexit
huc Minyas; Venus ipsa volens dat corpora iungi,
dum vires utero maternaque sufficit aetas. »
dicta placent portatque preces ad litora Grais
Iphinoe; nec turba nocens, scelerisque recentis
signa movent tollitque loci Cytherea timorem.
*   *   *   *   *
protinus ingentem procerum sub nomine taurum
deicit, insuetis et iam pia munera templis
reddit et hac prima Veneris calet ara iuvenca.
Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
fumant saxa iugis coquiturque vaporibus aer.
substitit Aesonides; atque hic regina precari
hortatur, causasque docens « haec antra videtis
Vulcanique » ait « ecce domos: date vina precesque.
forsitan hoc factum taceat iam fulmen in antro.
nox dabit ipsa fidem, clausae cum murmura flammae,
hospes, et incussae sonitum mirabere massae. »
moenia tum viresque loci veteresque parentum
iactat opes. mediis famulae convivia tectis
expediunt; Tyrio vibrat torus igneus ostro.
stat maerens atavos reges regesque maritos
Thressa manus, quaecumque faces timuisse iugales
credita nec dominae sanctum tetigisse cubile.
iam medium Aesonides, iam se regina locavit,
post alii proceres; sacris dum vincitur extis
prima fames, circum pateris it Bacchus et omnis
aula silet; dapibus coeptis mox tempora fallunt
noctis et in seras durant sermonibus umbras.
praecipueque ducis casus mirata requirit
Hypsipyle, quae fata trahant, quae regis agat vis,
aut unde Haemoniae molem ratis: unius haeret
adloquio et blandos paulatim colligit ignes
iam non dura toris Veneri nec iniqua reversae.
et deus ipse moras spatiumque indulget amori.
Pliada lege poli nimboso moverat astro
Iuppiter aeternum volvens opus et simul undis
cuncta ruunt unoque dei Pangaea sub ictu
Gargaraque et Moesi steterant formidine luci.
saevior haut alio mortales tempore gentes
terror agit; tunc urguet enim, tunc flagitat iras
in populos Astraea Iovem terrisque relictis
invocat adsiduo Saturnia sidera questu.
insequitur niger et magnis cum fratribus Eurus
intonat Aegaeo tenditque ad litora pontus.
et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades, longus coeptis et fluctibus arcet
qui metus: usque novos divae melioris ad ignis
urbe sedent laeti Minyae viduisque vacantes
indulgent thalamis, nimbosque educere luxu,
nec iam velle vias, zephyrosque audire vocantes
dissimulant, donec resides Tirynthius heros

310 *reddantque* T m_2 Ac. **312** *notans* Burm. **314** *dederat* B Bon. I II Ven. I II. *ire per ignes* Damstè. versum 317 et seqq. imperfectos Schenkl putavit. **317** *te* Heins. Burm. Wagner Delam. Lemaire, *se et* Bury. *te vaga* Schenkl, *te anxia* Baehr. *taeta* V, *te te* M, *tete* P Ox Ott., *taetae* V_2 m, *tethy* B Bon. I, *thetim* T, *tethym* Ac, *ceto* Heins. Patav. Harles Bip. Delam. Schenkl Baehr., *tethys* Burm. seqq. usque ad Thilon., *nata* R T_1, *teque* Koestlin, *c(o)ete* C Ch Caussin Bury. nihil Langen diiudicat. Loehbach *ceto comitata* proposuit. post *maxima* Thilo lacunam statuit; idem *genus, inmania coete inter. . . . comitata Cabiro Proteaque etc.* coniecit. **318** *pharii se* V, *pharis e* MP Ott., *pharise* Ox, *pharis effata* B Bu, *pharis et patris* Cok, *pharis e patris* m, *pharii se patris* C Carr. Alardus Patav. Harles Bip., *pharis referebat* T Ath, *pharis edebat* R, marg. Bon. I, *pharis fert rumor* vel *Pharii fert patris* vel *phariae fert Thetyos* [om. *ab*] Heins., *pharis effatur* vel *referebat* Burm., *pharis narratur* Thilo Loehbach, *pharis fert rumor* Koestlin Baehr., *pharis est rumor* Caussin Schenkl. nihil diiudicant Langen ac Bury, qui olim [Class. Rev. 1896] *pharis fabatur* coniecit. **319** *vexisse suam* Baehr. *iunctisque sub* T Bon. I II Ven. I II, *iunctisque super* Iunt. I II. **320** *saepimis* codd., *saepe suis* Parrhasius. *sepienis* Koestlin, *haec imis* Baehr. Langen. *saepe imis* edd. Bury nihil diiudicat. **321** *et* Eng. Colin. Gryph. Koestlin Langen. **322** *ait hec* V, *ait haec* S m, *ait nobis haec* B T Ac, *ait nostra haec mihi* Burm., *ait laeta haec mihi* Thilo, *ait haec dextera* Baehr. Gebbing Koestlin, *ait fatis haec* Summers, *ait laeta haec o* Bury, *ait haec hospita* C Carr. seqq. Schenkl nihil diiudicat. **323** *adveniet* C Cth, *advenit en* vel *adventat* vel *adveniet* Heins., *advehit et* Declerq. *lenior Lemno* P T Iunt. I II, *Lemno levior* Gifanius, *melior Lemno* Heins. Declerq Baehr. **324** *tempora* codd. edd., *corpora* vel *pectora* Burm., *foedera* Markland, *corpora* Schenkl Baehr. Langen Bury. *cingi* Fr. Reuss. **325** *maturaque* Heins. **327** *sed turba* Koestlin. *nocent* Maser. post v. 328 Thilo Schenkl Jeep Baehr. Langen Bury lacunam statuerunt. **329** *dux* Pierson Wagner, *de* Parrhasius, *sub* deest in T [add. T_1] Bon. I II Ven. I II. **331** *ut* Baehr. *hinc prima—iuvenca* Barthius, *ad primam—iuvencam* vel *hac primae—iuvenca* Heins. post hunc versum Thilo Schenkl Jeep Koestlin Peters lacunam statuerunt. **337** *hoc fatum* Bon. I, *hoc fallit* Schenkl, *ob sacrum* Baehr., *hoc fallit* vel *hoc dubitas* Langen, *hoc facto* Fr. Reuss, *hoc sanctum* Bury. *taceat iam* Parrhasius Heins. Patav., *lateat iam* Thilo, *taceat cur* Schenkl, *feriat iam* Sandstroem, *taceat cum* Langen. *in atro* Bon. I. **338** *mox* m Sandstroem. *ipse* Sandstroem. *tum* Baehr. Göransson. **339** *incusae* Maser. Casaubonus Ph. Wagner Bury. **344** *renuisse* Heins. **346** *medi* V, *media* S, *medio* m Ath, *medium* Heins. Peerlkamp Thilo seqq. **349** *captis* Ald. Zinzerlingus Patav., *raptis* Heins. **350** *ducunt* Damstè. **352** *seu—seu* vel *quo—quo* Heins., *quo—quo* Friesemann Burm. Wagner Huguet Baehr. *agatur* Friesemann. **353** *moles* T_1, marg. Bon. I Ald. Friesemann. **355** *veneris* S m R Bu Cok Bon. I II Ven. I II. **356** *en* Burm. **357** *nimbosum—astrum* Slothouwer Langen, *nimboso—astro* Heins. *involverat* Heins. **358** *aetherium* vel *alternum* Heins. *solvens* Burm. **360** *maestis et erant* V S, *moestis et orant* m, *maesti sederant* B, *mestis et erat* Ox P Ott., *mesti steterant* Bon. I, *moesti steterant* T Ath, *maesti steterant* Carr., *maesti steterunt* Pius Vossius Heins. Iacobs Weichert Thilo seqq., *Moesi steterunt* Baehr. Gebbing Bury, *Moesi steterant* Langen. **361** *mentes* H Heins. seqq. codicum lectionem Bury restituit. **362** *tortor* C Ch. *urguet opem* Pius. **364** *foedera* Heins. **365** *magno* Heins. Friesemann. **366** *denditque* V, *eruditque* Ald., *truditque* Vossius Piccart Friesemann, *tendique [pontus]* vel *tenditque [pontum]* Heins., *funditque [pontum]* vel *tenditque [pontus]* Burm., *tenditque* STm edd. *pondus* VS, *pontum* T Bon. I II Ven. I II Pius Ald. Piccart Friesemann, *pontus* m T_2 edd. **367** *ut* Heins. Patav. Koestlin. **368** *longis* T_2 Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph., *longe* Ald. Heins., *longe* vel *longus* Columbus, *longum* Schenkl. *incertis* vel *inceptis a* Heins. *a fluctibus* nonnulli apud Pium, Columbus, *te fluctibus* Koestlin. *arcent* codd. Ac, *arcet* C T_2 Bon. II Ven. I II Ald. Balbus Eng. Colin. Gryph. Carr. seqq. **369** *quem* Bon. II Ven. I II Maser. Balbus Carr. seqq., *dum* Baehr. Langen, *quos* Bury. codicum lectionem Koestlin atque Ellis nuper restituerunt.

non tulit, ipse rati invigilans atque integer urbis.
invidisse deos tantum maris aequor adortis
desertasque domos, fraudataque tempore segni
vota patrum. quid et ipse viris cunctantibus adsit?
« o miseri quicumque tuis accessimus actis!
Phasin et Aeeten Scythicique pericula ponti
redde » ait « Aesonide; me tecum solus in aequor
rerum traxit amor, dum spes mihi sistere montes
Cyaneos vigilemque alium spoliare draconem.
si sedet Aegaei scopulos habitare profundi,
hoc mecum Telamon peraget meus. » haec ubi dicta,
haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
quam bellator equus, longa quem frigida pace
terra iuvat, brevis in laevos piger angitur orbes,
frena tamen dominumque velit, si Martius aures
clamor et obliti rursus fragor impleat aeris.
tunc Argum Tiphynque vocat pelagoque parari
praecipitat; petit ingenti clamore magister
arma viros pariter sparsosque in litore remos.
  Exoritur novus urbe dolor planctusque per omnes
et facies antiqua domos. sibi moenia linqui
en iterum, et quando natorum tempora, gentem
qui recolant, qui sceptra gerant? nunc triste nefandae
noctis opus, vidui nunc illa silentia tecti
saeva magis, thalamos excussaque vincla quod ausae
induere atque iterum tales admittere curas.
ipsa quoque Hypsipyle subitos per litora cursus
ut vidit totaque viros decedere Lemno,
ingemit et tali conpellat Iasona questu:
« iamne placet primo deducere vela sereno,
carius o mihi patre caput? modo saeva quierunt
aequora. sic portus fugeret ratis, aspera si te
Plias in adversae tenuisset litore Thraces.
ergo moras caelo cursumque tenentibus undis
debuimus? » dixit lacrimans, haesuraque caro
dona duci promit chlamydem textosque labores.
illic servati genitoris conscia sacra
pressit acu currusque pios: stant saeva paventum
agmina dantque locum; viridi circum horrida tela
silva tremit; mediis refugit pater anxius umbris.
pars et frondosae raptus expresserat Idae
inlustremque fugam pueri; mox aethere laetus
adstabat mensis: quin et Iovis armiger ipse
accipit a Phrygio iam pocula blanda ministro.
tunc ensem notumque ferens insigne Thoantis
« accipe » ait « bellis mediaeque ut pulvere pugnae
sim comes, Aetnaei genitor quae flammea gessit
dona dei, nunc digna tuis adiungier armis.
i, memor i terrae, quae vos amplexa quieto
prima sinu; refer et domitis a Colchidos oris
vela per hunc utero quem linquis Iasona nostro ».
sic ait Haemonii labens in colla mariti.
nec minus Orphea tristis cervice tuaque,
Aeacide, et gemino coniunx a Castore pendet.
  Has inter lacrimas legitur piger uncus harenis:
iam remi rapuere ratem, iam flamina portant;
spumea subsequitur fugientis semita clavi.
tunc tenuis Lemnos transitque Electria tellus
Threiciis arcana sacris; hic numinis ingens
horror et incautis decreta piacula linguis.
hanc demissa Iovi non umquam laedere fluctu
audet hiemps: sponte ipse deus tunc asperat undas,
cum vetat infidos sua litora tangere nautas.
obvius at Minyas terris adytisque sacerdos
excipit hospitibus reserans secreta Thyotes.
hactenus in populos, vates Samothraca, diemque

374 *impiger* Bulaeus olim. post *urbis* fere omnes ante Heinsium edd. distinctionem deleverunt. post hunc versum Baehr. lacunam statuit. 375 *tanti* Heins. post hunc versum Thilo Schenkl Langen Bury lacunam statuerunt. Schenkl haec supplevit: *gloriam gemit indignatus frustra*. 376 *domus* nonnulli apud Carr. *tempora* codd. Iunt. II Pius, *tempore* m B T edd. 377 *quod* Ac praeter Bon. I Iunt. I II, *quod* vel *quid* Pius, *quin* Ph. Wagner. post *quid* Markland atque Harles signum interrogationis posuerunt. *adsis* Markland Harles, *infit* Ph. Wagner. *quid—adsit* num Valerii essent Thilo olim dubitavit. 378 *ausis* Columbus. 379 *phasine tamen* codd., *phasim et oeten* m, *phasin et oeten* T Bon. II Ven. I II, *Phasin et oaeten* Bon. I, *phasin et oetan* T_2, *Phasim et aeaeten* Iunt. I II, *Phasin et aeaeten* Pius Ald., *Phasin et aeeten* Maser. seqq. 386 *quam* V, *que* S, *cui* vel *quem* Heins., *cum* vel *cui* Schenkl, *quem* T edd. 387 *crura iuvant* Ald. Turnebus, *crura ligant* Gron., *terga vacant* vel *iuvant* Heins., *tesca iuvant* Ph. Wagner, *torpuerint* Schenkl, *pergula alit* Baehr. *quique* Ald., *nec* Burm., *vix* Thilo, *crura* Schenkl, *bovis* Palmer De la Ville de Mirmont Fr. Reuss Bury, *resti* Langen *in exiguos* Burm., *in flexus* Withofius Baehr., *inque breves* Bury. *compingitur* Ph. Wagner, *vix frangitur* Koestlin. *orbis* Withofius Baehr. post *brevis* Carr. Alardus Heynius interpunxerunt. 388 *clangor* Burm. *aeris* T Bon. I II Ven. I II. 389 *auris* T Bon. I II Ven. I II. 391 *ciet* Ph. Wagner. 394 *it* Iunt. I seqq. usque ad Carr. Hth Thilo Schenkl, *est* Baehr. 395 *ecquando* Bon. II Ven. I II Ald. seqq. usque ad Carr. Hth. *pignora* Heins., *corpora* Schenkl, *pondera* Ellis. 397 *lecti* Heins. 398 *saevit amor* C Carr. Alardus, *saeva manet* T_2, *saeva manent* R Parrhasius. *exclusaque* C Vossius. ante vel post hunc versum Meyncke statuit lacunam. 399 *imbueratque* codd. Bon. I, *imbuere atque* Ah, *induere atque* H Parrhasius Zinzerlingus Heins. seqq. 401 *tutaque* Koestlin. 404 *quierant* codd. Ac, *quierint* Burm., *quierunt* Ald. Carr. seqq. 405 *si* codd. Ac, *sic* C Bon. II Ven. I II Pius Ald. Carr. seqq. 406 *littora* Bon. I. post *Thraces* signum interrogationis Burm. posuit. 408 *lacrimas* codd. Bon. I, *lacrymans* Bon. II seqq. 411 *praesit a* V, *presit a* M P Ott., *presicia* Ox, *pressit ac* m, *pinxit acu* TB Bon. I II Ven. I II Maser. Zinzerlingus, *pressit acu* C T_1 Iunt. I seqq. haec verba quin corrupta sint Meyncke Eyssenhardt Samuelsson non dubitant. *parentum* Cok Iunt. I II. 412 *viridis* codd. Ath, *viridi* vel *viridis* Burm., *viridi* Barthius Heins. Wagner Huguet Thilo seqq. *tela* vel *telae* Burm., *late* Meyncke Baehr. Eyssenhardt Gebbing. 413 *mediisque fugit* Ph. Wagner. *undis* H Harles Baehr. 414 *ars* vel *parte et* Heins., *ars et* Koestlin, *contra et* Baehr., *pars haec* Postgate Bury. *saltus* Eyssenhardt Thilo. *tractus* Baehr. 415 *aetheris* Koch. *laetis* Heins., *alti* Koch, *latus* Eyssenhardt. 419 *in* Friesemann Damstè. 420 *sit* T Bon. I Parrhasius Iunt. I II Pius Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Burm. Friesemann Wagner Lemaire Caussin Huguet, *sis* T_1, *sic* Bon. II Ven. I II Harles, *sint* Heins. Damstè. *comites Aetnae* Damstè. 422 *i memori* V m_2, *immemori* S m, *immemor et* B Bon. I Ven. I II, *i memor et* T Bon. II Sabellicus. *immemores* Bu, *i memor i* T_1 edd. 423 *referant* Sabellicus. 424 *rellera ad* Ph. Wagner. 430 *fugientem* Burm. 431 *hinc* vel *fit* Burm. *tennit* Bon. I, *tenus it* Sabellicus Pius Eng. Colin. Gryph., *tenui* Heins., *transit* Columbus. *Lemno* Heins. *transitaque* codd. Iunt. I II, *transibatque* C, *trassitaque* Bu, *transiri* vel *transire* Heins., *crescitque* Hosius, *superatque* Langen, *transitque* T edd. 437 *ad* VMP Ott. m Bon. I II Ven. I II, *et* Ox, *ac* Iunt. II Pius Maser. Eng. Colin. Gryph., *at* T [*t* in ras.] Iunt. I Ald. seqq. 439 *vates amothraca dicam* V, *vates amothraca dicem* V_2, *vate samothraca chem* m, *vates amothra radicem* Ott., *vates aniothra cadicem* P, *vates amota cadicem* Ox, *vates amothra cadicem* M Ox_2, *vates Samothracia divum* T Ah, *vatem Samothracia ditem* RBT_1 codex Alex. Farnesii Pius Parrhasius Ald., *mater Samothraca diemque* Gron., *valeas, Samothraca diemque* Iacobs, *vates Samothraca deumque* Salmasius, *rates sacra thracia divum* Weichert olim, *vatem Samothraca reducens* Withofius, *rati Samothraca diemque* Schrader Wagner Caussin Lemaire Huguet Madvig Baehr. Gebbing Langen Bury,

missa mane, sacrisque metus servemus opertis.
illi sole novo laeti plenique deorum
considunt transtris. iam quas praeviderat urbes
navita condebat, proraeque accesserat Imbros,
et sol aetherias medius conscenderat arces.
Thessala Dardaniis tunc primum puppis harenis
adpulit et fatis Sigeo litore sedit.
desiliunt: pars hinc levibus candentia velis
castra levat; tracto pars frangit adorea saxo
farra; citum strictis alius de cautibus ignem
ostendit foliis et sulphure pascit amico.
  Alcides Telamonque comes dum litora blando
anfractu sinuosa legunt, vox accidit aures
flebile succedens, cum fracta remurmurat unda.
attoniti pressere gradum vacuumque secuntur
vocis iter; iam certa sonat, desertaque durae
virgo neci quem non hominum superumque vocabat?
acrius hoc instare viri succurrere certi.
qualiter, implevit gemitu cum taurus acerbo
avia frangentem morsu super alta leonem
terga ferens, coit e sparso concita mapali
agrestum manus et caeco clamore coloni.
constitit Alcides, visuque enisus in alta
rupe truces manicas defectaque virginis ora
cernit et ad primos turgentia lumina fluctus.
exanimum veluti multa tamen arte coactum
maeret ebur, Pariusve notas et nomina sumit
cum lapis aut liquidi referunt miranda colores.
ductor ait: «quod, virgo, tibi nomenque genusque,
quae mors ista, doce. tendunt cur vincula palmas?»
illa tremens tristique oculos deiecta pudore
«nos ego digna malis» inquit; «suprema parentum
dona vides, ostro scopulos auroque frequentes
non Ili felix quondam genus, invida donec
Laomedonteos fugeret Fortuna penates.
principio morbi caeloque exacta sereno
temperies; arsere rogis certantibus agri.
tum subitus fragor et fluctus Idaea moventes
cum stabulis nemora. ecce repens consurgere ponto
belua, monstrum ingens; hanc tu nec montibus ullis
nec nostro metire mari. primaeva furenti
huic manus amplexus inter planctusque parentum
deditur. hoc sortes, hoc corniger imperat Hammon,
virgineam damnare animam sortitaque Lethen
corpora; crudelis scopulis me destinat urna.
verum o iam redeunt Phrygibus si numina tuque
ille ades auguriis promisse et sorte deorum,
iam cui candentes votivo in gramine pascit
cornipedes genitor, nostrae stata dona salutis,
adnue meque, precor, defectaque Pergama monstris
eripe, namque potes. neque enim tam lata videbam
pectora, Neptunus muros cum iungeret astris,
nec tales umeros pharetramque gerebat Apollo.»
auxerat haec locus et facies maestissima capti
litoris et tumuli caelumque. quod incubat urbi,
quale laborantis Nemees iter aut Erymanthi
vidit et infectae miseratus flumina Lernae.
  Dat procul interea signum Neptunus et una
monstriferi mugire sinus Sigeaque pestis
adglomerare fretum, cuius stellantia glauca
lumina nube tremunt, atque ordine curva trisulco
fulmineus quatit ora fragor, pelagoque remenso
cauda redit, passosque sinus rapit ardua cervix.
illam incumbentem per mille volumina pontus
prosequitur lateri adsultans, trepidisque ruentem
litoribus sua cogit hiemps. non fluctibus aequis
nubiferi venit unda Noti, non Africus alto
tantus ovat patriisque manus cum plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
ecce ducem placitae furiis crudescere pugnae

vatem Samothraca Thyotem Weichert, *vatis Samothraca diemque* Koestlin, *vates samothraca diemque* C Gifanius Vossius Heins. seqq. post *hactenus* Burm. ac Koestlin interpunxerunt. post hunc versum in codice Alexandri Farnesii, in Regio, in margine T hic versuum contextus reperitur, quem Pius Parrhasius Ald. Weichert receperunt: *sola habuit, vetuitque suis arcana colonis Scire, nec in numero caelestia promere dicta Iasius voluit pater. At vos numine dextro* [*suos—colonos* Pius Ald. Weichert]. **440** *musa mane* m_2 Withofius, *missa manent* codex Farnesii R T_1 Parrhasius Pius Ald., *mysta vale* Salmasius, *missa almam* Iacobs, *missa mone* Burm. Weichert olim, *missa vale* Schrader Wagner Caussin Lemaire Huguet Baehr. Gebbing Langen Bury, *missa monent* Weichert, *missa fave* Peerlkamp. post *missa* Gifanius Carr. Alardus Heins. Delam. alii interpunxerunt. **442** *providerat* codd. Bon. I Iunt. I II, *praeviderat* T_1 m Bon. II seqq. **445** *tum* T_1 Maser. **446** *atque ratis* Friesemann. **447** *hic* Ac praeter Bon. I II Ven. I II. **448** *locat* Heins. Baehr. Langen. *tacto* R, *trito* Heins. Baehr. Langen, *truso* Zingerle. **449** *tritis alius de cotibus* Heins. **450** *extundit* Heins., *sustentat* Herelius Harles, *obtendit* Madvig Baehr. Langen Bury, *excudit* Fr. Reuss. *foliisque* Heins. Schenkl. **451** *pando* Heins. **452** *attigit* T Ac Bulaeus Alardus Baehr. *attigit aures* vel *excidit auris* Lachmann. **453** *flebili succedens* codd., *flebilis accedens* Parrhasius, *flebilis ac cedens* Thilo olim, *flebilis ut scopulis* Baehr., *flebilis ut cedens* Koestlin, *flebile succedens* T m_2 edd. *qua* Sabellicus Maser. Burm. Wagner, *cen* Schottus Heins. Patav. Harles Bip. Delam. Lemaire Caussin Huguet Ph. Wagner Schenkl Jeep. **454** *vacuique* Harles, *vocemque* Peerlkamp, *dubiumque* Baehr., *vescumque* Palmer. **455** *vox iterum* Peerlkamp. *decretaque dirae* Friesemann, *desertaque dirae* Bulaeus Burm. **458** *quales* Peerlkamp. *mugitu* Friesemann. **462** *miseraeque* Peerlkamp. *enixus* T B Cok Maser., *emissus* Bu, *enissus* Bon. I II Ven. II Iunt. I II, *evissus* Ven. I, *remensus* vel *elatus* Heins. **464** *adsiduos* Peerlkamp, *adsiduo* Koch Schenkl Langen. *surgentia* codd. edd., *umentia* Baehr., *turgentia* R H T_1 Parrhasius Hth Koch Schenkl Langen Bury. *flumina* codd. Pius Carr., *flamina* P Ott. Ox Bon. I, *flammina* T, *flammea* Bon. II Ven. I II, *stamea* Sabellicus, *lumina* vel *flammea* Maser., *lumina* T_1 Parrhasius Iunt. I II Ald. seqq. *flectus* V, *fletus* S R Pius Heins. Peerlkamp Koestlin Bury, *fletu* Koch Schenkl Langen, *fluctus* CTm edd. **465** *tandem* Baehr. versus **465-67** vituperat Peerlkamp. **466** *surgit* T Bon. I, *sumpsit* Baehr. **467** *cen* Schottus Schenkl Jeep. *aliquidi* Vm, *aliquid* S Bu m_2, *aliqui* B T Bon. I Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *liquidi* C Bon. II seqq. **469** *sors* Heins. Patav. Schenkl Baehr. Langen. **472** *frementes* Harles, *rigentes* Heins., *recentes* Baehr. **473** *illi* Iunt. I II. *veteris* codd. Ath, *veteres* T, *felix* vel *florens* Meyncke, *felix* Slothouwer Peerlkamp Thilo seqq. **474** *fregit* Sabellicus. **475** *coelo est* Ald. **477** *cum* codd. edd., *tum* Ph. Wagner Schenkl Baehr. Bury. *idae* codd. Iunt. I II Balbus, *inde* B T Bu, *deinde* Bon. I, *venere* Bon. II Ven I II Maser., *idaea* C m_2 Pius seqq. **479** *molibus* Baehr. **481** *nurus* Pius. **482** *huic—huic* vel *hic—hic* Heins. **483** *subituraque* Heins. *letum* Fr. Reuss. **484** *destinet* Bon. II Ven. I II. **488** *stator alme* Francius, *saluti* Heins. **489** *desertaque* H Harles, *despectaque* Bon. II Ven. I II. **493** *hauserat* Cok Sabellicus. *vasti* [Baehr.] vel *cassi* vel *aperti* Heins., *coepti* Bu, *rupti* Loehbach. **494** *imminet* T B Bon. I II Ven. I II. *orbi* T Bon. I. **498** *sigaeaeque* codd. Ah, *sigicaque* Bon. I, *sigyaeaque* Pius Eng. Colin. Gryph., *sigeaque* Heins. seqq. *pistris* Gron. **501** *pelagoque reverso* Bu, *pelagusque remensum* Ph. Wagner. **502** *ferit* Ph. Wagner. *passusque sinu* codd. Ac, *primosque sinus* Ph Wagner, *passosque sinus* C Carr. seqq. **505** *cingit* Heins. *flatibus* Lennep. **507** *patriisve* Schenkl. *minax* Bulaeus.

surgentemque toris stupet inmanemque paratu
Aeacides pulsentque graves ut terga pharetrae.
ille patrem pelagique deos suaque arma precatus
insiluit scopulo, motumque e sedibus aequor
horruit et celsi spatiosa volumina monstri.
qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri
tollitur et volucres Riphaea per ardua nubes
praecipitat; piceo necdum tenet omnia caelo.
illa simul molem horrificam scopulosaque terga
promovet ingentique umbra subit, intremere Ide
inlidique rates pronaeque resurgere turres.
occupat Alcides arcum totaque pharetrae
nube premit. non illa magis quam sede movetur
magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.
iam brevis et telo volucri non utilis aer.
tum vero fremitus vanique insania coepti
et tacitus pudor et rursus pallescere virgo.
proicit arma manu, scopulos vicinaque saxa
respicit, et quantum ventis adiuta vetustas
inpulerit pontive fragor, tantum abscidit imi
concutiens a sede maris. iamque agmine toto
pistris adest miseraeque inhiat iam proxima praedae.
stat mediis elatus aquis recipitque ruentem
Alcides saxoque prior surgentia colla
obruit; hinc vastos nodosi roboris ictus
congeminat. fluctus defertur belua in imos
iam totis resoluta vadis; Idaeaque mater
et chorus et summis ulularunt collibus Amnes.
protinus e scopulis et opaca valle resurgunt
pastores magnisque petunt clamoribus urbem.
nuntius hinc socios Telamon vocat, ac simul ipsi
horrescunt subitoque vident in sanguine puppem.
nec minus in scopulos crudique cacumina saxi
emicat Alcides vinclisque tenentibus aufert
virgineas de rupe manus aptatque superbis
arma umeris; regem inde petens superabat ovante
litora tuta gradu. qualis per pascua victor
ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis
taurus, ubi adsueti pecoris stabula alta revisit
et patrium nemus et bello quos ultus amores.
Obvia cui contra longis emissa tenebris
turba Phrygum parvumque trahens cum coniuge natum
Laomedon; iam maestus equos, iam debita posci
dona gemit. pars aerii fastigia muri
cingit et ignotis iuvenem mirantur in armis.
illum torva tuens atque acri lubricus astu
rex subit et patrio fatur male laetus amore:
« maxime Graiugenum, quem non Sigea petentem
litora nec nostrae miserantem funera Troiae
adpulit his fors ipsa locis, si vera parentem
fama Iovem summique tibi genus esse Tonantis,
noster ades iunctisque venis; sator unus et idem
stirpis honos, quamquam longis disiungimur oris.
quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrum
serus ades! quam parva tuis iam gloria factis!
verum age nunc socios fraternis moenibus infer,
. . . .
crastina lux biiuges stabulis ostendat apertis. »
dixerat haec; tacitusque dolos dirumque volutat
corde nefas, clausum ut thalamis somnoque gravatum
immolet ereptaque luat responsa pharetra:
namque bis Herculeis deberi Pergama telis
audierat. Priami sed quis iam vertere regnis
fata queat? manet immotis nox Dorica lustris
et genus Aeneadum et Troiae melioris honores.
« nos » ait « ad Scythici » Tirynthius « ostia ponti
raptat iter; mox huc vestras revehemur ad oras.
donaque dicta feram. » tum vero plura vocatis
adnuit ille deis. promissa infida tyranni
iam Phryges et miserae flebant discrimina Troiae.
Panditur hinc totis in noctem carbasus alis,
litoraque et veteris tumulos praelabitur Ili
Dardaniumque patrem; vigili simul omnia ludo
festa vident; hinc unda sacris hinc ignibus Ide

513 *scopulos* Heins. Burm. **515** *egelidi* Accursius. *Haemi* Burm. **517** *picei—coeli* Heins. *nox dum* Eyssenhardt, *nox tum* Thilo Schenkl Baehr. Langen. *premit* Burm. **518** *ille* C Carr. Alardus Heins. Patav. Burm. Koestlin. *scruposaque* Heins. Wagner Huguet, *squamosaque* vel *sinuosaque* Friesemann. **519** *unda* Baehr. Koestlin. *idem* codd. Bon. I, *idae* Iunt I II Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Iacobs, *ida* T, Caussin Lemaire Huguet, *undae* Beck Wagner Weichert, *inde* Baehr., *inde* vel *unde* Baehr. olim, *iden* Loehbach Langen Bury, *ide* R T Bon. II seqq. **520** *inmergique [rates]* Baehr. olim. *ratis* Bon. II seqq. usque ad Carr. Heins. Patav. Harles seqq. usque ad Thil. Ph. Wagner Koestlin olim, Ellis, *arces* nonnulli apud Pium, Iacobs, *trabes* Gron. Delam. Caussin Thilo, *vadis* Beck Wagner Weichert Baehr. Schenkl [Wochenschr. f. class. Phil. 1898] Fr. Reuss, *putes* Loehbach Langen Bury. *proraque resurgere* Schenkl, *pronae atque resurgere* Baehr., *proraeque resurgere* Damstè, *Troiaeque resurgere* Koestlin, *proramque infligere* Ph. Wagner, *pronaeque recumbere* Fr. Reuss, *pronasque resurgere* Loehbach Langen. *rupes* Burm., *puppes* Lennep Friesemann Baehr., *tunsa* Schenkl, *turris* Loehbach Bury, *terrae* Weichert Ph. Wagner., *rursus* Baehr. olim. **521** *arcu* Koestlin. **522** *moventi* codd. Bon. I, *moveri* Bon. II Ven. I II Maser. Vossius Hth Langen Bury. *movetur* TB Iunt. I II Pius seqq. **523** *Athos* Hortensius. *differre* Columbus Heins. **524** *nam* Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1878]. **525** *infamia* Heins. **526** *et pallescens urere virgo* Baehr. **528** *perspicit* vel *arripit* Heins. *adiuncta* Burm. **529** *inpulerat* Thilo Braun Schenkl Baehr. Grueneberg Langen. **530** *tota* vel *torto* Heins. **534** *validos* Baehr. **535** *fluctus defertur* VS, *fluctus praeceps defertur* T B Ac Delam., *fluctus pistris defertur* Parrhasius, *pistris fluctus defertur* H Bury, *fluctus defertur belua* C Carr. seqq. **536** *notis* Samuelsson. *revoluta* Loehbach. **537** *ululaverunt Corybantes* Friesemann, *ululavit collibus Ammon* Damstè. **543** *terentibus* Heins. **545** *ovant* V, *ovantem* S T Bu Cok m, *ovanti* Pius Eng. Colin. Gryph., *ovante* Bon. I seqq. **547** *cum* C Ch. *artus* C Ch Patav., *armos* Heins. **550** *emersa* Heins. Burm. Baehr. Gebbing. **555** *turba tuens* Parrhasius. **561** *iunctusque* Maser. Ald. Cth, excepto Delam. *veni* Bon. II Ven. I II Vossius Hth, excepto Delam. **563** *matrum* Heins. Wagner. **564** *quam parta* Heins., *quae parta* Burm. v. **566** deest in VS, in m T hic versus legitur: *ut tibi servata statui quam [que* T, *quae* m_2*] munera probe [prole* T m_1*]*, quem C quoque habuisse videtur et omnes ante Thilonem editores praeter Lemairium receperunt. duo vel tres versus intercidisse Thiloni videntur. **567** *ostendet* Lemaire Schenkl Baehr. Bury. **568** *tacitosque* Heins. Baehr. **570** *et rapta* Baehr. Langen Bury. *levat* T Bon. I, *levet* Bon. II Ven. I II Maser. Heins. Hermann, *ludat* Baehr. Bury, *eludat* Langen. **572** *nam* Heins. *avertere* Gron. Heins. Baehr. Langen. *regni* P Iunt. I II Maser. Ald. seqq. ante Carr. Burm. seqq. usque ad Thilonem. **573** *turica* codd., *durica* m Bon. II Ven. II Pius Salmasius, *durica* vel *duria* Politianus, *duria* Parrhasius Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph., *duricia* Ven. I, *dulia* Maussacus Alardus, *dorica* B T m_2 Bon. I seqq. *fatis* Parrhasius Politianus, *iussis* Burm. **577** *tunc ultro* Baehr. *in verba* vel *ture* vel *et plura* Heins. **578** *annuet* C Ch. *dies* codd. Ch, *deis* T edd. **580** *tortis* nonnulli apud Pium. **581** *veteres* codd. Ah, *veteris* Maser. Heins. seqq. *tumulus* Baehr. *hylli* B Bon. II Ven. I II. **582** *Dardaniique* Schenkl, *Dardaniusque* Baehr. *ratis* Peerlkamp, *patris* Schenkl Bury, *pater* Baehr. *solemnia* Heins. **583** *unda* Parrhasius. *idae* Bon. I Iunt. I seqq. usque ad Carr., *ida* T Bulaeus Alardus.

vibrat et horrisonae respondent Gargara buxo.
inde ubi iam medii tenuere silentia ponti
stridentesque iuvant aurae, Phrixea subibant
aequora et angustas quondam sine nomine fauces.
ecce autem prima volucrem sub luce dehiscens
terruit unda ratem, vittataque constitit Helle,
iam Panopes Tethidisque soror, iamque aurea laeva
sceptra tenens. tum sternit aquas proceresque ducemque
aspicit et placidis conpellat Iasona dictis.
« te quoque ab Haemoniis ignota per aequora terris
regna infesta domus fatisque simillima nostris
fata ferunt; iterum Aeolios Fortuna nepotes
spargit et infelix Scythicum gens quaeritis amnem.
vasta super tellus, longum [ne defice coeptis]
aequor, et ipse procul, verum dabit ostia Phasis.
hic nemus arcanum geminaeque virentibus arae
stant tumulis; hic prima pia sollemnia Phrixo
ferte manu cinerique, precor, mea reddite dicta:
non ego per Stygiae quod rere silentia ripae,
frater, agor; frustra vacui scrutaris Averni,
care, vias. neque enim scopulis me et fluctibus actam
frangit hiemps; celeri extemplo subiere ruentem
Cymothoe Glaucusque manu; pater ipse profundi
has etiam sedes, haec numine tradidit aequo
regna nec Inois noster sinus invidet undis ».
dixerat, et maestos tranquilla sub aequora vultus
cum gemitu tulit, ut patrii rediere dolores.
tum pelago vina invergens dux talibus infit:
« undarum decus et gentis, Cretheia virgo,
pande viam cursuque tuos age, diva, secundo ».
Inmittitque ratem mediasque intervolat urbes
qua brevibus furit aestus aquis Asiamque prementem
effugit abruptis Europa inmanior oris.
has etiam terras consertaque gentibus arva
sic, pelago pulsante, reor, Neptunia quondam
cuspis et adversi longus labor abscidit aevi,
ut Siculum Libycumque latus, stupuitque fragore
Ianus et occiduis regnator montibus Atlans.
iam iuga Percotes Pariumque infame fragosis
exuperant Pityamque vadis, transmissaque puppi
Lampsacus, Ogygii quam nec trieterica Bacchi
sacra neque arcanis Phrygius furor invehit antris,
sed suus in Venerem raptat deus. illius aras
urbe super celsique vident velamina templi.
rarior hinc tellus atque ingens undique caelum
rursus et incipiens alium prospectus in orbem.
terra sinu medio Pontum iacet inter et Hellen
ceu fundo prolata maris; namque inproba caecis
intulit arva vadis longoque per aequora dorso
litus agit: tenet hinc veterem confinibus oris
pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.
nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
urbs placidis demissa iugis; rex divitis agri
Cyzicus. Haemoniae qui tum nova signa carinae
ut videt, ipse ultro primas procurrit ad undas
miraturque viros dextramque amplexus et haerens
incipit « o terris nunc primum cognita nostris
Aemathiae manus et fama mihi maior imago.
non tamen haec adeo semota neque ardua tellus
longaque tam populisque inpervia lucis eoae,
cum tales intrasse duces, tot robora cerno.
nam licet hinc saevas tellus alat horrida gentes
meque fremens tumido circumfluat ore Propontis,
vestra fides ritusque pares et mitia cultu
his etiam mihi corda locis; procul effera virtus
Bebrycis et Scythici procul inclementia sacri ».
sic memorat laetosque rapit, simul hospita pandi
tecta iubet templisque sacros largitur honores.
stant gemmis auroque tori mensaeque paratu
regifico centumque pares primaeva ministri
corpora: pars epulas manibus, pars aurea gestant
pocula bellorum casus expressa recentum.
atque ea prima duci porgens carchesia Graio
Cyzicus « hic portus » inquit « mihi territat hostis,
has acies sub nocte refert, haec versa Pelasgum
terga vides, meus hic ratibus qui pascitur ignis ».
subicit Aesonides « utinam nunc ira Pelasgos
adferat et solitis temptet concurrere furtis
cunctaque se ratibus fundat manus: arma videbis
hospita nec post hanc ultra tibi proelia noctem ».
sic ait hasque inter variis nox plurima dictis
rapta vices nec non simili lux postera tractu.

584 *horrisone* Bu. *horrisono* T m_2 Bon. I II Ven. I II. **587** *numine* C Gryph. Carr. **591** *dum* codd. Ac, *tum* Carr. seqq. **593** *tu* Parrhasius. **594** *regni* Koestlin, *regum* Summers Bury. *domas* Parrhasius. *domant* T_1, *domos* Ox. *domo* Heins., *domu* Baehr. *fastisque* codd. Bon. I Iunt. I II, *factisque* Bon. II Ven. I II, *fatisque* m_2 Parrhasius Pius Maser. seqq. **595** *penates* C Oth praeter Delam., Thilo Schenkl Baehr. **600** *hic prima pio solemnia* Ac, *celeres hic prima piacula* C Cth praeter Burm. ac Delam., *celebres* vel *celebris hic prima piacula* Heins. **601** *manus* Heins. *procul* Bon. I II Ven. I II. **604** *neque e* T Bon. I. *neque me e* Bon. II Ven. I II. *scopulis et* Bon. II Ven. I II. **605** *fregit* Francius Lennep Wagner Huguet. **612** *Nepheleia* Burm. **619** *annosi* Bentley. *aestus* Damstè. **620** *fragorem* C Cth. **621** *Indus* I. et G. Vossius. *Canus* Francius Hth praeter Delam. Caussin. et Lemairium, *Haemus* Bentley Ellis Bury, *Taurus* Withofius Wagner Baehr. *in* Francius, *at* Bury. **622** *percotis* codd. Bon. I Iunt. I II, *percopes* Wagner Huguet, *percotes* Bon. II seqq. *parvamque* T Bon. I. **623** *phiamque* T Bon. I Iunt. I II. **627** *rupe* Heins. *molimina* vel *fundamina* Heins., *fastigia* Burm., *gestamina* Baehr., *caelamina* Kurtz Koestlin Fr. Reuss Bury. *velamina* Schenkelio corruptum visum est. **632** . . . V, *sub* T m Ath, *per* S Thilo seqq. **639** *dextraque* C Ch Patav., *dextraeque* Heins. *implexus* Heins. **641** post *imago* signum minoris distinctionis posuit Koestlin. **642** *atque ardua* MP T_1, marg. Bon. I, *nec ardua* Ox Ott., *neque abdita* Baehr. Koestlin Langen. **643** *longaque iam* codd. edd., *longaque nec* Ald., *longe abit* vel *non ea tam* vel *non ista tam* Heins., *nec loca iam* Burm. Caussin Huguet Schenkl, *regnaque iam* Thilo Langen, *nec loca iam* vel *tam* Baehr., *longaque tam* Madvig Ellis. *populis* codd. edd., *populisque* ego. *inter via* Madvig Koestlin, *en pervia* Loehbach, *in iter via* Ellis, *impar via* Damstè. post *longaque* Ph. Wagner colon posuit. **645** *hic* Ald. **647** *et pacis mitia* Burm. **650** *laetasque* Heins. **651** *templis* Ald. **660** *aura* Baehr. **661** *efferat* C Ch Patav. Oudendorp, *efferet* Hth praeter Delam. *temptent* T m_2 Ath. **665** *acta* Francius.

LIBER TERTIVS

Tertia iam gelidas Tithonia solverat umbras
exueratque polum; Tiphyn placida alta vocabant.
it tectis Argoa manus, simul urbe profusi
Aenidae caris socium digressibus haerent.
dant Cererem lectumque pecus nec palmite Bacchum
Bithyno Phrygiove satum, sed quem sua noto
colle per angustae Lesbos freta suggerit Helles.
ipse agit Aesonidas iunctos ad litora gressus
Cyzicus abscessu lacrimans oneratque superbis
muneribus, primas coniunx Percosia vestes
quas dabat et picto Clite variaverat auro.
tum galeam et patriae telum insuperabile dextrae
addidit: ipse ducis pateras et Thessala contra
frena capit manibusque datis iunxere penates.
Tu mihi nunc causas infandaque proelia, Clio,
pande virum; tibi enim superum data, virgo, facultas
nosse animos rerumque vias. cur talia passus
arma, quid hospitiis iunctas concurrere dextras
Iuppiter? unde tubae nocturnaque movit Erinys?
Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis
dum volucri quatit asper equo silvasque fatigat
Cyzicus, ingenti praedae deceptus amore
adsuetum Phrygias dominam vectare per urbes
oppressit iaculo redeuntem ad frena leonem.
et nunc ille iubas captivaque postibus ora
inposuit, spolium infelix divaeque pudendum.
quae postquam Haemoniam tantae non inmemor irae
aerisono de monte ratem praefixaque regum
scuta videt, nova monstra viro, nova funera volvit.
ut socias in nocte manus utque inpia bella
conserat et saevis erroribus inplicet urbem.
nox erat et leni canebant aequora sulco,
et iam prona leves spargebant sidera somnos.
aura vehit; religant tonsas, veloque Procnesson,
et te iam medio flaventem, Rhundace, ponto
spumosumque legunt fracta Scylaceon ab unda.
ipse diem longe solisque cubilia Tiphys
consulit, ipse ratem vento stellisque ministrat.
atque illum non ante sopor luctamine tanto
lenit agens divum imperiis; cadit inscia clavo
dextera demittitque oculos, solataque puppis
turbine flectit iter portuque refertur amico.
Ut notis adlapsa vadis, dant aethere longo
signa tubae vox et mediis emissa tenebris
« hostis habet portus, soliti rediere Pelasgi. »
rupta quies; deus ancipitem lymphaverat urbem,
Mygdoniae Pan iussa ferens saevissima Matris,
Pan nemorum bellique potens, quem lucis ad horas
antra tenent; patet ad medias per devia noctes.
saetigerum latus et torvae coma sibila frontis.
vox omnes super una tubas, qua conus et enses,
qua trepidis auriga rotis nocturnaque muris
claustra cadunt; talesque metus non Martia cassis
Eumenidumque comae, non tristis ab aethere Gorgo
sparserit aut tantis aciem raptaverit umbris.
ludus et ille deo pavidum praesepibus aufert
cum pecus et profugi sternunt dumeta iuvenci.
Ilicet ad regem clamor ruit. exilit altis
somnia dira toris simulacraque pallida linquens
Cyzicus. ecce super foribus Bellona reclusis
nuda latus passuque movens orichalca sonoro
adstitit et triplici pulsans fastigia crista

Lib. III. 1 *Tritonia* Eng. Colin. Gryph. *undas* codd. Ac, *umbras* C H Parrhasius Carr. seqq. *gelidis-umbris* vel *gelida-umbra* vel v. 2 *polo* Heins. 2 *placita* Heins. 3 *at* Bon. I. 4 *Caeneadae* VMPB, *Caeneade* Bon. I, *eneadet* Ox, *Caenaedae* m, *Aeneade* Cok, *Aeneadae* Bon. II et seqq. usque ad Heins., *Aenidae* Ald. Balbus Schottus Vossius Heins. seqq. 5 *da* Eng. Colin. Gryph., *dat* C Iunt. I et seqq. usque ad Thilonem praeter Delam. *letumque* T Bon. I, *laetumque* Ac. 6 *cava* Thilo. 9 *coniunx persocia vestes* codd., *Percosia vestes* T B Ac, *cui tradit amicis* Carr. Alardus, *cui tradit amici* Carr. II, *concordis amici* Thilo, *oneratque superbis* Ald. Zinserlingus seqq. v. 10 post v. 25 in codd. atque Ac, suo loco in Ald. Carr. seqq. legitur. *prima* VS Bon. I, *primas* C T m Bon. II seqq. post *muneribus* colon posuerunt Koestlin ac Bury. librarii neglegentia, duos versus in unum hic conglobatos esse Schenkl putavit. 11 *dederat picto et* [Schenkl Baehr.] vel *nerat picto et* Thilo, *picturato* Bury. *chlamidem* T Bon. I, *chalmidem* Ven. I, *chlamydem* Bon. II Ven. II Iunt. I II Maser., *dite* P m, *ditem* C, *dites* m_2. post *auro* Koestlin ac Bury signum minoris distinctionis posuerunt. 13 *addit: at* Schenkl. *phaleras* Heins. Baehr. Bury. 14 *nepotes* codd. Ah, *penates* Gron. Heins. seqq. 17 *vices* Peerlkamp. 19 *morit* Gron. Heins. 20 *comitum* Ald. *catervis* Palmer Bury. 25 *tunc* B Ald. Baehr. Langen Bury. 31 *terroribus impleat* Friesemann. 33 *prima* Baehr. hunc versum post v. 38 Koestlin transposuit. 34 *religat* codd Bon. I, *religant* T Bon. II seqq. *velo* C Carr. Mueller. *Pronesson* Bon. I, *Proneson* Ah, *Proconesson* C Carr. Mueller, *Procneson* vel *Pronecton* Pius, *Procnesson* vel *Pronecton* Gron., *Procneson* Thilo Schenkl Langen. 35 *ecce iam* codd., *et Caeam* C, *teque etiam* Hth, *et te etiam* Gron., *et iam te* Thilo, *et te iam* B T m_2 Ah Schenkl seqq. *rundice* P, *tundace* Bon. I, *rhyndace* Bon. II Ven. I II. Maser. Bury, *r(h)indace* m_2 Ac. 36 *Scylac(a)eon ab unda* Bu T_1 Ah, *Scylaceon ad unda* T, *Scyllacon ab* Cok, *Scyllaceon unda* C Carr. Alardus, *Scylaceion unda* Hth Schenkl. 39 *atque illi non ante* Burm., *adque illum ut non ante* Hermann, *ast illum frangente* vel *superante* E. Reuss, *at qui illum non ante* vel *quique illum* vel *atque hunc qui non ante* Ph. Wagner, *at qui illum non ante* Schenkl Baehr. Gebbing Langen Bury. *tum numine blando* Ph. Wagner. 40 *venit agens* Burm., *lenis adit* Ph. Wagner E. Reuss .*cadere* Heins. *insita* nonnulli apud Pium. post *agens*, sublata post *imperiis* distinctione. Ah Burm. Peerlkamp alii interpunxerunt. 41 *dimittitque* codd. Bon. I, *demittione* Heins., *demittitque* M T Bon. II seqq. *solutaque* P, *resolutaque* B T Ah, *revolutaque* Heins. 43 *noctis* Bon. I. *longe* Politianus, *longa* Ald., *longae* Heins. 48 *ad oris* codd., *ad oras* T Bu Cok m_2 Bon. I, *ad ortus* C, *ab oris* Pii cod. Politianus Koestlin, *ab horis* Patav. Langen Leo De La Ville de Mirmont Samuelsson, *ab horis* vel *ad horas* vel *ab ortu* Heins., *ad ortum* antiqua Parisiensis Carr. Alardus, *ad horas* Bon. II seqq. 49 *latet* Lennep olim, Baehr., *volat* Koch, *paret* Langen. *media—nocte* Langen. post *noctes* Langen Leo Samuelsson interpunctionem sustulerunt. 50 *pinea* Heins. 53 *classis* Parrhasius. 54 *aegide* Heins. Burm. Schenkl Baehr. *Gorgon* C T_1 Cth. 55 *tacitis* Heins. Baehr. Bury. *undis* Langen. 56 *illa* Baehr., Koestlin. 61 *flatuque* Ald., *pulsuque* Vossius Peerlkamp Schenkl.

inde ciere virum. sequitur per moenia demens
ille deam et fatis extrema in proelia tendit;
qualis in Alciden et Thesea Rhoetus iniqui
nube meri geminam Pholoen maioraque cernens
astra ruit, qualisve redit venatibus actis
lustra pater Triviamque canens umeroque Learchum
advehit, at miserae declinant lumina Thebae.
iamque adeo nec porta ducem nec pone moratur
excubias sortita manus, quae prima furenti
advolat; hinc alii subeunt, ut proxima quaeque
intremuit domus et motus accepit inanes.

At Minyas anceps fixit pavor; aegra virorum
corda labant, nec quae regio aut discrimina cernunt,
cur galeae clipeique micent, num pervigil armis
. . . .
donec et hasta volans inmani turbine transtris
insonuit monuitque ratem rapere obvia caeca
arma manu. princeps galeam constringit Iason
vociferans « primam hanc nati, pater, accipe pugnam
vosque, viri, optatos huc adfore credite Colchos. »
Bistonas in medios ceu Martius exilit astris
currus, ubi ingentes animae clamorque tubaeque
sanguineae iuvere deum, non segnius ille
occupat arva furens; sequitur vis omnis Achivum.
adglomerant latera, et densis thoracibus horrens
stat manus, aegisono quam nec fera pectore virgo
dispulerit nec dextra Iovis Terrorque Pavorque,
Martis equi. sic contextis umbonibus urguent,
caeruleo veluti cum Iuppiter agmine nubem
constituit; certant zephyri frustraque rigentem
pulsat utrimque notus; pendent mortalia longo
corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat arvis.

Hinc manus infelix clamore inpellere magno
saxa facesque atras et tortae pondera fundae;
fert sonitus inmota phalanx irasque retentant,
congeries dum prima fluat. stellantia Mopsus
tegmina et ingentem Corythi notat Eurytus umbram.
restitit ille gradu seseque a lumine ferri
sustinuit praeceps, subitum ceu pastor ad amnem
spumantem nimbis fluctuque arbusta ruentem.
et Tydeus « en intentis quem viribus » inquit
« opperiar manibusque dari quem comminus optem;
quo steteris moriere loco ». subit ilia cuspis
Olenii; dedit ille sonum conpressaque mandens
aequora purpuream singultibus expulit hastam.
ac velut in medio rupes latet horrida ponto,
quam super ignari numquam rexere magistri
praecipites inpune rates, sic agmine caeco
incurrit strictis manus ensibus. occubat Iron
et Cotys et Pyrno melior genitore Bienor.

At magis interea diverso turbida motu
urbs agitur. Genyso coniunx amoverat arma;
ast illi subitus ventis vivoque reluxit
torre focus; telis gaudes, miserande, repertis.
linquit et undantes mensas infectaque pernox
sacra Medon; chlamys inbelli circumvenit ostro
torta manum strictoque vias praefulgurat ense.
talis in arma ruit, nec vina dapesque remota
statque loco torus, inque omen mansere ministri.
inde vagi nec tela modis nec casibus isdem
conseruere manu et longe iacuere perempti.
ecce gravem nodis pinguique bitumine quassans
lampada turbata Phlegyas decurrit ab urbe;
ille leves de more manus aciemque Pelasgum
per noctem remeasse ratus pulsumque requirens
saepe sibi vano Thamyrim clamore petebat
arduus et late fumanti nube coruscus;
quantus ubi inmenso prospexit ab aethere Typhon
igne simul ventisque rubens, quem Iuppiter alte
crine tenet; trepidant diro sub lumine puppes.
tollitur hinc totusque ruit Tirynthius arcu
pectore certa regens adversa spicula flamma
per piceos accensa globos, et pectus harundo
per medium contenta fugit; ruit ille comanti

63 *indi ciere* codd., *aere* [Francius] vel *voce ciere* Heins., *instigare* Thilo, *inlicet ire* Meyncke, *hinc ciet aere* Baehr., *indurare* Damsté, *visa ciere* Fr. Reuss, *incitat aere* Bury, *inde ciere* T edd. *virumst* Fr. Reuss. **65** *Rhoecus* Parrhasius Vossius. **66** *Phoeben* Vossius olim. **67** *antra* H Pomponius Laetus Parrhasius Ald. Vossius Heins. Burm. seqq. usque ad Langenum, Delam. excepto. **70** *ponte* Parrhasius Heins. **71** *patenti* C, *paventi* Heins. **76** *non pervigil armis* Bu, *cum pervigil armis* T, marg. Bon. I, *cur pervigil armet* nonnulli apud Pium, Ald., *nox pervigil armis* Madvig, *num urbs pervigil armis* Bury. margini C hic versus adscriptus fuit *hostis et exciti dent obvia proelia Colchi*, quem Carr. et seqq. usque ad Thil. receperunt. post v. **76** Thilo et seqq., praeter Madvigium, lacunam statuerunt. **79** *intonuit* Friesemann. *movitque* Ac praeter Pium. **82** *hic* Pius Ald. **83** *auris* Fr. Reuss. **85** *sanguineam* doctus quidam apud Harlesium, Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875] Bury. *secius* Heins. **86** *arma* Parrhasius. **87** *adglomerans* Burm. *haerens* nonnulli apud Pium, *horrent* Ch. **90** *confertis* Damstè. *urgent* C, marg. Bon. I Cth, Delam. excepto. **92** *constipat* vel *continuit* vel *continuat* Heins. **94** *ille* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Pius. **97** *retentat* B T Ac. **98** *ruat* Francius Heins. *stillancia* VS, *stillantia* MB Cok m Bon. I Iunt. I II, *silentia* Bu, *stellantia* m_2 Bon. II seqq. **100** *ad lumina* Heins. **101** *subitis* Heins. **103** *at* C Ch, *sed* Caussin. **104** *experiar* T Ac Burm. seqq. usque ad Thilonem. **105** *qui* Iunt. II Pius Eng. Colin. Gryph. post hunc versum Langen lacunam statuit. **106** *Ochenii* codd Ah, *Oclenii* Cok, *Olenii* C Alardus Heins. seqq. *mordens* Friesemann. **107** *purpuram* Bon. I II. *expuit auram* Ald. Zinzerlingus Alardus Bulaeus Burm. seqq. usque ad Thilonem, *extulit hastam* marg. Bon. I, [*purpuream*] *expuit undam* vel [*purpureum*] *expuit amnem* Heins. **111** *occupat* P B Bon. I. **113** *et* codd. Bon. I II Ven. I II, *at* Iunt. I seqq. **116** *gaudens* Bon. I. **117** *pernix* Bon. II Ven. I II. **118** *circundedit* P B Ac. **119** *viae praefulgurant* Fr. Reuss. **120** *remotae* C T_2 Bon. II Ven. I II Cth. **121** *stat vacuus torus* Harles. *in quo omen* codd. Pius Ald. Ch Patav. Burm. Bip. Delam., *in quo omnes* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Eng. Colin. Gryph., *inque domo* vel *idque omen* [*sensere*] Heins., *insomnes* Bentley Wagner Lemaire Huguet Thilo Schenkl Langen, *in foco* Harles., *in quo non* [*mansere*] vel *eque domo* [*evasere*] Weichert, *in vanum* Sandstroem, *inque omen* Caussin Baehr. Ellis Koestlin Bury. *magistri* Koestlin Bury olim, Ellis, *sinistrum* Postgate Bury. Delam. putat unum versum intercidisse totusque locus Harlesio suspectus fuit. **122** *inde iaci* vel *adigi* Heins., *inde vagae* Wagner. *bella* Bentley Burm. Thilo Schenkl Baehr. Langen. *modus* Heins. **123** *manus* T Cok m Ac, *manum* m_2 Heins. Patav. Harles Bip. Lemaire, *manus* vel *manu* Wagner. *longe et* Iunt. I seqq. usque ad Carr. **125** *arce* C Carr. seqq. usque ad Schenkelium. **128** *thamyrum* VT Ath, *thamirum* S, *thamirim* Cok, *thamyrim* vel *thamyram* Heins., *thamyrim* Thilo seqq. **130** *perrexit* Bulaeus. **132** *limine* V P m_2 Cok Bon. I Ven. I II, *limino* m, *lumine* T Bon. II seqq. **133** *huc notusque ruit* Heins., *hinc tentoque ruit* E. Reuss Baehr. Langen Bury, *hinc tantusque ruit* Koestlin, *intentoque ruit* Postgate, *hinc totusque petit* Postgate olim. *arcum* Heins. *hirto* vel *acri* Heins. olim. post hunc versum Postgate haec supplevit. *in latoque petit fulgentia baltea bullis*. **134** *pectora* Cok, *flectere* Heins. Harles, *dextra* Burm., *pollice* Ph. Wagner, *perdere* Sandstroem, *baltea* Postgate olim, *fundere* E. Reuss. *sciens* Harles, *gemens* Sanestroem. *adversae—flammae* Heins. Burm. Baehr. **135** *densata* Heins. **136** *comantem* Baehr.

ore facem supra maiorque apparuit ignis.
Ambrosium Peleus, ingentem Ancaeus Echeclum
sternit et elatae propius succedere dextrae
Telecoonta sinit delataque ora securi
disiecit cervice tenus. simul aspera victor
cingula sublustri vibrantia detrahit umbra.
« has, precor, exuvias et opima cadavera » Nestor
« linquite » ait: « ferro potius mihi dextera, ferro
navet opus; » prensumque manu detruncat Amastrum
diversasque simul socios invadere turmas
admonuit. pergunt rupta testudine fusi,
qua tenebrae campique ferunt. gravis invenit Ochum
Phlias et trepido Pollux inpingitur Hebro.
ipse super vultus taboque labantia terga
dux campi Martisque potens ut caeca profundo
curris hiemps, Zelyn et Broten Abarimque relinquit
semineces; Glaucum sequitur Glaucumque ruentem
occupat et iugulo vulnus molitur aperto.
ille manu contra telum tenet ultima frustra
verba ciens, fixamque videt decrescere cornum.
hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense
Protin et insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea, qui dulci festis adsistere mensis
pectine Bistoniae magnum post ausus alumnum.
nec pharetram aut acres ultra Tirynthius arcus
exercet, socia sed disicit agmina clava.
ac veluti magna iuvenum cum densa securi
silva labat cuneisque gemit grave robur adactis
iamque abies piceaeque ruunt, sic dura sub ictu
ossa virum malaeque sonant sparsusque cerebro
albet ager. levis ante pedes subsederat Idmon;
occupat os barbamque viri clavamque superne
intonat. « occumbens i nun[illegible] mis,
donum ingens semperque tui[illegible]
horruit ille cadens nomenque [illegible]
primus et ignaris dirum scelu[illegible]
nec tibi Thessalicos tunc prot[illegible]
hospitiis aut mente moras fo[illegible]
et laribus sacrasse diem; pro[illegible]
oblatumque ferit galeam crista[illegible]
heu tua dona, gerens. quem te[illegible] debit
attonitus, Crenaee, parens! en [illegible]
purpureos iam somnus obit. ian[illegible]
deficiunt vitaque fugit decus [illegible]
desere nunc nemus et Nymphar[illegible] res!
at diversa Sagen turbantem fa[illegible]
tum primum puer ausus Hyla[illegible] bellis
pulcher Hylas, si fata sinant. si [illegible]
prostravitque virum celeri per [illegible]
Accessere (nefas) tenebris fa[illegible]
Tyndaridae in sese: Castor prius [illegible]
nescius; ast illos nova lux subitu[illegible]
frontis apex. tum Castor Ityn [illegible] ambit
balteus et gemini committunt ora [illegible]
frater Hagen Thapsumque securige[illegible] cen
transigit et Canthi pallentem vu[illegible]
torserat hic totis conisus viribus [illegible]
venatori Erymo, brevis hanc sed [illegible]
prodidit et piceo comitem miserata [illegible]
Luna polo; cessere iubae raptumque [illegible]
vulnus et extrema sonuit cita cuspi[illegible]
Nisaeum Telamon et Ophelten vana [illegible]
per clipei cedentis opus cratemque [illegible]

138 *Echelum* codd. Ald., *Achelon* Parrhasius, *Echelon* R T, *Achelum* B Ac, *Ethelum* C Ch. *Ech*[illegible] seqq. 140 *delicataque* codd. Carr., *delectaque* T Ah Madvig Koestlin, *deductaque* m, Gron. Voss[illegible] Caussin, *duplicataque* vel *adductaque* Heins., *desectaque* Ald., *directaque* Burm., *geminataque* Thilo, *d*[illegible] Patav. seqq., *delectaque* Alardus Harles, *declinataque* nonnulli apud Pium, *destrictaque* Fr. Reuss, *delata* [illegible] *loca* Ald. 141 *dissecuit* vel *desecuit* Sabellicus, *dissecuit* Gron. Schottus Baehr. 143 *opima* [illegible] C Ch, *et prima* Zinzerlingus Gron. Hth, *et opima* B T Cok Ac Vossius Burm. Harles Delam. Caussin [illegible] *cadavere* Baehr. Koestlin, *nostro* codd. Ah Burm., *retro* Thilo, *rostro* Koestlin, *rector* vel *ductor* Sau[illegible] Ald. Zinzerlingus Gron. Heins. seqq. 144 *ferto* B Maser. Bulaeus, *magnum* T, *pheretro* Scaliger [illegible] Ald. Eng. Colin. Gryph. Zinzerlingus Alardus Vossius, *puero* Burm., *pheretro* vel *ferto* Pius. 146 *potius* Ac, *socios* C P T H Parrhasius Carr. seqq. versus 146–85 desunt in V. 147 *admovit* Bon. I [illegible] II Pius. 148 *irruit* Heins. Patav. 149 *Pelias* codd., *Phlaeas* Bon. II Ven. I II Ald., *Phleias* Hth [illegible] Bon. I Parrhasius Iunt. I seqq. usque ad Heins., Thilo seqq. 150 *labentia* T, *natantia* vel *fluentia* [illegible] Heins., *madentia* Friesemann, *natantia* vel *madentia* Thilo, *natantia* Baehr. Langen, *liquentia* Bury. [illegible] Ac, *ceu* Ald. 152 *Zelen* codd. Ah Patav., *Zeten* P Heins., *Zelon* Cok, *Zetes* Parrhasius, *Zelyn* Maser. [illegible] Vossius Burm. seqq. *Brontem* Maser. Caussin Langen Heeren. 155 *manus* Heins. 158 *protinus* [illegible] m Ac, *protinet* M. *Chromin et* Thilo, *Pollin et* Schenkl, *Prothin et* C H Parrhasius Carr. seqq. *cantusq*[illegible] 162 *dissicet* S, *disicet* m, *dificit* Bon. I, *dissicit* C T M, Ch Thilo Schenkl, *disicit* m, Ac Hth, *defi*[illegible] *findit* Sabellicus, *disiicit* vel *diffidit* Maser., *disiecit* H, *disicit* Baehr. Langen Bury. 163 *densa—mag*[illegible] Sandstroem Schenkl (Phil. Anz. 1883) Langen. 165 *iam* Eng. Colin. Gryph. 167 *loris ante* H P[illegible] Harles, *Icmon* B, *Ichmon* T, *Ichino* R, *Agmon* marg. Ven., *Ichnon* Ald. Zinzerlingus Vossius Hth. *Idm*[illegible] Schenkl Baehr. Langen Bury. 168 *barbaque* Koestlin. *claraque* T Iunt. I seqq. usque ad Carr. Koes[illegible] *superne* colon posuit Koestlin. 169 *occumbens et nunc* codd. Bon. I Koestlin, *occumbens et nunc* Cok [illegible] *et nunc* T Ac Postgate Summers, *occumbens fer* vel *fers nunc* Ellis, *occumbes en nunc* Bury. *occum*[illegible] F. Plessis, *occumbens en duc* Baehr., *occumbens assume* Fr. Reuss, *occumbens i nunc* C Carr. seqq. *p*[illegible] *bens*, sublata post *intonat* distinctione, Koestlin interpunxit. 170 *memorabile* Bulaeus Schenkl Baehr. [illegible] *rabere* Koch Damsté Langen. *mirabere* Summers. *natis* Lennep F. Plessis Fr. Reuss, *fari* Sandstroem [illegible] Postgate Bury. 172 *intulit* Francius. 175 *sociasse diem* vel *sacrasse* vel *sanxisse* vel *sancisse fide*[illegible] *sacrasse fidem* Baehr., *sociasse diis* Sandstroem. *advolat* Heins. *Imon* Eng. Colin. Gryph. 176 *oblatum* [illegible] Ac. 177 *tria* C, *tibi* Iunt. I II Pius Maser. Eng. seqq. usque ad Heins. 178 *crenaee* Pm. *crena*[illegible] *rice* Ac, *crenaee* C T Bon. II Ven. I II Ald. Carr. seqq. 181 *deseris heu* Heins. Baehr. Gebbing. *a*[illegible] I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Ald. 182 *at diversas agent* Sm, *ad diversas agent* P, *at diversa*[illegible] Ac, *at diversas auras* T, *hac diversas agens* Ald., *at diversa Sagen* C Carr. seqq. 184 *sinat aspera* [illegible] 186 *accessere* Parrhasius. 188 *rutilasque* Fr. Reuss. 190 *ore* Iunt. I II Ald. Vossius. 191 *Su*[illegible] I. *nealcae* P, *nealcen* n. Bon. II seqq. 192 *Cydnum* Pius Eng. Colin. Gryph. 193 *hinc* Langen B[illegible] *-rus* Bu T Ac, *connisus* Hth. 197 *casside cuspis* C Carr. seqq. usque ad Schenkelium, Langen Bur[illegible] *casside cuspis* vel *sonat incita cuspide cassis* Heins. 198 *Opleten* Parrhasius. 199 *artemque* T [illegible] S N, *partemque* Ath, *sartamque* T, *fortemque* marg. Ven., *cratemque* Heins. Gesner Wagner Dela[illegible] Thilo seqq.

qua stomachi secreta, ferit laetusque profatur
« di, precor, hunc regem aut aeque delegerit alta
fors mihi gente satum, magnusque et flebilis urbi
conciderit ». super addit Areu fratremque Melanthum
Phoceaque Oleniden, Lelegum qui pulsus ab oris
regis amicitiam et famuli propioris honores,
(qua patiens non arte?) tulit. nox alta cadentum
ingentes donat sonitus augetque ruinas.
ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat
Vesvius, attonitas acer cum suscitat urbes,
sic pugnae crebrescit opus; neque enim ignea cedunt
astra loco, lentis haeret nox conscia bigis.
perge age Tartareae mecum simul omnia noctis,
Musa, sequi. trepidam Phaethon adflavit ab alto
Tisiphonen graviorque locos iam luce propinqua
umbra premit; non signa virum, non funera cernunt,
et rabie magis ora calent. vos prodite, divae,
Eumenidum noctisque globos, vatique patescat
armorum fragor et tepidi singultibus agri
labentum atque acti Minyis per litora manes.
Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet
fata trahens; iam pulsa sibi cessisse Pelasgum
agmina, iam passim vacuos disiecta per agros
credit ovans: tales abitus, ea gaudia fingit
ira deum. fundo veluti cum Coeus in imo
vincla Iovis fractoque trahens adamante catenas
Saturnum Tityumque vocat spemque aetheris amens
concipit, ast illum fluviis et nocte remensa
Eumenidum canis et sparsae iuba reppulit hydrae.
saevit acerba fremens tardumque a moenibus agmen
increpitat. « numquamne dolor virtute subibit
nil ausas sine rege manus? at barbara buxus
si vocet et motis ulalantia Dindyma sacris,
tunc ensis placeatque furor, modo tela sacerdos
porrigat et iussa sanguis exuberet ulna ».
talibus insultans iandudum numine divae
deficit; infracti languescunt frigore cursus;
corda pavent; audit fremitus irasque leonum
cornuaque et motas videt inter nubila turres.
tunc gravis et certo tendens stridore per umbram
Aesonii venit hasta ducis latumque sub imo
pectore rumpit iter. quam nunc incognita vellet
lustra sibi nullosque datos venatibus annos?
talia magnanimi diverso turbine fundunt
tela viri, sonitusque pedum suspectaque motu
explorant; prensant socios vocemque reposcunt.
quod si tanta lues seros durasset in ortus,
extinctum genus et solas per moenia matres
vidisset stratamque dies in litore gentem.
Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto
flectere fata ratus miserasque abrumpere pugnas,
supremam celeravit opem nutuque sereno
intonuit, quem Nocte satae, quem turbidus horret
armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
continuo dant terga metu versique per agros
diffugiunt, quae sola salus: nec terga ruentum
mens Minyis conversa sequi; stetit anxia virtus.
ecce levi primos iam spargere lumine portus
orta dies notaeque (nefas) albescere turres.
»di maris» attonito conclamat ab agmine Tiphys
« ut mea fatali damnastis pectora somno!
heu socii quantis conplerunt litora monstris! »
illi autem neque adhuc gemitus neque conscia facti
ora levant; tenet exangues rigor horridus artus:
ceu pavet ad crines et tristia Pentheos ora
Thyias, ubi inpulsae iam se deus agmine matris
abstulit et caesi vanescunt cornua tauri.
nec minus effusi grandaevum ad litora vulgus,
ut socias videre manus, dare versa retrorsus
terga metu. dextram tendens proclamat Iason
« quos fugitis? vellem hac equidem me strage meosque
procubuisse magis. deus haec, deus asper utrisque
inplicuit. sumus heu Minyae. sumus hospita turba!

202 *ecquem* Bon. II Ven. I II. **204** *Phoreaque* Ac. **206** *quae* Peerlkamp. *alte* Iunt. I II, *ante* Peerlkamp. **207** *donec* codd. Ath, *resonat* vel *reboat* vel *denset* Heins., *denset* Gron. Patav. Pindemonte Bury, *tonat* doctus quidam apud Zinzerlingum, *donat* vel *duplicat* Pius, *duplicat* Ald. Zinzerlingus Thilo seqq., *auget* Loehbach, *donat* C Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Vossius Delam. **209** *Vesubius* V, *Vesavius* S, *Vesuius* C, *Vesubus* T Bon. I, *Vesuus* Iunt. I II, *Vesbius* Ac, *Vesuvus* Giphanius, *Vesvius* m T_1 Parrhasius Sabellicus Maser. Carr. seqq. *ater* m_2 Delam. **210** *crudescit* C Carr. seqq. **211** *lentisque* Schenkl. **212** *semel* codd. Bon. I, *simel* m_2, *simul* Bon. II seqq. *scelera omnia* vel *molimina* vel *semel omnia* Heins., *simul omina* Bulaeus, *simul ultima* Bury olim, *simul invia* Postgate, *simulamina* Bury. **213** *pheton* VS, *phethon* m, *phaton* Bon. I II Ven. I II, *phaethon* m_2 edd. **214** *oculos* Heins. Patav. **216** *magis ira calet* vel *maiore calent* Heins. **217** *vatisque* Bon. I, *natique* Bon. II Ven. I II. **218** *trepidi* P Heins. Patav. Bip. Lemaire Huguet. **220** *variis* Parrhasius. post *implet* colon posuit Peerlkamp. **221** *trahunt* Peerlkamp. *abcessisse* Burm. **223** *auditus* codd., *aditus* Ath Ellis, *obitus* Vossius Koestlin, *habitus* T Heins., *animos* Wagner Fr. Reuss, *aestus* Schenkl Langen, *ausus* vel *actus* Baehr., *ausus* Gürsching, *auctus* Bury, *flatus* Madvig, *visus* Koestlin olim, *reditus* Thilo, *abitus* Ald. **224** *ira deae* Heins. *cessit* Bon. I II. Ven. I II Iunt. I II. **225** *unda* PB Bon. I II Ven. I II, *urna* Iunt. I II. **226** *Tityonque* R T_1 Hth. **227** *illam* Iunt. I II Pius Maser. *furiis et nocte* Parrhasius, *furiis et voce* Koestlin. *remersat* Madvig, *remersit* Baehr., *tremenda* Koestlin, *remersum* Postgate Bury. **228** *Eumenidum chorus* Baehr. **230** *dolor* vel *labor* Harles. *virtusque* Heins. Wagner Schenkl Baehr. Gebbing Langen., *virtusve* Weichert. **231** *ad Gargara* Friesemann. **232** *votis* Iunt. II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Vossius. **233** *placet atque* Peerlkamp Baehr. **234** *iusta sanguis* codd. edd. ante Burm. Delam., *iuxta sanguis* T, *iustus anguis* m, *iustas anguis* P, *scissa sanguis* Friesemann, *iussa sanguis* H Grotius Vossius Heins. Burm. seqq. *urna* codd. edd. ante Burm. Delam., *ulna* Grotius Vossius Heins. Burm. seqq. **237** *paveas* Heins. **239** *umbras* Cth. **242** *nullisque* Ald. Hth. *dari* nonnulli apud Pium, *armos* T Bon. I II Ven. I II. **244** *sonituque* Alardus Patav. Burm. seqq. usque ad Thilonem, Delam. excepto. **246** *tanta iovis* codd. Ah, *Titanis* vel *Titanidis* vel *Tithoniae* Sabellicus, *Titanis* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Bulaeus, *tanta solis* Ald., *tanta luis* Vossius, *cura Iovis* H Parrhasius Harles, *tanta heu vis* vel *dextra Iovis* codex Pomponii Laeti, *tanta lues* Gehbardus Zinzerlingus Heins. seqq. *solis* Parrhasius Gehbardus Zinzerlingus, *lues* Ald. **250** *serasque* Heins. **251** *celebrabit* codd., *celebravit* C, *celebrabat* B Bon. I Iunt. I II, *celerabat* Bon. II Ven. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph., *celeravit* T m_2 Pius seqq. **253** *effera* B, *effera* vel *aerea* Fr. Reuss. *leti* Schrader Baehr. **254** *aversique* codd. Ac Burm., *versione* C T Carr. seqq. **257** *en coeli* Iacobs, *ecce autem* Peerlkamp. mendum in voce *levi* latere Burmanno visum est. *primo* S T Ah Harles Iacobs Weichert Bury. *portas* Iacobs, *montes* Langen De la Ville de Mirmont. **258** *ab aequore* T Parrhasius. **264** *crimen* Heins. **268** *caesas* Langen De la Ville de Mirmont. **269** *intendens* Heins. **270** *quo* C Ch. **271** *hac* Heins. **272** *en* V Ox, *en* T m Ath, *heu* MPT_1 Parrhasius Ald. Ch Heins. Patav. Bip. Thilo seqq.

ore facem supra maiorque apparuit ignis.
Ambrosium Peleus, ingentem Ancaeus Echeclum
sternit et elatae propius succedere dextrae
Telecoonta sinit delataque ora securi
disiecit cervice tenus. simul aspera victor
cingula sublustri vibrantia detrahit umbra.
« has, precor, exuvias et opima cadavera » Nestor
« linquite » ait: « ferro potius mihi dextera, ferro
navet opus; » prensumque manu detruncat Amastrum
diversasque simul socios invadere turmas
admonuit. pergunt rupta testudine fusi,
qua tenebrae campique ferunt. gravis invenit Ochum
Phlias et trepido Pollux inpingitur Hebro.
ipse super vultus taboque labantia terga
dux campi Martisque potens ut caeca profundo
curris hiemps, Zelyn et Broten Abarimque relinquit
semineces; Glaucum sequitur Glaucumque ruentem
occupat et iugulo vulnus molitur aperto.
ille manu contra telum tenet ultima frustra
verba ciens, fixamque videt decrescere cornum.
hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense
Protin et insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea, qui dulci festis adsistere mensis
pectine Bistoniae magnum post ausus alumnum.
nec pharetram aut acres ultra Tirynthius arcus
exercet, socia sed disicit agmina clava.
ac veluti magna iuvenum cum densa securi
silva labat cuneisque gemit grave robur adactis
iamque abies piceaeque ruunt, sic dura sub ictu
ossa virum malaeque sonant sparsusque cerebro
albet ager. levis ante pedes subsederat Idmon;
occupat os barbamque viri clavamque superne
intonat. « occumbens i nunc » ait « Herculis armis,
donum ingens semperque tuis mirabile fatis ».
horruit ille cadens nomenque agnovit amicum
primus et ignaris dirum scelus attulit umbris.
nec tibi Thessalicos tunc profuit, Ornyte, reges
hospitiis aut mente moras fovisse benigna
et laribus sacrasse diem; procul advenit Idmon
oblatumque ferit galeam cristasque rubentes,
heu tua dona, gerens. quem tę qualemque videbit
attonitus, Crenaee, parens! en frigidus orbes
purpureos iam somnus obit, iam candor et anni
deficiunt vitaque fugit decus omne soluta.
desere nunc nemus et Nympharum durus amores!
at diversa Sagen turbantem fallere nervo
tum primum puer ausus Hylas, spes maxima bellis
pulcher Hylas, si fata sinant, si prospera Iuno;
prostravitque virum celeri per pectora telo.
 Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
Tyndaridae in sese: Castor prius ibat in ictus
nescius; ast illos nova lux subitusque diremit
frontis apex. tum Castor Ityn, qua caerulus ambit
balteus et gemini committunt ora dracones,
frater Hagen Thapsumque securigerumque Nealcen
transigit et Canthi pallentem vulnere Cydrum.
torserat hic totis conisus viribus hastam
venatori Erymo, brevis hanc sed fata ferentem
prodidit et piceo comitem miserata refulsit
Luna polo; cessere iubae raptumque per auras
vulnus et extrema sonuit cita cuspide cassis.
Nisaeum Telamon et Ophelten vana sonantem
per clipei cedentis opus cratemque trilicem,

138 *Echelum* codd. Ald., *Achelon* Parrhasius, *Echelon* R T. *Achelum* B Ac, *Ethelum* C Cth, *Echeclum* Thilo seqq. **140** *delicataque* codd. Carr., *delectaque* T Ah Madvig Koestlin, *deductaque* m_2 Gron. Vossius Delam. Caussin, *duplicataque* vel *adductaque* Heins.. *desectaque* Ald., *directaque* Burm.. *geminataque* Thilo, *duplicataque* Patav. seqq., *delectaque* Alardus Harles, *declivaque* nonnulli apud Pium, *destrictaque* Fr. Reuss, *delataque* Schenkl. *loca* Ald. **141** *dissecuit* vel *desecuit* Sabellicus, *dissecuit* Gron. Schottus Baehr. **143** *opima* codd., *o prima* C Ch, *et prima* Zinzerlingus Gron. Hth, *et opima* B T Cok Ac Vossius Burm. Harles Delam. Caussin Thilo seqq. *cadavere* Baehr. Koestlin, *nostro* codd. Ah Burm., *retro* Thilo, *rostro* Koestlin, *rector* vel *ductor* Summers, *Nestor* Ald. Zinzerlingus Gron. Heins. seqq. **144** *ferto* B Maser. Bulaeus, *magnum* T. *pheretro* Scaligerus Passeratius Ald. Eng. Colin. Gryph. Zinzerlingus Alardus Vossius, *puero* Burm., *pheretro* vel *ferto* Pius. **146** *ocius* m, *potius* Ac, *socios* C P T H Parrhasius Carr. seqq. versus **146–85** desunt in V. **147** *admovit* Bon. I II Ven. I II Pius. **148** *irruit* Heius. Patav. **149** *Pelias* codd., *Phloeas* Bon. II Ven. I II Ald., *Phleias* Hth, *Phlias* T Bon. I Parrhasius Iunt. I seqq. usque ad Heins., Thilo seqq. **150** *labentia* T, *natantia* vel *fluentia* vel *liquentia* Heins., *madentia* Friesemann, *natantia* vel *madentia* Thilo, *natantia* Baehr. Langen, *liquentia* Bury. **151** *dum* Ac, *ceu* Ald. **152** *Zelen* codd. Ah Patav., *Zeten* P Heins., *Zelon* Cok, *Zetes* Parrhasius, *Zelyn* Maser. Pius Ald. Vossius Burm. seqq. *Brontem* Maser. Caussin Langen Heeren. **155** *manus* Heins. **158** *protinus* Ox M_2 P T B m Ac, *protinet* M. *Chromin et* Thilo, *Pollin et* Schenkl, *Prothin et* C H Parrhasius Carr. seqq. *cantusque* Bon. I. **162** *dissicet* S, *disicet* m, *dificit* Bon. I, *dissicit* C T M_2 Ch Thiló Schenkl, *disiicit* m_2 Ac Hth, *deficit* vel *diffindit* Sabellicus, *disiicit* vel *diffidit* Maser., *disiecit* H, *disicit* Baehr. Langen Bury. **163** *densa—magna* Lennep Sandstroem Schenkl [Phil. Anz. 1883] Langen. **165** *iam* Eng. Colin. Gryph. **167** *Iovis ante* H Parrhasius Harles. *Icmon* B, *Ichmon* T, *Ichino* R, *Agmon* marg. Ven., *Ichnon* Ald. Zinzerlingus Vossius Hth, *Admon* Thilo Schenkl Baehr. Langen Bury. **168** *barbaque* Koestlin. *clavaque* T Iunt. I seqq. usque ad Carr. Koestlin. post *superne* colon posuit Koestlin. **169** *occumbens et nunc* codd. Bon. I Koestlin, *accumbens et nunc* Cok, *occumbes et nunc* T Ac Postgate Summers, *occumbens fer* vel *fers nunc* Ellis, *occumbes en nunc* Bury. *occumbes is nunc* F. Plessis, *occumbens en duc* Baehr., *occumbens assume* Fr. Reuss, *occumbens i nunc* C Carr. seqq. post *occumbens*, sublata post *intonat* distinctione, Koestlin interpunxit. **170** *memorabile* Bulaeus Schenkl Baehr., *memorabere* Koch Damstè Langen, *mirabere* Summers. *natis* Lennep F. Plessis Fr. Reuss, *fari* Sandstroem, *saeclis* Postgate Bury. **172** *intulit* Francius. **175** *sociasse diem* vel *sacrasse* vel *sanxisse* vel *sancisse fidem* Heins.. *sacrasse fidem* Baehr., *sociasse diu* Sandstroem. *advolat* Heins. *Imon* Eng. Colin. Gryph. **176** *oblatamque* T m_2 Ac. **177** *tria* C, *tibi* Iunt. I II Pius Maser. Eng. seqq. usque ad Heins. **178** *creneae* Pm, *crenee* Bon. I, *cervice* Ac, *crenaee* C T Bon. II Ven. I II Ald. Carr. seqq. **181** *deseris heu* Heins. Baehr. Gebbing. *amorem* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Ald. **182** *at diversas agent* Sm, *ad diversas agent* P. *at diversus agens* B T Ac, *at diversus auros* T_1, *huc diversus agens* Ald., *at diversa Sagen* C Carr. seqq. **184** *sinat aspera* Peerlkamp. **186** *arcessere* Parrhasius. **188** *rutilusque* Fr. Reuss. **190** *ore* Iunt. I II Ald. Vossius. **191** *Nealce* V Bon. I. *nealcae* P, *nealcen* m Bon. II seqq. **192** *Cydnum* Pius Eng. Colin. Gryph. **193** *hinc* Langen Bury. *connixus* Bu T Ac, *connisus* Hth. **197** *casside cuspis* C Carr. seqq. usque ad Schenkelium, Langen Bury. *sonuit cita casside cuspis* vel *sonat incita cuspide cassis* Heins. **198** *Opleten* Parrhasius. **199** *artemque* V m, *arcemque* S N, *partemque* Ath, *sartumque* T, *fortemque* marg. Ven., *cratemque* Heins. Gesner Wagner Delam. Huguet Thilo seqq.

qua stomachi secreta, ferit laetusque profatur
« di, precor, hunc regem aut aeque delegerit alta
fors mihi gente satum, magnusque et flebilis urbi
conciderit ». super addit Aren fratremque Melanthum
Phoceaque Oleniden, Lelegum qui pulsus ab oris
regis amicitiam et famuli propioris honores,
(qua patiens non arte?) tulit. nox alta cadentum
ingentes donat sonitus augetque ruinas.
ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat
Vesvius, attonitas acer cum suscitat urbes,
sic pugnae crebrescit opus; neque enim ignea cedunt
astra loco, lentis haeret nox conscia bigis.
perge age Tartareae mecum simul omnia noctis,
Musa, sequi. trepidam Phaethon adflavit ab alto
Tisiphonen graviorque locos iam luce propinqua
umbra premit; non signa virum, non funera cernunt,
et rabie magis ora calent. vos prodite, divae,
Eumenidum noctisque globos, vatique patescat
armorum fragor et tepidi singultibus agri
labentum atque acti Minyis per litora manes.
Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet
fata trahens; iam pulsa sibi cessisse Pelasgum
agmina, iam passim vacuos disiecta per agros
credit ovans: tales abitus, ea gaudia fingit
ira deum. fundo veluti cum Coeus in imo
vincla Iovis fractoque trahens adamante catenas
Saturnum Tityumque vocat spemque aetheris amens
concipit, ast illum fluviis et nocte remensa
Eumenidum canis et sparsae iuba reppulit hydrae.
saevit acerba fremens tardumque a moenibus agmen
increpitat. « numquamne dolor virtute subibit
nil ausas sine rege manus? at barbara buxus
si vocet et motis ulalantia Dindyma sacris,
tunc ensis placeatque furor, modo tela sacerdos
porrigat et iussa sanguis exuberet ulna ».
talibus insultans iandudum numine divae
deficit; infracti languescunt frigore cursus;
corda pavent; audit fremitus irasque leonum
cornuaque et motas videt inter nubila turres.
tunc gravis et certo tendens stridore per umbram
Aesonii venit hasta ducis latumque sub imo
pectore rumpit iter. quam nunc incognita vellet
lustra sibi nullosque datos venatibus annos?
talia magnanimi diverso turbine fundunt
tela viri, sonitusque pedum suspectaque motu
explorant; prensant socios vocemque reposcunt.
quod si tanta lues seros durasset in ortus,
extinctum genus et solas per moenia matres
vidisset stratamque dies in litore gentem.
Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto
flectere fata ratus miserasque abrumpere pugnas.
supremam celeravit opem nutuque sereno
intonuit, quem Nocte satae, quem turbidus horret
armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
continuo dant terga metu versique per agros
diffugiunt, quae sola salus: nec terga ruentum
mens Minyis conversa sequi; stetit anxia virtus.
ecce levi primos iam spargere lumine portus
orta dies notaeque (nefas) albescere turres.
»di maris» attonito conclamat ab agmine Tiphys
« ut mea fatali damnastis pectora somno!
heu socii quantis conplerunt litora monstris! »
illi autem neque adhuc gemitus neque conscia facti
ora levant; tenet exangues rigor horridus artus:
ceu pavet ad crines et tristia Pentheos ora
Thyias, ubi inpulsae iam se deus agmine matris
abstulit et caesi vanescunt cornua tauri.
nec minus effusi grandaevum ad litora vulgus,
ut socias videre manus, dare versa retrorsus
terga metu. dextram tendens proclamat Iason
« quos fugitis? vellem hac equidem me strage meosque
procubuisse magis. deus haec, deus asper utrisque
inplicuit. sumus heu Minyae, sumus hospita turba!

202 *ecquem* Bon. II Ven. I II. **204** *Phoreaque* Ac. **206** *quae* Peerlkamp. *alte* Iunt. I II, *ante* Peerlkamp. **207** *donec* codd. Ath, *resonat* vel *reboat* vel *denset* Heins., *denset* Gron. Patav. Pindemonte Bury, *tonat* doctus quidam apud Zinzerlingum, *donat* vel *duplicat* Pius, *duplicat* Ald. Zinzerlingus Thilo seqq., *auget* Loehbach, *donat* C Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Vossius Delam. **209** *Vesubius* V, *Vesuvius* S, *Vesuius* C, *Vesubus* T Bon. I, *Vesuus* Iunt. I II, *Vesbius* Ac, *Vesuvus* Giphanius, *Vesvius* m T_1 Parrhasius Sabellicus Maser. Carr. seqq. *ater* m_2 Delam. **210** *crudescit* C Carr. seqq. **211** *lentisque* Schenkl. **212** *semel* codd. Bon. I, *simel* m_2, *simul* Bon. II seqq. *scelera omnia* vel *molimina* vel *semel omnia* Heins., *simul omina* Bulaeus, *simul ultima* Bury olim, *simul invia* Postgate, *simulamina* Bury. **213** *pheton* VS, *phethon* m, *phaton* Bon. I II Ven. I II, *phaethon* m_2 edd. **214** *oculos* Heins. Patav. **216** *magis ira calet* vel *maiore calent* Heins. **217** *vatisque* Bon. I, *natique* Bon. II Ven. I II. **218** *trepidi* P Heins. Patav. Bip. Lemaire Huguet. **220** *variis* Parrhasius. post *implet* colon posuit Peerlkamp. **221** *trahunt* Peerlkamp. *abcessisse* Burm. **223** *auditus* codd., *aditus* Ath Ellis, *obitus* Vossius Koestlin, *habitus* T Heins., *animos* Wagner Fr. Reuss, *aestus* Schenkl Langen, *ausus* vel *actus* Baehr., *ausus* Gürsching, *auctus* Bury, *flatus* Madvig, *visus* Koestlin olim, *reditus* Thilo, *abitus* Ald. **224** *ira deae* Heins. *cessit* Bon. I II. Ven. I II Iunt. I II. **225** *unda* PB Bon. I II Ven. I II, *urna* Iunt. I II. **226** *Tityonque* R T_1 Hth. **227** *illam* Iunt. I II Pius Maser. *furiis et nocte* Parrhasius, *furiis et voce* Koestlin. *remersat* Madvig, *remersit* Baehr., *tremenda* Koestlin, *remersum* Postgate Bury. **228** *Eumenidum chorus* Baehr. **230** *dolor* vel *labor* Harles. *virtusque* Heins. Wagner Schenkl Baehr. Gebbing Langen., *virtusve* Weichert. **231** *ad Gargara* Friesemann. **232** *votis* Iunt. II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Vossius. **233** *placet atque* Peerlkamp Baehr. **234** *iusta sanguis* codd. edd. ante Burm. Delam., *iuxta sanguis* T, *iustas anguis* m, *iustas anguis* P, *scissa sanguis* Friesemann, *iussa sanguis* H Grotius Vossius Heins. Burm. seqq. *urna* codd. edd. ante Burm. Delam., *ulna* Grotius Vossius Heins. Burm. seqq. **237** *paveas* Heins. **239** *umbras* Cth. **242** *nullisque* Ald. Hth. *dari* nonnulli apud Pium, *armos* T Bon. I II Ven. I II. **244** *sonituque* Alardus Patav. Burm. seqq. usque ad Thilonem, Delam. excepto. **246** *tanta iovis* codd. Ah, *Titanis* vel *Titanidis* vel *Tithoniae* Sabellicus, *Titanis* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Bulaeus, *tanta solis* Ald., *tanta luis* Vossius, *cura Iovis* H Parrhasius Harles, *tanta heu vis* vel *dextra Iovis* codex Pomponii Laeti, *tanta lues* Gehbardus Zinzerlingus Heins. seqq. *solis* Parrhasius Gehbardus Zinzerlingus, *lues* Ald. **250** *serasque* Heins. **251** *celebrabit* codd., *celebravit* C, *celebrabat* B Bon. I Iunt. I II, *celerabat* Bon. II Ven. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph., *celeravit* T m_2 Pius seqq. **253** *effera* B, *effera* vel *aerea* Fr. Reuss. *leti* Schrader Baehr. **254** *aversique* codd. Ac Burm., *versique* C T Carr. seqq. **257** *en coeli* Iacobs, *ecce autem* Peerlkamp. mendum in voce *levi* latere Burmanno visum est. *primo* S T Ah Harles Iacobs Weichert Bury. *portas* Iacobs, *montes* Langen De la Ville de Mirmont. **258** *ab aequore* T Parrhasius. **264** *crimen* Heins. **268** *caesas* Langen De la Ville de Mirmont. **269** *intendens* Heins. **270** *quo* C Ch. **271** *hac* Heins. **272** *eu* V Ox, *en* T m Ath, *heu* MPT_1 Parrhasius Ald. Ch Heins. Patav. Bip. Thilo seqq.

Tum super exangues confertae caedis acervos
praecipiti plangore ruunt; agnoscit in alta
strage virum sua texta parens, sua munera coniunx.
it gemitus toto sinuosa per aequora caelo.
pars tenuis flatus et adhuc stridentia prensat
volnera, pars sera conponunt lumina dextra.
at vero in mediis exangui rege reperto
aggeribus, tristi sileant ceu cetera planctu,
sic famulum matrumque dolor, sic omnis ad unum
versa manus. circa lacrimis ac mentibus aegri
stant Minyae deflentque nefas et cuspidis ictus
Aesoniae sortemque ducis solantur acerbam.
ille ubi concretos pingui iam sanguine crines
pallentesque genas infractaque pectore caro
tela neque hesternos agnovit in hospite vultus,
ingemit atque artus fatur conplexus amicos
« te tamen ignarum tanti, miserande, furoris
nox habet et nullo testantem foedera questu:
at mihi luctificum venit iubar. en quibus adsum
conloquiis? cui me hospitio Fortuna revexit?
extinguine mea (fatis id defuit unum)
speravi te posse manu? talisve reliqui
has ego, amice, domos? quod si iam bella manebant,
et placitum hoc superis, nonne haec mea iustius essent
funera meque tuus potius nunc plangeret error?
nec Clarii nunc antra Dei quercusque tonantis
arguerem. talesne acies, talesne triumphos
sorte dabant? tantumque nefas mens conscia vatum
conticuit, patriae exitium crudele senectae
et tot acerba canens? heu divis visa sinistris
regna mihi! quinam reditus? quae me hospita tellus
accipiet? quae non primis prohibebit harenis?
invidere dei, ne Phasidis arva remoti
et Scythicas populatus opes haec rursus adirem
litora, neve tuos irem tunc ultor in hostes.
fas tamen est conferre genas, fas iungere tecum
pectora et exangues miscere amplexibus artus.
cur etiam flammas miserosque moramur honores?
vos age funereas ad litora volvite silvas
et socios lustrate rogos; date debita caesis
munera, quae nostro misisset Cyzicus igni. »
Parte alia Clite laceras super ora mariti
fusa comas misera in planctus vocat agmina matrum
fatur et haec: « primis coniunx ereptus in annis
cuncta trahis; necdum suboles nec gaudia de te
ulla mihi, quis maesta tuos nunc, optime, casus
perpeterer tenui luctum solamine fallens.
Mygdonis arma patrem funestaque proelia nuper
natales rapuere domos, Triviaeque potentis
occidit arcana genetrix absumpta sagitta:
tu, mihi qui coniunx pariter fraterque parensque
solus et a prima fueras spes una iuventa,
deseris heu, totamque deus simul inpulit urbem!
ast ego non media te saltem, Cyzice, vidi
tendentem mihi morte manus aut ulla monentis
verba tuli; quin te thalamis modo questa morari,
heu talem tantique metus secura recepi. »
illam vix gemino maerens cum Castore Pollux
erigit haerentem conpressaque colla trahentem.
Interea innumeras nudatis montibus urguent
certatim decorantque pyras et corpora maesti
summa locant; vadit sonipes cervice remissa
venatrix nec turba canum pecudesque morantur
funereae, quae cuique manus, quae cura suorum,
quae fortuna fuit. medio rex aggere longe
eminet; hunc crebris quatiens singultibus ora
adlevat Aesonides celsoque reponit in ostro.
dat pictas auro atque ardentes murice vestes,
quas rapuit telis festina vocantibus austris
Hypsipyle; galeam dilectaque cingula regi
inicit; ille suam vultus conversus ad urbem
sceptra manu veterum retinet gestamen avorum.
nam quia nec proles alius nec denique sanguis,
ipse decus regnique refert insigne parenti.
inde ter armatos Minyis referentibus orbes

273 *consertes* V, *consertae* S Ath, *conserte* T, *consertes* Bury olim, *consortis* Postgate Bury, *confertae* C m Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Patav. Lemaire Caussin Thilo seqq. **276** *et* codd. Bon. I, *cit* Bu, *it* T_1, Bon. II seqq. *campo* Langen De la Ville de Mirmont. **277** *tenues* C Ald. Cth, Alardo excepto. *fletus* codd. Ac, *flatus* C Carr. seqq. *pensat* Bon. I, *prensant* Bu Cth Schenkl Baehr. Bury. **284** *Haemoniae* Baehr. **286** *impactaque* Heins. **290** *nox habuit nullo* Caussin. **291** *iuvarint* codd., *iubar en* TM, m edd., *iubar heu* Thilo Schenkl Baehr. Langen. **292** *revinxit* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. **293** *fatisia* V Ox, *fatis iam* BPT Bu Cok m, Ac, *fatis hoc* C Cth, *fatis id* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph. Thilo seqq. **294** *talisne* H Heins. Baehr. Schenkl Ieep. *relinqui* P Bu T_2 Maser. **295** *impia* nonnulli apud Pium, *me* Heins. **296** *non* Ac. *hic—issent* Heins. **297** . . . . . . V S Baehr., *melius* B T Ac Vossius Delam. Ellis, *potius* C Carr. seqq. *a! malus error* Baehr. **299** *arguerim* Thilo Baehr. *talesque triumphos* Carr. Alardus. post *arguerem* signum interrogationis Schenkl Langen Bury posuerunt. **300** *tantumne* Hth. **304** *cohibebit* C Carr. Alardus. **307** *ruerem* vel *ferrer* Heins. **310** hic versus in codd. atque in edd. post v. **272** legitur, post v. **313** Hartelio collocandus esse videtur: inferius in margine a poeta adscriptum et per errorem post v. **272** translatum esse Schenkl ac Langen arbitrati sunt: ordinem versuum Thilo et Ieep restituerunt. *iamdudum flammas* Hartel. *serosque* Brouhkusius Heins. **311** *sacros* Parrhasius. *lustrare* Bon. II Ven. I II. hic versus et seqq. imperfecti Schenkelio videntur. **314** *ante alias* Thilo. **315** *planctum* Ac. **316** *ad haec* Francius. *ab annis* Parrhasius. **318** *quae* Parrhasius. **320** *Migdonia arma* Bon. II Ven. I II, *Mygdonis* vel *Mygdonia ora* Heins. **321** *fatales* C Carr., *fraternas* Meyncke. **323** *me* Francius. **324** *a patria* Bon. II Ven. I II. **325** *totaque—ira* Heins. **328** *et* codd. edd., *a* Thilo, *te* Schenkl Baehr. olim. Koestlin Langen Bury. *thalamos* Bon. II Ven. I II. **330** *geminam* codd. Ac, *gemino* C m, Bon. II Ven. I II Ald. Balbus Carr. seqq. *miserans* Damsté. **331** *erigit attollens* Parrhasius. **333** *decorare pyra* Drakenborch. *tempora* codd. Ac, *corpora* C Carr. seqq. **335** *turma* V m Koestlin, *turnia* Bu, *turba* S T edd. *pecudumque* codd. edd., *pecudesque* Loehbach Baehr. **336** *funereaeque* V T Ox Wagner, *funere* m, *funereae et* Heins., *funereae dein* Burm., *inferiae quod* Thilo, *funere nec* Schenkl Damsté, *munera dantque* Ph. Wagner Koch, *funereae: fert* vel *dat* Baehr., *inferiae quae* Postgate Bury, *munera fert* Langen De la Ville de Mirmont, *funereae quae* M T_1 edd. *cuicumque manus* Heins., *tulere manus* Wagner, *cuique genus* Thilo. post *funereae* Koestlin interpunxit ac Leo haec supplevit: *dona viri passimque ferunt decoramina pompae.* **337** *tulit* Damstè. *longo* codd. Ac, [*medio*]—*longe* vel [*medius*]—*longo* Burm., *longe* C Pius Carr. seqq. **341** *telas* R T Parrhasius, *telae* Heins. *fortuna* codd. Bon. I, *furtiva* Bon. II Ven. I II Sabellicus Pius Maser., *formosa* Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *functura* nonnulli apud Pium, *festina* C Carr. seqq. **342** *regni* codd. Ah, *regi* Bon. II Ven. I II Heins. seqq. **343** *vultum* vel *vultu* Heins., *vultu* Columbus Heins., *vultum* Patav. seqq. usque ad Thilonem. **346** *aufert* Sandstroem. *parentis* codd. Ac, *parentisque* Pii codex, *parentumque* Ald., *paterni* nonnulli apud Pium, Carr. seqq., *parenti* Madvig Baehr. Langen Bury. **347** *per* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *ter* Egnatius Pius seqq.

concussi tremuere rogi, ter inhorruit aether
luctificum clangente tuba; iecere supremo
tum clamore faces; rerum labor omnis in auras
solvitur et celsis conlucent aequora flammis.
scilicet haec illo iuvenem populosque manebant
tempore, Peliacis caderet cum montibus arbor;
hoc volucrumque minae praesagaque fulmina longo
acta mari tulerant. sed quis non prima refellat
monstra deum longosque sibi non auguret annos?
iamque solutus honos cineri, iam passibus aegris
dilapsae cum prole nurus, tandemque quiescunt
dissona pervigili planctu vada: qualiter arctos
ad patrias avibus medio iam vere revectis
Memphis et aprici statio silet annua Nili.
  At non inde dies nec quae magis aspera curis
nox Minyas tanta caesorum ab imagine solvit.
bis zephyri iam vela vocant, fiducia maestis
nulla viris; aegra adsiduo mens carpitur aestu,
necdum omnes lacrimas atque omnia reddita caesis
iusta putant; patria ex oculis acerque laborum
pulsus amor segnique iuvat frigescere luctu.
ipse etiam Aesonides, quamquam tristissima rerum
castiganda duci vultuque premenda sereno,
dulcibus indulget lacrimis aperitque dolorem.
tum secreta trahens Phoebeum ad litora Mopsum
« quaenam » ait » ista lues, aut quae sententia divum?
decretusne venit fato pavor? an sibi nectunt
corda moras? cur immemores famaeque larisque
angimur? aut pariet quemnam haec ignavia finem? »
  « Dicam » ait « ac penitus causas labemque docebo »
Mopsus, et astra tuens « non si mortalia membra
sortitusque breves et parvi tempora fati
perpetimur, socius superi quondam ignis Olympi,
fas ideo miscere neces ferroque morantes
exigere hinc animas redituraque semina caelo.
quippe nec in ventos nec in ultima solvimur ossa;
ira manet duratque dolor. cum deinde tremendi
ad solium venere Iovis questuque nefandam
edocuere necem, patet ollis ianua leti
atque iterum remeare licet; comes una sororum
additur et pariter terras atque aequora lustrant.
quisque suos sontes inimicaque pectora poenis
implicat et varia meritos formidine pulsant.
at quibus invito maduerunt sanguine dextrae,
si fors saeva tulit miseros, sed proxima culpae,
hos variis mens ipsa modis agit et sua carpunt
facta viros: resides et iam nil amplius ausi
in lacrimas humilesque metus aegramque fatiscunt
segnitiem, quos ecce vides. sed nostra requiret
cura viam. memori iam pridem cognita vati
est procul ad Stygiae devexa silentia noctis
Cimmerium domus et superis incognita tellus,
caeruleo tenebrosa situ, quo flammea numquam
Sol iuga sidereos nec mittit Iuppiter annos.
stant tacitae frondes immotaque silva comanti
horret verna iugo; specus umbrarumque meatus
subter et Oceani praeceps fragor arvaque nigro
vesta metu et subitae post longa silentia voces.
ensifer hic atraque sedens in veste Celeneus
insontes errore luit culpamque remittens
carmina turbatos volvit placantia manes.
ille mihi quae danda forent lustramina caesis
prodidit, ille volens Erebum terrasque retexit.
ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas,
tu socios adhibe sacris armentaque magnis
bina deis; me iam coetus accedere vestros
haut fas interea, donec lustralia pernox
vota fero. movet en gelidos Latonia currus.
flecte gradum, placidis sileant age litora coeptis.»
  Iamque sopor mediis tellurem presserat horis
et circum tacito volitabant somnia mundo,
cum vigil arcani speculatus tempora sacri
Ampycides petit adversis Aesepia silvis
flumina et aequoreas pariter decurrit ad undas.
hic sale purpureo vivaque nitentia lympha
membra novat seque horrificis accomodat actis.
tempora tum vittis et supplice castus oliva
implicat et stricto designat litora ferro:
circum humiles aras ignotaque nomina divum
instituit silvaque super contristat opaca.

348 *horruit* Wofius. **350** *cum* Ch Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1878]. *regum* Gron. Vossius Burm. Schenkl Baehr., *operum* Heins., *iuvenum* Damsté. **355** *iacta* Francius Heins. *repellat* Baehr. **359** *sonitu* Parrhasius. *iuga* Bon. II Ven. I II Hth, *vaga* Bon. I Iunt. I II Ald. *arcos* VS Bon. I, *artos* P, *agros* C Ch, *arces* m_2 Ac, *arctos* R T Bon. II Ven. I II Pius Ald. Heins. seqq. **360** *patrios* C Ch. **362** *at tunc* Sabellicus. *quies* Heins. *neque magis* V Ox, *ne que magis* M, *ne quae magis* P, *neque magnis* C m_2 Carr. Alardus Patav., *neque iam magis* T Ath, *neque inanibus* Heins., *nec quae magis* Vossius Caussin seqq. **363** *laesorum* codd. Bon. I II Ven. I II, *caesorum* Iunt. I seqq. **365** *aegro adsidue* codd. Ath, *egros assidue* Par. Q, *aegra adsiduo* Heins. Burm. Thilo seqq. *caeditur aestu* Parisiensis antiqua Carr., *crupitur igni* Par. Q. **367** *patriae* Heins. *sacerque* codd., *sacer atque* T m_2 Ac, *acerque* C Carr. seqq. **371** *ingibus* Heins. **372** *plebeum—Mopsum* Bon. I, *phoebeus—Mopsus* Bon. II Ven. I II. **374** *labor* Heins. Burm. *tibi* codd. edd. ante Burm., *mihi* Parrhasius, *sibi* Pius Ald. Vossius Heins. Burm. seqq. **375** *cum* V, *quom* P, *cum iam* T B Bon. I II Ven. I II, *cur iam* Ath, *cur tam* Burm., *cur* m_2 Carr. Alardus Patav. Thilo seqq. **376** *insania* Parrhasius. **378** *ad astra* Mirandula. **379** *brevis* Pius. **380** *perpetitur* Pius. **389** *suis* Peerlkamp Baehr. **390** *pulsat* Pius Eng. Colin. Gryph. **392** *laeva* B Heins. Patav., *scaeva* Baehr. *si—si* T Bu Burm. seqq. usque ad Thil. praeter Delam., *si—vel* Bon. II Ven. I II Ald., *si—et* Heins. Patav. Bip. Schenkl. *seu—et* Ellis Langen, *sed—sed* Summers. *culpa* codd. Ah, *culpae* Bu Balbus Vossius Heins. seqq. **393** *agitat* T Ac. **394** post *resides* edd. ante Burm.. Harles Bip. Lemaire alii distinxerunt. **396** *qualem* Heins. **397** post *viam* nonnulli ante Burm., Harles Bip. Wagner alii signum minoris distinctionis statuerunt. *condita* Bentley. *vate* codd. edd. ante Wagnerum, Delam., *mente* Bentley, *menti* Schenkl Langen, *fato* vel *vittae* Heins., *vati* Bu Burm. Wagner seqq. **398** *et* Bon I. **399** *Eumenidum* C Carr. Alardus Patav. *at* Peerlkamp. **401** *axes* nonnulli apud Pium, *ignes* Heins. **402** *sitae* V, *citae* V_1 S m Bon. I Iunt. I II, *cite* T, *caecae* B Bu Sabinus Parrhasius. *tacitaeque* Bon. II Ven. I II Pius Maser. seqq. *immorataque* Eng. **403** *Averna* Heins. *undarumque* d'Orville. **404** *subitus* Sabinus. *pigro* Heins. **406** *Celenus* Maser., *Celaenus* Thilo seqq. **407** *lerat* Heins. **410** *volens caelum* Parrhasius. **411** *accenderit* Burm. Baehr. Gebbing Schenkl Fr. Reuss, *escenderit* Weichert. *puniceis—undis* Weichert. **412** *adhibere* codd. Heins. seqq., *adhibeto* T Ah, *adhibeque* Maixner Samuellson, *adhibe* m_2 Slothouwer Madvig Baehr. Leo. *auratque* Koestlin. **413** *bima* Eng. Colin. Gryph. Schenkl Koestlin, *bina* vel *bima* Pius. **416** *placitis* Ox Ath Baehr. *se dent* Heins. *sine litora* Parrhasius. **417** *gelidis—horis* Gr.. *madidis—alis* nonnulli apud Pium, *mediis—oris* Bon. I II Ven. I II Pius. **420** *aversis* Baehr. *Asopia* C, *Esapia* Bu Iunt. I II Maser., *sese pia* Bon. I, *esepia* codd., *aes(a)epia* Bon. II seqq.

utque metum numenque loco sacramque quietem
addidit, ardenti nitidum iubar evocat alto.
Atque Argoa manus variis insignis in armis
ibat agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hic longe candenti veste sacerdos
occurrit ramoque vocat: iamque ipse recenti
stat tumulo placida trasmittens agmina lauro:
ducit et ad fluvios ac vincula solvere monstrat
prima pedum glaucasque comis praetexere frondes
imperat, hinc alte Phoebi surgentis ad orbem
ferre manus totosque simul procumbere campis.
tunc piceae mactantur oves, prosectaque partim
pectora, per medios partim gerit obvius Idmon.
ter tacitos egere gradus, ter tristia tangens
arma simul vestesque virum lustramina ponto
pone iacit; rapidis adolentur cetera flammis.
quin etiam truncas nemorum effigiesque virorum
rite locat quercus simulataque subligat arma.
huc Stygias transire minas iramque severi
sanguinis, his orat vigiles incumbere curas,
atque ita lustrifico cantu vocat: « ite perempti
ac memores abolete animas; sint otia vobis,
sit Stygiae iam sedis amor; procul agmine nostro
et procul este mari cunctisque absistite bellis.
vos ego nec Graias umquam contendere ad urbes
nec triviis ululare velim, pecorique satisque
nullae ideo pestes nec luctifer ingruat annus,
nec populi nostrive luant ea facta minores. »
dixerat, et summas frondentibus intulit aris
libavitque dapes, placidi quas protinus angues,
umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.
Continuo puppem petere et considere transtris
imperat Ampycides nec visum vertere terrae:
exciderint quae gesta manu, quae debita fatis.
illi alacres pars arma locant pars ardua celsis
insternunt tabulata toris oriturque trementum
remorum sonus et laetae concordia vocis.
Iuppiter urguentem ceu summa Ceraunia nubem
cum pepulit movitque iugis, fulsere repente
et nemora et scopuli nitidusque reducitur aether;
sic animi rediere viris, iamque ipse magister
nutat ab arce ratis remisque obsistere tendit.
instaurant primi certamina liber amictu
Eurytus et dictis Talai non territus Idas;
inde alii increpitant atque aequora pectore tollunt.
par gemitu pulsuque labor, versumque vicissim
mittitur in puppem remo mare. laetus et ipse
Alcides « quisnam hos vocat in certamina fluctus? »
dixit, et intortis adsurgens arduus undis
percussit subito deceptum fragmine pectus,
atque in terga ruens Talaum fortemque Eriboten
et longe tantae securum Amphiona molis
obruit inque tuo posuit caput, Iphite, transtro.
Iam summas caeli Phoebus candentior arces
vicerat et longas medius revocaverat umbras.
tardior hinc cessante viro quae proxima Tiphys
litora quosque dabat densa trabe Mysia montes
advehitur. petit excelsas Tirynthius ornos:
haeret Hylas lateri passusque moratur iniquos.
Illum ubi Iuno poli summo de vertice puppem
deseruisse videt, tempus rata diva nocendi
Pallada consortem curis cursusque regentem,
nequa inde inceptis fieret mora, fallere prima
molitur caroque dolis avertere fratri.
tum sic adloquitur: « procerum vi pulsus iniqua
germanique manu (repetis, quo crimine) Perses
barbaricas iam movit opes Hyrcanaque signa;
Aeetes contra thalamis et virgine pacta
conciliat reges Scythicos, primusque coacta
advehit Albana Styrus gener agmina porta.
bellum ingens, atque ipse citis Gradivus habenis
fundit equos. viden Arctoo de carcere quanta
tollat se nubes atque aequore pendeat atro?
corripe prima vias; finem cum Phasidis alti
transierit Perses aciemque admoverit urbi,
coepta refer paulumque nefas et foedera necte
consiliis atque arte tua. sponde, adfore reges
dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat. »
at virgo, quamquam insidias aestusque novercae
sentiat et blandos quaerentem fingere vultus,
obsequitur tamen et iussas petit ocius oras.
Ingemuit Iuno tandemque silentia rumpit.

429 *emicat* Froehner Sandstroem Langen. **430** *Ast Argoa* Baehr. **432** *huic* Heins., *his* Burm. *in veste* Burm. **433** *novat* C Pius Eng. Colin. Gryph. Carr. Schenkl, *rigat* vel *ramo irrorans atque ipse* Heins., *dicat* Fr. Reuss **436** *glaucaque* V B T m Ac, *glaucasque* C P m_2 Carr. seqq. *comas—fronde* B T Ac. **438** *totisque—campis* codd. Ath Bury, *pronisque—palmis* Ph. Wagner, *totosque—campis* Eyssenhardt Thilo seqq. **439** *profectaque* Ald. post hunc versum Burm. olim lacunam statuit. **440** *fert ara* vel *in pyra* vel *fert pyra* vel *aethere* vel *torret* Heins., *reddit* vel *porgit* Burm., *viscera* vel *corpora* Schenkl olim, *corpora* Loehbach olim, *tergora* Loehbach Baehr. Langen, *per fora* Ph. Wagner, *per loca* Sandstroem. *fert Mopsus* H Harles Wagner Lemaire. *partem* codd. edd., *partim* Ald. Cth Ph. Wagner Thilo Schenkl Baehr. Koestlin. *adnuit inde* Sandstroem. post *medios* Koestlin interpunxit, totus versus Thiloni corruptus visus est. **443** *abolentur* Wakefield. **444** *truncos* Zinzerlingus Crusius Fr. Reuss. *munerum* Withofius Baehr. *excisasque* vel *viduasque* vel *immunesque* [*suorum*] vel *exutasque* [*virorum*] Heins., *effigieque* Crusius. **445** *circum* Fr. Reuss. **446** *amnemque* Parrhasius. **447** *agminis* Heins. **448** *sonat* Slothouwer. **449** *minas* P Vossius olim, Lennep Heins. Langen, *animos* Pius Postgate Bury. **451** *ite* Ac praeter Pium. **454** *adeo* Heins. Patav. Delam. *letifer* Manitius. **455** *populis* Bon. II Ven. I II Maser. *nostri vel antea* V S m, *nostri vellent* Bu, *nostri luant* T, *nostri velent* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *nostrive luant* C T_1 m_2 edd. **456** *sumptas* Fr. Reuss. **460** *advertere* Heins. **461** *exciderunt quae* B Bon. II Ven. I II Ald., *exciderint qua* nonnulli apud Pium, *exciderint quo*—[*ceu debita*] vel *qua* [*qua debita*] Heins., *exciderent quo* Slothouwer, *exciderint ne* Eyssenhardt. *animo* Slothouwer. **462** . . . . . V S, *summis* B T m Bu Cok Ac Delam. Damsté Bury, *scirpeis* Schenkl, *celsis* C Carr. seqq. **463** *foris* H Parrhasius Maser. Hth praeter Delam. **467** *maria* Baehr. **469** *insistere* Ph. Wagner Langen. *tentat* Baehr., *tendunt* Schenkl Ieep Langen, *suadet* Ph. Wagner. **471** *ealai* V, *eali* S T m Bon. I, *aeali* B, *elai* P, *Talai* Bon. II seqq. **473** *fremitu* Thilo. *fragor* Baehr. **474** *mittimur* T Bon. II Ven. I II. **478** *Talaon* R Parrhasius. **480** *obtulit* Bon. II Ven. I II. **481** *ardentior* Baehr. **482** *strinxerat* Heins. **483** *euro* Maser. Patav. Baehr., *aura* vel *euro* Heins. **484** *densos* Ath praeter Ald. Carr. Patav. **486** *passusque—amicos* vel *passuque—iniquo* Heins. **489** *in curis* Madvig, *curae* Markland. **490** *primo* Ald., *primam* Heins. **493** *repetit quo crimine* codd. edd. ante Burm., *repetito crimine* Ald. Vossius, *rapido molimine* Markland, *repetit discrimina* Columbus. *repetis quo crimine* Maser. Burm. seqq. Heinsio duo versus intercidisse videntur. **495** *aethes* V, *oethes* Pm T Bon. I, *oetheis* m_2, *oeethes* T_2, *aeetes* Bon. II seqq. **497** *ab ora* Fr. Reuss. **499** *cardine* Heins. Schenkl Baehr. Langen. **500** *aethere* Francius Schenkl Baehr. Langen, *aequora* Peerlkamp Fr. Reuss. *inque—atra* Peerlkamp, *adque—atra* Fr. Reuss. **502** *faciemque* codd. Ah, *aciemque* Bon. II Ven. I II Maser. Heins. seqq. **503** *tantumque* vel *pavidumque* vel *vafrumque* vel *paulumque* Heins., *fraudumque* Ellis, *Peliaeque* Burm. olim, Harles. *moras* Burm. Doeringius Wagner Huguet Schenkl Baehr. Langen. **506** *astusque* Bon. II Ven. I II Ald. Balbus Eng. Colin. Gryph. Schenkl Baehr. Gebbing. Langen.

« en labor, en odiis caput insuperabile nostris.
quam Nemeen tot fessa minis, quae bellave Lernae
experiar? Phrygiis ultro concurrere monstris
nempe virum et pulchro reserantem Pergama ponto
vidimus. en ego nunc regum soror! et mihi gentis
ullus honos? iam tum indecores iustaeque dolorum
primitiae et tenero superati protinus angues.
debueram nullos iuveni iam quaerere casus
victa nec ad tales forsan descendere pugnas.
verum animis insiste tuis astumque per omnem
tende pudor; mox et Furias Ditemque movebo.»
haec ait et pariter laevi iuga pinea montis
respicit ac pulchro venantes agmine Nymphas,
undarum nemorumque decus. levis omnibus arcus
et manicae virides et stricta myrtus habena,
summo palla genu, tenui vagus innatat unda
crinis ad obscurae decurrens cingula mammae.
ipsa citatarum tellus pede plausa sororum
personat et teneris summittit gramina plantis.
e quibus Herculeo Dryope percussa fragore,
cum fugerent iam tela ferae, processerat ultra
turbatum visura nemus fontemque petebat
rursus et attonitos referebat ab Hercule vultus.
hanc delapsa polo piceaeque adclinis opacae
Iuno vocat prensaque manu sic blanda profatur:
« quem tibi coniugio tot dedignata dicavi
Nympha procos, en Haemonia puer adpulit alno,
clarus Hylas, saltusque tuos fontesque pererrat.
vidisti roseis haec per loca Bacchus habenis
cum domitas acies et Eoi fercula regni
duceret ac rursus thiasos et sacra moventem;
hunc tibi vel posito venantem pectine Phoebum
crede dari. quae spes Nymphis aufertur Achaeis!
praereptum quanto proles Boebeia questu
audiet et flavi quam tristis nata Lycormae! »
sic ait et celerem frondosa per avia cervum
suscitat ac iuveni sublimem cornibus offert.
ille animos tardusque fugae longumque resistens
sollicitat suadetque pari contendere cursu.
credit Hylas praedaeque ferox ardore propinquae
insequitur; simul Alcides hortatibus urguet
prospiciens: iamque ex oculis aufertur uterque,
cum puerum instantem quadripes fessaque minantem
tela manu procul ad nitidi spiracula fontis
ducit et intactas levis ipse superfugit undas.
hoc pueri spes fusa modo est nec tendere certat
amplius: utque artus et concita pectora sudor
diluerat, gratos avidus procumbit ad amnes.
stagna vaga sic luce micant, ubi Cynthia caelo
prospicit aut medii transit rota candida Phoebi:
tale iubar diffundit aquis; nil umbra comaeque
turbavitque sonus surgentis ad oscula Nymphae.
illa avidas iniecta manus heu sera cientem
auxilia et magni referentem nomen amici
detrahit; adiutae prono nam pondere vires.

Iam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
depulerat magnoque iugi stridore revulsas
terga super fulvi porrexerat horrida monstri
litora curva petens; alio nam calle reversum
credit Hylan captaque dapes auxisse ferina.
sed neque apud socios structasque in litore mensas
unanimum videt aeger Hylan nec longius acrem
intendens aciem. varios hinc excitat aestus
nube mali percussus amor, quibus haeserit oris,
quis tales inpune moras casusve laborve
attulerit; densam interea descendere noctem
iam maiore metu; tum vero et pallor et amens
cum piceo sudore rigor. ceu pectora nautis
congelat hiberni vultus Iovis agricolisve,
cum coit umbra minax, comitis sic adficit error
Alciden saevaeque monet meminisse novercae.
continuo, volucri ceu pectora tactus asilo
emicuit Calabris taurus per confraga saeptis
obvia quaeque ruens, tali se concitat ardens
in iuga senta fuga: pavet omnis conscia late
silva, pavent montes, luctu succensus acerbo
quid struat Alcides tantaque quid apparet ira.
ille, velut refugi quem contigit inproba Mauri
lancea sanguineus vasto leo murmure fertur
frangit et absentem vacuis sub dentibus hostem,

511 *quam ne maeaen* m, *quam nemean* T Bu, *quam Nemeam* Ah, *quem Nemee* Parrhasius, *quae Nemeae* Ald., *quae, Nemee* Summers. *nimis* Bon. I II Ven. I II. *quae belua* codd. Ah, *quem bellua* Parrhasius, *quaeve avia* Heins., *quae proelia* Ald. Vossius Zinzerlingus Gron. Patav. Harles seqq. usque ad Thil. Langen, *quae volnera* Ellis, *quae flumina* Burm. Thilo Schenkl Baehr. Koestlin, *quae bellave* Columbus Bury. **512** *experta est* Parrhasius. **513** *et victo* vel *pulso* Columbus, *et Teucro* vel *pulso* Heins., *et dubio* vel *medio* vel *glauco* Fr. Reuss, *adsueto* vel *et clauso* Loehbach, *et tuto* Wagner, *et puro* Wakefield Iacobs Huguet, *et pulso* Koestlin Bury. *coepto* Burm. Baehr. Schenkl Langen. *pacto* Doeringius, *penso* Ellis. **514** *en* Ald. **515** *nullus* S B Bu Bon. II Ven. I II, *qualis* Burm. *indecore* codd. Bon. I, *indecorae* Ac, *indecoris* Delam., *indecores* C H Bu T Parrhasius Ald. Carr. seqq. *iussaeque* codd. Ah, *cassaeque* H Pius Harles, *missaeque* Columbus, *lusaeque* Langen De la Ville de Mirmont, *iustaeque* Heins. seqq. **516** *ut* Heins. Thilo seqq., *a* Wagner Delam. **517** *debuerim* Baehr. **518** *posthac d.* H Harles. **519** *actumque* codd. Ah Delam., *astumque* Heins. seqq. *movebo* codd. Ac, *monebo* Bon. I, *per omnem* C Carr. seqq. **520** *ditem quomodo verbo* V Cok, *ditem quo movecbo* m, *ditem quoque verbo* Ox M_1 P T Bon. I Iunt. I II, *ditemque movebis* Bu, *ditem quoque verbis* B, *ditem quoque verto* Bon. II Ven. I II Maser. Ald., *ditemque ciebo* Pius Eng. Colin. Gryph., *ditemque moveto* Heins., *ditemque movebo* M C m_2 Parrhasius Carr. seqq. **521** *levi* V m Eng. Colin. Gryph., *laevis* Bu, *levis* Bon. I, *laevi* Bon II seqq. **524** *stricta et corytus* Reinesius Wagner Baehr. Gebbing, *strictaque coturnus* Schenkl. *harena* codd , *avena* B Cok Bon. I Iunt. I II Maser. Ch Patav., *habena* T Bon. II seqq. **525** *umbra* codd. edd. ante Burm., *unda* nonnulli apud Pium, Iunt. I II Maser. Ald. Zinzerlingus Burm. seqq. **526** *obsutae* vel *exsertae* vel *exsectae* Heins. **527** *pulsa* m Peerlkamp Baehr. **530** *ultro* Ch. **533** *acclivis* Bon. I Iunt. I II Maser. **537** *carus* Baehr., *flavus* Loehbach. *montesque* Baehr. Langen. **539** *pecula* V, *percula* V_1. *praedia* R, *predia* T, *proelia* B Ald., *pericula* S N Iunt. I II. *per loca* m Cok Bon. I II Ven. I II, *prandia* Parrhasius. *pocula* C Carr. Giphanius Alardus. *spicula* Maser , *Penthea* Damsté, *fercula* Pius seqq. **540** *moveret* Pius Eng. Colin. Gryph. Lemaire Caussin Thilo Schenkl Baehr. Bury. **543** *praeceptum* Maser. **553** *spectacula* nonnulli apud Pium, *miracula* vel *spiracula* Burm. **555** *hac—mora* Parrhasius. *pueris perfusa* V S, *puero perfusa* B T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser., *pueri perfusa* Bu, *puero praeclusa* Parrhasius, *puero spes lusa* Eng. Colin. Gryph., *puero fuga clausa* H Harles, *pueri spes lusa* Pius Ald. seqq., *pueri spes fusa* C Balbus Carr. Alardus Bury. *tendere contra* Parrhasius. **557** *procurrit* B Bon. II Ven. I II Maser. **558** *quasi* Baehr., *ceu* Heins. Wagner Delam. Lemaire Caussin Huguet Schenkl Langen. **560** *dea fundit* Postgate. *simul* Loehbach. *unda* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875], *cubantem* Sandstroem. **562** *invecta* Maser. **564** *iam* Bu Damsté. **565** *ornum* Caussin. **566** *impulerat* Wagner Langen. *de rupe* Heins. **568** *alia* Schenkl Langen. *iam* Bu Burm. **569** *captatque—ferinas* Bon. I II Ven. I II. *hausisse* C Carr. Alardus. **571** *unanimum* Bulaeus. **573** *perfusus* Heins. **579** *imbre* Heins. Ellis. *Mimas* Ellis. **583** *quaque* Ac praeter Ald. **586** *appetat* Ch. **588** *fulmineus* Heins.

sic furiis accensa gerens Tirynthius ora
fertur et intento decurrit montibus arcu.
heu miserae quibus ille ferae, quibus incidit usquam
inmeritis per lustra viris! volat ordine nullo
cuncta petens; nunc ad ripas deiectaque saxis
flumina, nunc notas nemorum procurrit ad umbras.
rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat
avia; responsant silvae et vaga certat imago.

At sociis immota fides austrisque secundis
certa: mora est nec parvus Hylas, quamquam omnibus aeque
grata rudimenta; Herculeo sub nomine pendent.
illum omnes lacrimis maestisque reposcere votis,
incertique metu nunc longas litore voces
spargere nunc seris ostendere noctibus ignes.
ipse vel excelsi cum densa silentia montis
strata vel oblatis ductor videt aequora ventis
stat lacrimans magnoque viri cunctatur amore.
illius incessus habilemque ad terga pharetram,
illum inter proceres maestaeque silentia mensae
quaerit inops quondam ingenti conprensa trahentem
vina manu et durae referentem monstra novercae.

Nec minus interea crudelis iapyga Iuno
adsidue movet et primis cum solibus offert.
iamque morae inpatiens cunctantes increpat ausus
Tiphys et oblato monet otia rumpere cursu.
ergo animum flexus dictis instantis Iason
concedit sociosque simul sic fatur ad omnes:
« o utinam, Scythicis struerem cum funera terris,
vox mihi mentitas tulerit Parnasia sortes,
agmine de tanto socium qui maximus armis
adforet, hunc Iovis imperiis fatoque teneri
ante procellosum scopulis errantibus aequor.
necdum fama viri nec certior extitit auctor.
verum agite et, dubiis variant quia pectora curis,
consulite et, motis seu vos via flatibus urguet,
pergite et inceptos mecum revocate labores,
seu pluris tolerare moras rursusque propinquis
quaesivisse iugis, pretium haut leve temporis acti. »
dixerat; et studiis iandudum freta iuventus
orat inire vias; unum tanto afore coetu,
nec minus in sese generis dextrasque potentes
esse ferunt. tali mentem pars maxima flatu
erigit et vana gliscunt praecordia lingua.
saltibus ut mediis tum demum laeta reducit
cerva gregem, tum gestit aper reboatque superbis
comminus ursa lupis, cum sese Martia tigris
abstulit aut curvo tacitus leo condidit antro.
at pius ingenti Telamon iam fluctuat ira
cum fremitu, saevisque furens in iurgia dictis
insequitur magnoque inplorat numina questu.
idem orans prensatque viros demissaque supplex
haeret ad ora ducis, nil se super Hercule fari,
sed socio quocumque gemens: quamquam aspera fama
iam loca, iamque feras per barbara litora gentes,
non alium contra Alciden, non pectora tanta
posse dari. rursum instimulat ducitque faventes
magnanimus Calydone satus, potioribus ille
deteriora fovens semperque inversa tueri
durus et haud ullis umquam superabilis aequis
rectorumve memor. « non Herculis » inquit « adempti,
sed tuus in seros haec nostra silentia questus
traxit honor, dum iura dares, dum tempora fandi.
septimus hic celsis descendit montibus auster
iamque ratem Scythici forsan statuisset in oris;
nos patriae immemores, maneant ceu nulla revectos
gaudia, sed duro saevae sub rege Mycenae,
ad medium cunctamur iter. si finibus ullis
has tolerare moras et inania tempora possem,
regna hodie et dulcem sceptris Calydona tenerem
laetus opum pacisque meae, tutusque manerem
quis genitor materque locis. quid deside terra
haeremus? vacuos cur lassant aequora visus?
tu comitem Alciden ad Phasidis amplius arva
adfore, tu socias ultra tibi rere pharetras?

591 *discurrit* Baehr. Langen. **592** *feris* Schmitz Langen. **593** *heu miseri* Peerlkamp. *viri* Peerlkamp Schenkl Ieep Baehr. **594** *ad rupes* Heins. *saxi* Ac. **595** *fragmina* Iunt. I seqq. usque ad Carr. *nec notas* Heins., *nec motas* Eyssenhardt, *nunc motas* Ph. Wagner Palmer Schenkl, *nunc totas* Baehr., *nunc nigras* Koch, *nunc mutas* Fr. Reuss. **596** *Hyla—Hyla* Rutgersius. **598** *stat* Burm. Bentley Haupt Eyssenhardt. *iam mota* Ald. Wagner Huguet. **599** *causa* Ald. Burm. Wagner Crusius Lemaire Caussin Huguet Koestlin, *cunctantur* Koch. *moraes* V, *mores* S, *more* T, *morae est* Madvig Koestlin, om. Koch, *morae* m edd., *mora est* Eyssenhardt Ph. Wagner Thilo Baehr. Sandstroem Langen Bury. *non parvus* Ald. Crusius Wagner Lemaire Huguet Ph. Wagner, *praereptus* Heins., *non* vel *nec parvus* Burm., *nec tantus* Sandstroem, *nec partus* nonnulli apud Pium. *namque* Heins., *tamquam* Bentley Eyssenhardt Haupt. post *certa* Madvig Schenkl Baehr. Langen Bury interpunxerunt. **600** *gratus erat, movet* Koch. *sed nomine* Crusius Wagner Ph. Wagner. *pendit* Heins. Caussin. *ponat* Bentley Haupt Eyssenhardt, *pendet* Maser. **601** *meritisque* Bu Burm. **602** *longo* Burm. **603** *obtendere* Heins. **605** *optatis* Heins., *ablatis* Columbus. **606** *cunctatus* Heins., sublata post *amore* interpunctione. **610** *bina* M_1 Ox P, *viva* T edd. ante Eng. praeter Pium, *vana* B. *dura* VS, *dirae* T Ac, *durae* C m Pius Ald. Carr. seqq. **613** *iam* Bon. II Ven. I II, *austros* vel *auras* Burm., *ausum* vel *actus* Harles, *ultro* Koch Langen, *orsis* Baehr., *orsus* Postgate. **615** *aegre* Heins. Burm. **619** *socius* m T_1 Ac praeter Pium. Burm. seqq. usque ad Thil. **622** *haec tum* Baehr. hunc versum post v. 627 Bury transposuit. **623** *in dubiis* Ald. *variant qui* V, *variant qui* S T B m Bon. I Iunt. I II Maser. Ald., *variant quis* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph. Bulaeus, *quibus anxia* C Ch, *variant per* Cok, *variant quae* T R Bu Parrhasius Balbus, *variant quia* Heins. seqq. **624** *consulite Aeoliis seu* Brouhkusius. **625** *revocare* Brouhkusius. **626** *seu plures* codd. Ath Loehbach, *sive libet* vel *seu prius est* vel *seu placitum est* vel *seu plus stat* [*morae*] Heins. *stat ferre m.* Loehbach. *cursusque* Parrhasius. **627** *acti est* Brouhkusius, *et quae* Bu, *aeque* R T_1, *ecce* Heins. **628** *at* Burm. Baehr. Bury. *erecta* Baehr. **629** *obfore* edd. ante Eng. praeter Pium, *adfore* T_1. **630** *dextraeque potentis* Heins. **631** *fastu* Crusius. **633** *Medis* Heins. **634** *cum* Parrhasius. *reboantque* Wagner. **635** *arva* Wagner. *Caspia* Heins. **638** *tum* Heins. *ferens iurgia* V, *ferens in iurgia* T_1 B m, *fremens in iurgia* Cok, *ferens fera iurgia* S T N Ac, *serens fera iurgia* Ald. Balbus Zinzerlingus Thilo seqq., *ferens iniuria* Samuellson, *furens periuria* Koestlin Langen Bury, *serens iam iurgia* Baehr., *furens in iurgia* C Bu Cth. **639** post *insequitur* Koestlin interpunxit. **640** *dememorans* C Ch, *demum orans* Vossius. **642** *ferat* Baehr. *namque* vel *quamquam* Burm. ante *gemens* Schenkl Koestlin Bury interpunxerunt. **645** *cursum* Parrhasius Maser. *foventis* Parrhasius. **646** *magnanimis* Postgate. *potior quibus ille* Eyssenhardt, *pro moribus ille* Baehr. Langen, *potiora perosus* Koch, *potioribus idem* Koestlin, *potioribus hostis* Sandstroem. **647** *universa* T Bon. I Iunt. I II. **649** *actorumve* Postgate. **656** *illis* Cok Heins. **660** *cura* Heins. **661** *laxant* T Iunt. I seqq. usque ad Carr. praeter Maser. **662** *tum* m Iunt. I II, *tun'* Pius Maser. Eng. seqq. usque ad Carr.

non ea fax odiis? oblitave numine fesso
Iuno sui? nova Tartareo fors semine monstra
atque iterum Inachiis iam nuntius urguet ab Argis.
non datur haec magni proles Iovis; at tibi Pollux
stirpe pares Castorque manent, at cetera divum
progenies, nec parva mihi fiducia gentis.
ast egomet, quocumque voces, sequar; agmina ferro
plura metam, tibi dicta manus, tibi quidquid in ipso
sanguine erit, iamque hinc operum quae maxima posco.
scilicet in solis profugi stetit Herculis armis
nostra salus. nempe ora aeque mortalia cuncti
ecce gerunt; ibunt aequo nempe ordine remi.
ille vel insano iandudum turbidus aestu,
vel parta iam laude tumens consortia famae
despicit ac nostris ferri comes abnuit actis.
vos, quibus et virtus et spes in limine primo,
tendite, dum rerum patiens calor et rude membris
robur inest; nec enim solis dare funera Colchis
sit satis et tota pelagus lustrasse iuventa.
spes mihi quae tali potuit longissima casu
esse fuit; quiscumque virum perquirere silvis
egit amor; loca vociferans non ulla reliqui.
nunc quoque, dum vario nutat sententia motu,
cernere devexis redeuntem montibus opto.
sat lacrimis comitique datum, quem sortibus aevi
crede vel in mediae raptum tibi sanguine pugnae. »

Talibus Oenides urguet: simul incita dictis
heroum manus. ante omnes Argoa iubebat
vincla rapi Calais. furias miratur ovantum
Aeacides, multusque viri cunctantia corda
fert dolor, an sese comitem tam tristibus actis
abneget et celsi maerens petat ardua montis.
non tamen et gemitus et inanes desinit iras
fundere. « quis terris pro Iuppiter » inquit « Achaeis
iste dies! saevi capient quae gaudia Colchi!
non hi tum flatus, non ista superbia dictis,
litore cum patrio, iam vela petentibus austris,
cunctus ad Alciden versus favor; ipse iuvaret,
ipse ducis curas meritosque subiret honores.
iamne animis, iam gente pares, satque inclita vulgi
dextera? nulla fides, nulli super Hercule fletus?
nunc Parthaonides, nunc dux mihi Thracia proles?
aspera nunc pavidos contra ruit agna leones?
hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam,
quae neque iam frondes virides nec proferet umbras,
ut semel est evulsa iugis ac matre perempta
fida ministeria ed duras obit horrida pugnas,
testor et hoc omni, ductor, tibi numine firmo:
saepe metu, saepe in tenui discrimine rerum
Herculeas iam serus opes spretique vocabis
arma viri, nec nos tumida haec tum dicta iuvabunt ».

Talibus Aeacides socios terroribus urguens
inlacrimat multaque comas deformat harena.
fata trahunt, raptusque virum certamine ductor
ibat et optenta mulcebat lumina palla.
hic vero ingenti repetuntur pectora luctu,
ut socii sedere locis nullaeque leonis
exuviae tantique vacant vestigia transtri.
flet pius Aeacides, maerent Poeantia corda,
ingemit et dulci frater cum Castore Pollux.
omnis adhuc vocat Alciden fugiente carina,
omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto.

Dat procul interea toto pater aequore signum
Phorcys et inmanes intorto murice phocas
contrahit antra petens; simul et Massylus et una
Lyctius et Calabris redit armentarius arvis.
ilicet extremi nox litore Solis Hiberas
condidit alta domos et sidera sustulit axis.
flamina conticuere, tacet cum flatibus aequor.
Amphitryoniades nec quae nova lustra requirat,
nec quo temptet iter, comitis nec fata parenti
quae referat, videt, aut socios qua mente revisat.

664 *nostra ea fax* Bon. II Ven. I II, *non ea pax* Heins. Baehr. Langen, *non ea lex* Loehbach, *non satiata* Fr. Reuss. *oblitaque* T Ath. post *odiis* Koestlin ac Bury signum interrogationis posuerunt. **665** *fert* m_2 Delam. *semina* Koestlin. post *sui* Koestlin ac Bury signum interrogationis posuerunt. **667** *non erit hic* Peerlkamp. **670** *et ego et* V, *ast ego et* S, *atque egomet* Thilo, *et egomet* m, *en ego en* Caussin, *en egomet* H Parrhasius Heins. Harles Schenkl Koestlin Langen, *namque ego te* E. Reuss, *et comitem* Sandstroem, *en ego eo* Madvig Baehr., *en ego te* Bury, *adsum* vel *adsto egomet* Burm., *ast egomet* C T edd. *vocas* Iacobs Ph. Wagner Thilo Schenkl Madvig Koestlin Langen, *voles* Baehr., *sequar* Bury, *qua tegmina* codd. edd., *quaque agmina* Heins. Caussin, *quaeque agmina* Burm., *quoque agmina* Koestlin, *quaqua agmina* Baehr., *quanto agmine* Oudendorp, *quanta agmina* Madvig, *quatis agmina* Sandstroem, *sequar agmina* Iacobs Wagner Lemaire Huguet Ph. Wagner Thilo E. Reuss Schenkl Langen. **671** *plura metas* Heins., *plura metat* Burm., *prima metam* Schenkl, *rupta metam* Baehr. Langen, *Sauromatum?* Sandstroem, *dura metum* E. Reuss Bury, *tota metam* Ph. Wagner. *quidquid* codd., *mihi quidquid* Koestlin, *tibi quidquid* T m edd. *isto* Heins. Harles. **674** *cunctis* Eyssenhardt. **675** *ibant* codd. Bon. I II Ven. I II Delam. totus versus Eyssenhardtio spurius visus est. **678** *nostri* Baehr. Schmidt Gebbing. **679** *pectine* Parrhasius. **681** *solum* Baehr. versus **681-82** Koestlin ac Bury ita constituerunt: *robur inest, tota p. l. iuventa Sit satis: est nec enim soli d. f. Colchis.* **683** *talis* codd. Bon. I, *tali* Bon. II seqq. **684** *quemcumque* Parrhasius. **685** *reliquit* Bon. I II Ven. I II. **686** *hunc* Parrhasius. **688** *stat* codd. Bon. I, *sat* T m_2 Bon. II seqq. *sorte vel* Heins. **689** *pulvere* vel *et in media—vulnere pugna* Burm. **690** *Oenidae surgit* Postgate Bury. **691** *argiva* P T Ac. *videbat* T B Bu Bon. I. **700** *ferentibus* Crusius, *prementibus* Baehr. **703** *adque* codd. edd., *aeque* Vossius Heins. Madvig Sandstroem Koestlin Langen, *iamne* Francius, *satne* Ellis, *satque* Thilo. *vulvi* V, *vultu* S, *multum* Heins., *vultum* B, *iuxta* Baehr., *vulgat* Bury, *fulgit* Madvig Langen, *belli* Koestlin, *fulsit* Ellis, *parvi* Fr. Reuss, *vel vi* Sandstroem, *vulgi* T m edd. **705** *Porthaonides* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I Langen, *Porthoanides* Iunt. II, *Parthaonides* Pius Maser. seqq. **708** *neque* P B T Ac. *frondes* vel *viridis* Ph. Wagner. **709** *aevulsa* V, *avulsa* T Ac, *excussa* C Ch, *excisa* Vossius Heins., *evulsa* P Burm. seqq. **712** *leti* Burm. **713** *Herculeae—opis* vel *Herculeam—opem* Heins. **714** *timida* Bon. I. **715** *sermonibus* C Carr. Alardus. **718** *flebat—celabat* Heins. **720** *foris* Heins. **721** *fastigia* Sandstroem Schenkl [Phil. Anz. 1883] Langen. **723** *duplici* Weichert olim. **726** *moto* Heins. **731** *aris* V S B T Ac, *alis* R T_1, *arcis* Bu, *arvis* Bon. II Ven. I II Ald., *astris* C Cth, *undis* Thilo olim, *axis* m_2 I. et G. Vossius Heins. Caussin Thilo seqq. **732** *flumina* V S, *flamina* C T edd. *iacet* codd. edd., *tacet* Burm. Thilo Schenkl Langen Bury. *sine flatibus* C Carr. Alardus, *cum fluctibus* Baehr., *sine fluctibus* Vossius Heins. Harles. seqq. usque ad Thilonem, excepto Delam. **734** *tendat* Heins. *perempti* T Parrhasius Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph. Carr. seqq. usque ad Caussinum, Thilo Sandstroem. *parenti* vel *perempti* Pius Maser. **735** *quo referat* Ald. Burm., *quire ferat* Sandstroem.

urit amor solisque negat decedere silvis.
non aliter gemitu quondam lea prolis ademptae
terga dedit; sedet inde viis, inclusaque longo
pervigilant castella metu; dolor adtrahit orbes
interea et misero manat iuba sordida luctu.

LIBER QVARTVS

Atque ea non oculis divum pater amplius aequis
sustinuit, natique pios miseratus amores
Iunonem ardenti trepidam gravis increpat ira.
« ut nova nunc tacito se pectore gaudia tollunt!
haeret inops solisque furit Tyrinthius oris.
at comite immemores Minyae facilesque relicto
alta tenent. sic Iuno ducem fovet anxia curis
Aesonium, sic arma viro sociosque ministrat.
iam quibus incertam bellis Scythicaeque paventem
gentis opes, quanta trepidam formidine cernam!
tum precibus, tum me lacrimis et supplice dextra
adtemptare veto; rerum mihi firma potestas.
i, Furias Veneremque move; dabit inpia poenas
virgo nec Aeetae gemitus patiemur inultos ».
dixit et arcano redolentem nectare rorem,
quem penes alta quies liquidique potentia somni,
detulit inque vagi libavit tempora nati.
ille graves oculos et Hylan resonantia semper
ora ferens, ut nulla deum superare potestas,
procumbit. tandem fessis pax reddita silvis,
fluminaque et vacuis auditae montibus aurae.
Ecce puer summa se tollere visus ab unda
frondibus in croceis et iniquae munere Nymphae,
stansque super carum talis caput edere voces:
« quid, pater, in vanos absumis tempora questus?
hoc nemus, haec fatis mihi iam domus, inproba quo me
Nympha rapit saevae monitu Iunonis; in amnes
nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli
conciliat iungitque toros et fontis honores.
o dolor! o dulces quas gessimus ante pharetrae!
iam socii laetis rapuerunt vincula ventis,
hortator postquam furiis et voce nefanda
inpulit Oenides. verum cum gente domoque
ista luet saevaeque aderunt tua numina matri.
surge age et in duris haut umquam defice; caelo
mox aderis teque astra ferent; tu semper amoris
sis memor et cari comitis ne abscedat imago».
talibus orantem dictis visuque fruentem
ille ultro petit et vacuis amplexibus instat
languentisque movet frustra conamina dextrae:
corpus hebet somno refugaque eluditur umbra.
tum lacrimis, tum voce sequi, tum rumpere questus;
cum sopor et vano spes maesta resolvitur actu.
fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi
cum rapit Halcyones miserae fetumque laremque,
it super aegra parens queriturque tumentibus undis
certa sequi, quocumque ferant, audetque pavetque,
icta fatiscit aquis donec domus haustaque fluctu est;
illa dolens vocem dedit et se sustulit alis.
haut aliter somni maestus labor. exilit amens
effusisque genas lacrimis rigat. « ibimus » inquit,
« solus et hos montes desertaque lustra tenebis,
care puer, nec res ultra mirabere nostras? »
haec fatus relegitque vias et vallibus exit
incertus, quid Iuno ferat, quas apparet iras.
nec minus et socios cernit procul aequore ferri
praecipites tacitumque pudet potuisse relinqui.
Iamque iter ad Teucros atque hospita moenia Troiae
flexerat Iliaci repetens promissa tyranni:
cum maesto Latona simul Dianaque vultu

736 *solusque* E. Reuss Gebbing Summers Langen, *solumque* Baehr. **737** *gemitum* Heins. Bussenius Langen. *gemitus* Burm. Schenkl. *quaerit* E. Reuss. *leo* Strozа Pius Alardus. post hunc versum Thilo lacunam statuit. **738** *signa legit* Thilo, *torva dedit* Schenkl, *aegra dedit* Heins. Bussenius Langen, *orba dedit* Burm., *arva quatit* Iacobs, *signa dedit* Loehbach, *indicia* E. Reuss, *aegra redit* Baehr., *rura sinit* Ph. Wagner, *tarda redit* Spitzer. *sedet in deviis* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *sedet in triviis* Ald., *insistitque viis* E. Reuss, *sedet indignans* Bussenius, *sedet in biviis* vel *cedantque viis* vel *cessere viis* vel *sedet in tesquis* Heins., *sedet in dumis* Ph Wagner, *incensaque* Bussenius. **739** *pervigil ante cubile metu* Bussenius. *adtrahit urbes* B Ac praeter Pium, *at trahit orbes* Hermann, *atterit orbam* vel *orbus* vel *attrahit artus* Heins. **740** *via* Samuelsson. *fletu* vel *fluctu* Heins.

Lib. IV. **1** *atque* B Iunt. I II Pius Ald. seqq. usque ad Carr. *adspicere* Peerlkamp. **3** *trepida* Iunt. I II Maser. Ald. **4** *te* Burm. *te* Carr. I. . . . V m, *sub* S T Cok Ath Schenkl, *te* Carr. II Alardus Patav., *se* m₂ Heins. Caussin Thilo seqq. *volvunt* S H Cok, *tollis* Schenkl. **5** *moeret* B Bu Bon. II Ven. I II Maser., *moeret* vel *errat* Heins., *errat* Declerq. *arvis* H Drakenborch Harles. **7** *his* Heins. *foves* Schenkl. **8** *viros* codd. Ah Burm., *viris* marg. Bon. I, *viro* Heins. seqq. *ministras* Schenkl. post *ministrat* signum interrogationis Baehr. statuit. **9** *insertam* Maser. Heins. Patav., *incensam* Peerlkamp. **13** *in* B Bon. I *voluntas* Langen. **14** *aetae* V, *oetae* S m Bon. I Ven. I, *oethae* T, *oeetae* Bon. II Ven. II, *aeaetae* Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph., *aeetae* Maser. seqq. **17** *depluit* Heins. Crusius *libavit* Heins. **19** *premens* Baehr. *ut nulla deos* vel *ius nulla deum* vel *vim nulla deum* vel *ut nulla adeo* vel *ut nulla deum* Heins. **21** *fluminaque aeque cavis* Heins. **23** *inimicae* Baehr. **26** *hi fontes* Heins. Thilo, *heu fatis* Dilthey d'Orville Meyncke Schenkl Langen, *haec sedes* Baehr. Gebbing, *hic fatis* Loehbach. *fons domus* Loehbach. *quae* Koestlin olim, *quo* Koestlin. post *inproba* edd. ante Carr. interpunxerunt. **27** *inanes* C M₂ P Cth praeter Vossium et Caussin., *et astu* vel *et arte* Heins., *in arces* Iacobs Wagner Huguet Thilo Schenkl Baehr., *in amne* Bury. **28** *quin Iovis accessus etiam et mihi* Heins. *limina* Cok Bon. II Ven. I II Maser. Zinzerlingus Hth, *numina* Baehr Langen Bury. **29** *iungit* Meyncke. . . . . . VS, *preces* T Ac Hth, *suos* C Ch, *socios* Meyncke. *toros* Burm. Thilo seqq. *frontis* Baehr. **30** *pharetram* Vm, *pharetras* S T B Ac Burm., *pharetrae* C m₂ Carr. seqq. **31** *laetis—votis* vel *oblatis—ventis* Heins. *rapuerunt* Zinzerlingus Burm. **34** *sua* Heins., *tria* Burm., *tua* vel *sua* vel *tria* Wagner. **35** *aut* T Bon. I. **36** *nunc* Burm., *tum* Bury. **40** *languentesque* Ald. **43** *vani* Crusius. *aestu* Heins., *ictu* Burm., *ausus* Crusius. **45** *cur* Iunt. I II. *(h)alcyonis* codd. Ah, *halcyones* Heins seqq. **46** *stat* Francius, *nat* Burm. *geriturque* vel *quatiturque* Heins., *rehiturque* Sandstroem. **48** *ricta* Heins. Loehbach Baehr. Bury. **52** *at* Crusius. **54** *relegitque* Maser. **58** *tenedos* P Bon. I.

ante Iovem stetit et supplex sic fatur Apollo:
in quem alium Alciden, in quae iam tempora differs
Caucaseum, rex magne, senem? nullumne malorum
finem adeo poenaeque dabis? te cuncta precatur
gens hominum atque ipsi iam te, pater optime, montes
fessaque cum silvis orant iuga. sat tibi furtum
ignis et aetheriae defensa silentia mensae ».
dixit ubi, e scopulis media inter pabula diri
vulturis ipse etiam gemitu maestaque fatigat
voce Iovem saevis relevans ambusta pruinis
lumina; congeminant amnes rupesque fragorem
Caucaseae; stupet ipse dei clamoribus ales.
tunc etiam superas Acheronte auditus ad arces
Iapetus gravis; orantem procul arcet Erinys
respiciens celsi legem Iovis. ille dearum
fletibus et magno Phoebi commotus honore
velocem roseis demittit nubibus Irim.
« i, Phrygas Alcides et Troiae differat arma.
nunc » ait « eripiat dirae Titana volucri ».
diva volat defertque viro celeranda parentis
imperia atque alacrem laetis hortatibus implet.
Iam Minyae mediis clarae per sidera noctis
fluctibus intulerant placido cava lintea cursu,
multaque deserto memores super Hercule volvunt.
Thracius at summa sociis e puppe sacerdos
fata deum et miserae solans incommoda vitae
securum numeris agit et medicabile carmen,
quod simul adsumpta pulsum fide, luctus et irae
et labor et dulces cedunt e pectore nati.
Interea magni iam iam subeuntibus astris
Oceani genitale caput, Titania frenis
antra sonant; Sol auricomis cingentibus Horis
multifidum iubar et bisseno sidere textam
loricam induitur: ligat hanc qui nubila contra
balteus undantem variat mortalibus arcum.
inde super terras et eoi cornua montis
emicuit traxitque diem candentibus undis,
et Minyas viso liquerunt flamina Phoebo.
Proxima Bebrycii panduntur litora regni,
pingue solum et duris regio non invida tauris.
rex Amycus; regis fatis et numine freti
non muris cinxere domos, non foedera legum
ulla colunt placidas aut iura tenentia mentes.
quales Aetnaeis rabidi Cyclopes in antris
nocte sub hiberna servant freta, sicubi saevis
advectet ratis acta notis tibi pabula dira
et miseras, Polypheme, dapes; sic undique in omnes
prospiciunt cursantque vias, qui corpora regi
capta trahant. ea Neptuno trux ipse parenti
sacrifici pro rupe iugi media aequora supra
torquet agens. sin forma viris praestantior adsit,
tum legere arma iubet sumptisque occurrere contra
caestibus; haec miseris sors est aequissima leti.
huc ubi devectam Neptunus gurgite puppem
sensit et extremum nati prospexit in oras
et quondam laetos domini certamine campos,
ingemit ac tales evolvit pectore questus:
« infelix imas quondam mihi rapta sub undas,
nec potius magno, Melie, tum mixta Tonanti!
usque adeone meam quacumque ab origine prolem
tristia fata manent? sic te olim pergere sensi,
Iuppiter, iniustae quando mihi virginis armis
concidit infelix et nunc chaos implet Orion.
nec tibi nunc virtus aut det fiducia nostri,
nate, animos opibusque ultro ne crede paternis.
iam iam aliae vires maioraque sanguine nostro
vincunt fata Iovis, potior cui cura suorum est.
atque ideo neque ego hanc tumidis avertere ventis
temptavi tenuive ratem, nec iam mora morti
hinc erit ulla tuae. reges preme, dure, secundos ».
abstulit inde oculos, natumque et tristia linquens
proelia sanguineo terras pater alluit aestu.
Principio fluvios gentemque et litora ductor
explorare iubet, paulumque egressus Echion
invenit obscura gemitus in valle trahentem
clam iuvenem et caesi maerentem nomen amici.
ille virum ut contra venientem umbrataque vidit
tempora Parrhasio patris de more galero
paciferaeque manu nequiquam insignia virgae,
« heu fuge » ait « certo quicumque es, perdite, passu,
dum datur ». obstipuit visu Nonacria proles,
quid ferat admirans. postquam remeare monentem
ocius et dictis perstantem cernit in isdem,

62 *quaenam* Heins., *quem iam* Mueller. **64** *precantur* C Cth. **65** . . . . codd., *optime* T m edd. *fontes* Nodell Baehr. Bonnet. **67** *depensa* vel *deprensa* Heins. *mentis* Samuelsson. **68** *dixit et* R Cok, *dixit ibi* Bon. II Ven. I II Delam., *exit ubi* C Carr. Alardus, *fixus ubi* vel *excitus* Heins., *excitus* Beck Wagner Huguet, *dixit idem* Harles, *haec ait* Lachmann, *dixit at* Burm. **69** *ipsum* C Cth praeter Alardum Wagnerum ac Lemairium. **70** *retegens* T Bon. I II Ven. I II. **71** *limina* Bon. I. **73** *auditur* C Cth. **74** *orant proclamat* Bon. I Iunt. I II, *orant procul* Ald., *orantem proclamat* Bon. II seqq. usque ad Carr. post *Iapetus* Loehbach Koestlin Bury interpunxerunt. **78** *dic—Troia* Heins. **79** *hunc* Heins. Harles, *hodie* Harles **80** *celebranda* B T Bu Bon. I II Ven. I II. **83** *impulerant* Heins. **85** *socios* P Ac Weichert. **86** *fata docet miserae* Weichert. hic versus in C deerat. **87** *Minyis* T Ac. *stamen* Heins. **88** *quod—pulsus* T Bon. I, *quo—pulsum* m_2, *quo—pulsus* Bon. II seqq. usque ad Carr. praeter Ald., Burm. seqq. usque ad Thil. praeter Delam., Ph. Wagner E. Reuss Langen, *quo—pulso* Heins., *quod—coeptum* Bury. **89** *curae* H Harles, *amici* E. Reuss. **92** *auricomus* R T Ath praeter Carr. *ingentibus* codd. Carr., *gentibus* Bu, *vigentibus* R, *vergentibus* Ac, *iungentibus* Columbus, *urguentibus* Pii codd. Pius Eng. Colin. Gryph. Caussin Thilo seqq., *cingentibus* B Barthius seqq. usque ad Thilonem. **96** *caerula ponti* Heins. **97** *sparsitque* Crusius Harles Langen. **98** *at* Heins. Baehr. **101** *fatis et nomine* marg. Bon. I, *factis et nomine* Heins. **104** *rapidi* PCh. **106** *diro* Heins. **109** *dux* B Heins. **111** *in forma* V B Bu, *ni forma* S T m_2 Ac, *sin forma* C Carr. seqq. **113** *miseri* codd. Ath, *misera* M P, *miseris* Burm. Thilo seqq. **120** *quaecumque* Eng. Colin Gryph. **121** *perdere* Baehr. **123** *adhuc* Friesemann. *Chaon* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Ald. **124** *audet* codd. Ch, *auget* m_2, *addet* T Bon. I, *aut det* T_1 Bon. II seqq. **125** *ultra* S T Ath Baehr. Bury. *nec* codd. Ah, *ne* Carr. Heins. seqq. **128** *adeo* Hth. *motis* C Cth. **130** *reges doliture secundos* C Ch, *res haud doliture secundas* vel *reges fremiture secundos* Heins., *leges subiture cruentas* Schrader, *reges premit ille secundos* Schenkl, *reges spreture secundos* Baehr., *res treme, dure, secundos* Ellis, *rebus periture secundis* Koestlin olim, *regi periture secundo* Ph. Wagner Koestlin, *reges fremiture secundos* Fr. Reuss. Langen putat haec verba corrupta. post vel ante hunc versum Meyncke lacunam statuit. **138** *patriae* m_2 Cuperus Wagner Schenkl Baehr. Langen. **140** *is* Baehr.

abripit et sociis, quae sint ea, promere cogit.
ille manum tendens « non haec » ait « hospita vobis
terra, viri, non hic ullos reverentia ritus
pectora; mors habitat saevaeque hoc litore pugnae.
iam veniet diros Amycus qui tollere caestus
imperet et vasto qui vertice nubila pulset.
talis in advectos Neptuni credita proles
aeternum furit atque aequae virtutis egentes,
ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros
constituit, tandem ut misero lavet arma cerebro.
consulite atque fugae medium ne temnite tempus.
namque isti frustra quisquam concurrere monstro
audeat, et quaenam talem vidisse voluptas? »
ductor ad haec « Bebryxne venis diversaque regi
corda gerens, (melior vulgi nam saepe voluntas),
hostis an externis fato delatus ad oris?
et tua cur Amycus caestu nondum obruit ora?
« nomen » ait « praedulce mihi numenque secutus
Otreos unanimi. decus ille et laeta suorum
gloria nec vestros comes aspernandus in actus
Hesionam et Phrygiae peteret cum gaudia nuptae,
hic Amycum contra iussus stetit atque ego palmas
inplicui; sed prima procul vixdum ora levantis
fulminea frontem dextra disiectaque fudit
lumina me numquam leto dignatus et armis,
sed lacrimis potius luctuque absumor inerti.
spes tamen, his fando si nuntius extitit oris
et Mariandynum patrias penetravit ad urbes,
unde genus fraterque viro—sed et ille quierit
oro nec vanis cladem Lycus augeat armis. »
Haec ubi non ulla iuvenes formidine moti
accipiunt dolet et dura sic pergere mente,
terga sequi properosque iubet coniungere gressus.
litore in extremo spelunca apparuit ingens,
arboribus super et dorso contecta minanti,
non quae dona deum, non quae trahat aetheris ignem,
infelix domus et sonitu tremibunda profundi.
ut varii pro rupe metus! hinc trunca rotatis
bracchia rapta viris strictoque inmortua caestu
ossaque taetra situ et capitum maestissimus ordo.
respicias quibus adverso sub vulnere nulla
iam facies nec nomen erat: media ipsius arma
sacra metu magnique aris inposta parentis.
hospitis hic primum monitus rediere Dymantis,
et pavor et monstri subiit absentis imago,
atque oculos cuncti inter se tenuere silentes,
donec sidereo Pollux interritus ore
« te tamen hac, quicumque es », ait « formidine faxo
iam tua silva ferat, modo sint tibi sanguis et artus ».
omnibus idem animus forti decernere pugna,
exoptantque virum contraque occurrere poscunt.
qualiter ignotis spumantem funditus amnem
. . . .
pandit iter, mox omne pecus formidine pulsa
pone subit, iamque et mediis praecedit ab undis.
At procul e silvis sese gregibusque ferebat
saevos in antra gigas, quem nec sua turba tuendo
it taciti secura metus. mortalia nusquam
signa manent; instar scopuli, qui montibus altis
summus abit longeque iugo stat solus ab omni.
devolat inde furens, nec quo via curve profecti
nec genus ante rogat, sed tali protonat ira:
« incipite, o iuvenes. etenim fiducia, credo,
huc tulit auditas et sponte lacessitis oras.
sin errore viae necdum mens gnara locorum,

144 *arripit* Heins. Patav. **145** *intendens* Heins. **146** *hac* Heins. **150** *abductos* Pius. *adversos* Cok, *externos* Fr. Reuss. **153** *sanie ac misero ut l. a. c.* vel *saxis ut miseri lavet arma cerebri* Heins. *cruda ut* Loehbach, *tantum ut* Burm. Baehr. Langen. **154** *fuga* Maser. *melius* Crusius. **155** *quisnam* Ac Burm. seqq. usque ad Thil. Schenkl. **156** *aut* Heins. *quae non—fugisse* vel *effugisse* vel *vitasse* Burm. **158** *regens* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser., *geris* Francius, *gerens* m_2 Pius seqq. **159** *hospes* Heins. *externas—ad oras* Baehr. **161** *nomenque* codd. edd., *ductumque* Heins. Thilo Bonnet, *navemque* Baehr., *votumque* Damsté, *famamque* Langen, *agmenque* Crusius, *vocemque* Fr. Reuss, *numenque* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph. Harles Delam. Schenkl De la Ville de Mirmont Bury. **163** *ausus* Friesemann. **166** *proci* Damsté. *levanti* Heins. **169** *totus* vel *spretus* vel *penitus* Heins. *absumit* Peerlkamp. hic versus spurius Heinsio visus est. **170** *fandi* T, *infandis* Heins., *quando* Schrader Baehr. Gebbing Bury. *exiit* Heins. Burm. **172** *illa* — v. 173 *gratia* vel *ille* — v. 173 *brachia* Meyncke. **173** *ora* Cok Bon. I. *a vanis* T P Ath, *in vanis* marg. Bon. I. **174** *nulla* codd. Bon. I II Ven. I II Ald. Carr. Alardus, *ulla* B edd. *iuvenes* T_1, *iuvenis* Ac. **175** *dolor et duras insurgere mentes* C Cth, *dolet et dura si pergere mente* Cok, *dolet et dura sic pergere mente* Maser., *dolor atque irae consurgere mente* Heins., *dolet et dura stat* [v. 176 *iubent*] vel *dux* [v. 176 *iubet*] *pergere mente* Burm., *dolet et dura stat pergere mente* Harles Thilo, *dolet et durent si pergere mente* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875], *vellent dura si pergere mente* Madvig, *ridet et dura sic pergere mente* Schenkl Loehbach Koestlin Langen, *dolor et durae consurgere mentes* Meyncke Eyssenhardt, *dolor est duras insurgere mentes* Vossius, *dolet et durata pergere mente* Bury. **176** *terga—iubent* Harles, *coepta—iubent* Thilo, qui olim coniecerat *dux iungere*. idem versum intercidisse post v. 175 suspicatus est. *terga—iuvat* Meyncke. **178** *comanti* Heins. **179** *dona die* Peerlkamp Schenkl Baehr. Bury. **180** *remibunda* V m, *tremebunda* M T Ath, *fremebunda* Heins., *fremibunda* Baehr., *tremibunda* Ox Thilo seqq. **181** *at* Heins. Thilo Schenkl Baehr. Langen, *et* Bon. II Ven. I II Pius Cth, *hic* Ald. Madvig. *hic* Ald. Madvig Baehr. **182** *humeris* vel *toris* Heins. *hinc mortua* Friesemann. **183** *corpora* Langen De la Ville de Mirmont. . . . V Ah, *et* Heins. seqq. *situ capita et maestissima sorde* Loehbach. **184** *respicere est* Heins., *per piceas* Madvig Koestlin Summers. **185** *medius* V Ox m, *medus* M P, *medio* Heins., *media* T edd. **186** *specu* Heins. **187** *monitis* codd. Bon. I II Ven. II Delam. Meyncke, *montis* Ven. I, *gemitus* Koestlin. *cessere* Meyncke, *remeare* Koestlin. *tymantis* V m. *timantis* S T Cok Ald., *tumentes* C, *timentis* Ald., *monentis* Koestlin, *timentes* Meyncke, *Bityni* Thilo olim, *Dymantis* Heins. Thilo seqq. **188** *subiere* Ald. **189** *in se cuncti* Heins. *silentis* Pius Eng. Colin. Gryph. **191** *saxo* codd. Bon. I, *faxo* Bon. II seqq. **192** *gemat* Heins. *artus* Burm. olim. **195** *unale per* Peerlkamp. *ingressus* Ald. Caussin. *fumantem* Eng. *concitus* Heins., *fluctibus* Friesemann, *finibus* Pius Asclepius Varranus Eng. Colin. Gryph. Caussin, *taurus in* Ald. post v. 195 versus intercidit: in C hic legitur: *taurus aquis qui primus init, spernitque tumentem*, quem Cth et E. Reuss receperunt. *agris* Friesemann. *ubi—spernique* Heins. in marg. T hic versus reperitur: *rumpit aquis Aries medioque in gurgite ductor*. **197** *Pan intrat* Asclepius Varranus Eng. Colin. Gryph., *taurus init* Caussin. **198** *procedit* P B m_2 Maser. Carr. Alardus Ph. Wagner Schenkl, *praecedit* vel *procedit* Pius Vossius. **200** *non* C Ch. *turba furentem* E. Reuss. **201** *it tanti* S T Ac praeter Pium, Bip. seqq. usque ad Schenkelium praeter Delam.. *sectatur* E. Reuss. **204** *evolat* vel *advolat* Heins. *qua* T Iunt. I seqq. usque ad Carr. Vossius. **205** *rogans tali procul intonat ira* Burm. **208** *ignara* codd. Bon. I, *gnara* T_1 m_2 Bon. II seqq.

Neptuni domus atque egomet Neptunia proles.
hic mihi lex caestus adversaque tollere contra
bracchia. sic ingens Asiae plaga quique per arcton
dexter et in laevum pontus iacet haec mea visit
hospitia, hoc functi remeant certamine reges.
iam pridem caestus resides et frigida raris
dentibus aret humus. quis mecum foedera iunget?
prima manu cui dona feram? mox omnibus idem
ibit honos. fuga sub terras, fuga nulla per auras.
nec lacrimae nec forte preces superive vocati
pectora nostra movent; aliis rex Iuppiter oris.
faxo Bebrycium nequeat transcendere puppis
ulla fretum et ponto volitet Symplegas inani. »
Talia dicta dabat, cum protinus asper Iason
et simul Aeacidae simul et Calydonis alumni
Nelidesque Idasque prior quae maxima surgunt
nomina; sed nudo steterat iam pectore Pollux.
tum pavor et gelidus defixit Castora sanguis.
nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis,
nec sonat Oebalius caveae favor aut iuga nota
Taygeti, lavitur patrios ubi victor ad amnes,
nec pretium sonipes aut sacrae taurus harenae,
praemia sed manes reclusaque ianua leti.
illum Amycus nec fronte trucem nec mole tremendum
vixdum etiam primae spargentem signa iuventae
ore renidenti lustrans obit et fremit ausum,
sanguineosque rotat furiis ardentibus orbes.
non aliter iam regna poli, iam capta Typhoeus
astra ferens Bacchum ante acies primamque deorum
Pallada et oppositos doluit sibi virginis angues.
sic adeo insequitur rabidoque ita murmure terret:
« quisquis es, infelix, celera puer; haut tibi pulchrae
manserit hoc ultra frontis decus orave matri
nota feres. tune o sociis electus iniquis?
tune Amyci moriere manu? » nec plura moratus
ingentes umeros spatiosaque pectoris ossa
protulit horrendosque toris informibus artus.
deficiunt visu Minyae, miratur et ipse
Tyndarides; redit Alcidae iam sera cupido
et vacuos maesto lustrarunt lumine montes.
at satus aequoreo fatur tunc talia rege:
aspice et haec crudis durata volumina tauris;
nec peto sortis opem, sed quos potes indue caestus ».
Dixit et urguentis post sera piacula fati
nescius extremum hoc armis innectere palmas
dat famulis; dat et inde Lacon. odia aspera surgunt
ignotis prius atque incensa mente feruntur
in medium sanguis Iovis et Neptunia proles.
hinc illinc dubiis intenta silentia votis.
et pater orantis caesorum Tartarus umbras
nube cava tandem ad meritae spectacula pugnae
emittit; summi nigrescunt culmina montis.
continuo Bebryx, Maleae velut arce fragosa
turbo rapax, vix ora virum, vix tollere passus
bracchia torrenti praeceps agit undique nimbo
cursibus involvens, totaque inmanis harena
insequitur. vigil ille metu cum pectore et armis
huc alternus et huc, semper cervice reducta,
semper et in digitis et summi pulvere campi,
proiectusque redit. spumanti qualis in alto
Pliade capta ratis, trepidi quam sola magistri
cura tenet, rabidum ventis certantibus aequor
intemerata secat, Pollux sic providus ictus
servat et Oebalia dubium caput eripit arte.
ut deinde urguentes effudit nubibus iras
ardoremque viri, paulatim insurgere fesso
integer et summos manibus deducere caestus.
ille dies aegros Amyci sudoribus artus
primus et arenti cunctantem vidit hiatu:
nec sua defessum noscunt loca nec sua regem
agmina. respirant ambo paulumque reponunt

209 hic versus in codd. atque edd. post. v. **213** legitur; huc Schenkl Jeep Loehbach Baehr. Langen Bury transposuerunt. ***Neptuni haec domus*** Burm., ***Neptuni en domus*** Baehr., ***Neptuni domus haec*** Loehbach Bury. **212** ***laevam—patet*** Heins. ***visat*** T edd. ante Eng. praeter Pium, Burm. seqq. usque ad Thil. praeter Delam., Schenkl. **213** ***cuncti*** codd. edd. ante Burm., Bip. Wagner Lemaire, ***functi*** Burm. seqq. ***ad haec—certamina*** Ph. Wagner. ***remeent*** Bon. II Ven. I II Burm. seqq. usque ad Thil., Ph. Wagner Schenkl Baehr. **214** ***caestu*** V S Ac, ***cestu*** Cok, ***caestus*** C T Bon. II Ven. I II Balbus Carr. seqq. **215** ***albet*** Postgate. ***qui*** codd. Ath, ***quis*** Heins. Thilo seqq. **216** ***fero*** codd. Ath, ***feram*** Heins. Thilo seqq. **218** ***neferte*** V m, ***ne forte*** Ox, ***ne ferte*** M Delam. Madvig Baehr. Bury, ***nec forte*** P T edd. **222** ***acer*** Friesemann. **223** ***eacides*** S T Bon. I, ***eatides*** P, ***aeacides*** V m Ac, ***aeacidae*** Carr. seqq. **224** ***Nelidaeque*** Heins. Schenkl Baehr. Bury. **226** ***cum*** codd. Ath, ***tum*** Thilo seqq. **227** ***videt ire*** Heins. **228** ***ad*** Meyncke Eyssenhardt Baehr. Koestlin Bury. **229** ***labitur*** codd. Bon. I Iunt. I II Ald., ***capitur*** C, ***rapitur*** Meyncke Eyssenhardt Koestlin Baehr., ***graditur*** marg. Ven., ***lavitur*** Bon. II seqq. **230** ***stratae*** Heins. ***laurus*** Baehr. **232** ***ducem*** codd. Bon. I Iunt. I II Ald. Carr. I, ***trucem*** Bon. II seqq. **235** ***ovat*** Fr. Reuss. **237** ***terens*** vel ***fremens*** Heins. **239** ***murmurat ore*** Francius. **240** ***et*** Bon. I ***cerebri*** Koestlin, ***celeras*** Madvig Baehr. Bury. **241** ***matris*** Burm. **242** ***vota*** V Koestlin, ***tota*** Burm., ***nota*** S T m edd. ***e*** C Ath praeter Delam., Koesters Langen, ***a*** Thilo Schenkl. ***eluctus*** V S, ***se luctus*** T, ***selectus*** T_1 Ac, ***electus*** C Carr. seqq. **246** ***visum in se*** codd., ***visumque in se*** m_2 Bon. I II Ven. I II, ***visus in se*** T_1, ***visusque in se*** marg. Bon. I, ***visu mentes*** nonnulli apud Carr., ***visu Minyae*** T B Iunt. I seqq. **248** ***vocuo*** V, ***vacuo*** m Koestlin Bury, ***tandem*** S, ***vacuos*** T m_2 edd. ***maestos*** Koestlin Bury. ***lustrant tum*** Langen. **250** ***accipe et h. crudi d. v. tauri*** vel ***aspicis e crudis d. v. tauris?*** Heins. ***haec crudi—tauri*** Thilo Langen Bury, ***ec crudis—tergis*** Baehr. **251** ***pete*** codd. Ath Koestlin, ***peto*** Burm. Wagner Huguet Thilo seqq. **252** ***per*** Baehr. Bury, ***pro*** Madvig Langen. **253** ***extremum hinc*** vel ***extremas—palmas*** Heins. **254** ***ille*** T edd. ante Balbum praeter Pium. **257** ***variis*** Slothouwer. **258** ***at*** Heins. Baehr. ***orantis*** Ah. ***Tartaris*** C Carr. Alardus. **259** ***poenae*** Wagner Schenkl Baehr. Bury. **260** ***culmine*** Bon. I. **267** ***digitos*** Alardus. ***it summi*** Markland. **268** ***alti*** P, ***alta*** Eng. Colin. Gryph. ***porrectusque*** Barthius Columbus, ***protectusque*** Baehr. **269** ***Pliada*** Bon. II Ven. I II. ***iacta*** Friesemann, ***quassa*** vel ***rapta*** vel ***adacta*** Heins. ***trepida*** codd., ***trepidam*** Maser. Koestlin, ***trepidi*** m_2 edd. **270** ***rapidum*** codd. edd., ***rabidum*** Friesemann Baehr. Koestlin Gürsching Bury. ***iactantibus*** Columbus. **272** ***Oebalio—astu*** R T_1 Bon. II Ven. I II, ***Oebalio ense*** T Bon. I, ***oebalia—hasta*** B Bu, ***oevalia—hasta*** P. ***erigit*** C Carr. Alardus. **273** ***deinde ingentes*** P B, ***dein turgentes*** Columbus, ***vero ingentes*** Burm., ***videt ingentes*** Heins. Ph. Wagner. ***effundit nubibus*** Bu, marg. Bon. I, ***effugit nubibus*** Bon. II Ven. I II Harles, ***effugit motibus*** Columbus, ***effundi nubibus*** Burm., ***effundi in nubibus*** vel ***offundi nubibus*** Heins., ***effugit astibus*** Eyssenhardt, ***effundi in nubibus*** Ph. Wagner, ***elusit nutibus*** Thilo olim, ***effudit nutibus*** Thilo, ***effudit nubibus*** vel ***mobilis*** Baehr., ***effugit pulsibus*** Fr. Reuss. **274** ***videt*** Burm. ***ferro*** codd. Ah. ***fesso*** Pii codd. Pius Eng. Colin. Gryph. Vossius Heins. seqq. **275** ***integet*** V m., ***incitat*** S T B Ah, ***incipit*** Ald., ***integer*** C T_1 Pius Eng. Colin. Gryph. Vossius Heins. seqq. ***crudo*** Ph. Wagner. ***summo*** T, ***summis*** Baehr. Langen, ***malas*** Ph. Wagner. ***diducere*** Baehr. Langen Samuelsson, ***detrudere*** Thilo, ***discindere*** Ph. Wagner. ***caestu*** Ph. Wagner.

bracchia, ceu Lapithas aut Paeonas aequore in ipso
dum refovet fixaque silet Gradivus in hasta.
vix steterant, et iam ecce ruunt inflictaque late
terga sonant; nova vis iterum, nova corpora surgunt.
hunc pudor, hunc noto iam spes audentior hoste
instimulat. fumant crebro praecordia pulsu.
avia responsant gemitu iuga: pervigil ut cum
artificum notat Aetna manus et fulmina Cyclops
prosubigit, pulsis strepitant incudibus urbes.
emicat hic dextramque parat dextramque minatur
Tyndarides; redit huc oculis et pondere Bebryx
sic ratus, ille autem celeri rapit ora sinistra.
conclamant socii et subitas dant gaudia voces.
illum insperata turbatum fraude furentemque
Oebalides prima refugit dum detonet ira,
territus ipse etiam atque ingentis conscius ausi.
saevit inops Amycus nullo discrimine sese
praecipitans, avidusque viri (respectat ovantes
quippe procul Minyas) tum caestu elatus utroque
inruit. hos inter Pollux subit et trucis ultro
advolat ora viri; nec spes effecta, sed ambae
in pectus cecidere manus. hoc saevior ille
ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
bracchia. sentit enim Pollux rationis egentem,
dat genibus iunctis latus effusumque secutus
haud revocare gradum patitur, turbatque premitque
ancipitem crebros et liber congerit ictus
desuper averso; sonat omni vulnere vertex
inclinis ceciditque malis. iam tempora manant
sanguineaeque latent aures, vitalia donec
vincula, qua primo cervix committitur artu,
solvit dextra gravis. labentem propulit heros
ac super insistens « Pollux ego missus Amyclis
et Iove natus » ait « nomen mirantibus umbris
hoc referes, sic et memori noscere sepulchro ».
Bebrycas extemplo spargit fuga; nullus adempti
regis amor; montem celeres silvamque capessunt.
haec sors, haec Amycum tandem manus arcuit ausis
effera servantem Ponti loca vimque iuventae
continuam et magni sperantem tempora patris.
tenditur ille ingens hominum pavor arvaque late
occupat, annosi veluti si decidat olim
pars Erycis vel totus Athos; qua mole iacentis
ipse etiam expleri victor nequit, oraque longo
comminus optutu mirans tenet. at manus omnis
heroum densis certatim amplexibus urguent,
armaque ferre iuvat fessasque attollere palmas.
« salve vera Iovis, vera o Iovis » undique « proles »
ingeminant, « o magnanimis memoranda palaestris
Taygeta et primi felix labor ille magistri ! »
dumque ea dicta ferunt, tenues tamen ire cruores
siderea de fronte vident; nec sanguine Pollux
territus averso siccabat vulnera caestu.
illius excelsum ramis caput armaque Castor
implicat et viridi conectit tempora lauro,
respiciensque ratem « patriis » ait « has precor oris,
diva, refer frondes cumque hac freta curre corona ».
dixerat. hinc valida caedunt armenta bipenni
perfusique sacro placati gurgitis amne
graminea sternuntur humo; tunc liba dapesque
frondibus adcumulant; exsortia terga Laconi
praecipiunt pecudum. toto mox tempore mensae
laetus ovat nunc laude virum nunc vatis honoro
carmine, victori geminans cratera parenti.

280 *poenas* V S Bon. I, *panas* Bu. *paenas* P. *penas* Ox T, *poeonas* Bon. II Ven. I II, *poenos* Ald., *paeonas* Iunt. I seqq. 281 *dum* Carr. II, *cum* Schenkl. 283 *robora* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. 285 *instimulant* codd. Bon. I II Ven. I II Koestlin, *instimulat* Iunt. I seqq. 286 *ardua* Francius. 287 *artificum notata* V B Bu Cok, *artificum notata et* V_1 m, *artificumque notata* S T Ac, *artificum notat ipse* O Oth Langen Bury, *artificumque rotata* Pius Eng. Colin. Gryph., *artifices rotat usque* Thilo, *artificum* vel *fabriles movet Aetna* Heins., *artificum revocata* vel *renovata* vel *novat ipse* Burm., *artificum movet Aetna* Caussin, *artificum rotat Aetna* Schenkl, *artificum sonat* vel *tonat Aetna* Baehr olim, *artificum tonat Aetna* Baehr., *artifici properanda* Ph. Wagner, *artificum gemit Aetna* Iacobs, *artificum rotat arma* Weichert, *artificum notat Aetna* Koestlin. *manu fera* Ph. Wagner. 288 *procudit* Parrhasius. *pulsus* Bon. II Ven. I II, *pulsas* Parrhasius. *trepidant* Baehr. 289 *dextraque* Pius Wagner, *laevamque* Heins. Baehr Bury. 290 *pectore* Fr. Reuss. 291 *irritus* Pii codex, Heins., *improbus* Ellis. *quatit* Baehr., *ferit* Bury. 292 hic versus Delamallio spurius visus est. 293 *inspirata* Bon. II Ven. I II. *furentem* B P T Ac praeter Pium. 297 *rabidusque* Baehr. *virum* Baehr. Gebbing. 298 *tunc caestu velatus* V B m Cok, *caestu velatus* P T m_2 Ath, *cestu velatus* Bon. I, *testu velatus* Ox. *tum caestu velat* Bu, *caestu vallatus* nonnulli apud Pium, *caestuque elatus* Heins. Burm. Caussin Thilo seqq., *tunc cestu velatus* Cok, *tunc caestu latus* Leo, *tum caestu elatus* Baehr. *utrosque* Thilo. 299 *prosilit* Leo. 300 *involat* Columbus. *affecta* Ox Maser., *effeta* C R T_1 m_2 Parrhasius Pius Ald. Ch Patav. Burm. Delam. Caussin Lemaire, *defecta* vel *decepta* Heins., *expleta* Withofius. 303 *eum* Ald. Huguet, *ubi* Thilo Langen, *uti* Schenkl, *at ut* Baehr. 304 *dans* Heins. 305 *gradus* Heins. Burm. Bip. Delam. Caussin Lemaire. 306 *et crebros iam* Francius. *tergo* Heins. 307 *adverso* B T m Ah praeter Pium et Carr. *omnis* C T Iunt. I II Pius Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Carr. *verbere* Schenkl Baehr. 308 *inclinus ceciditque malis* S, *inclinesque sedent malae* vel *inclines cedunt malae* vel *inclinesque crepant malae* vel *inclines caedi malae* Heins., *inclinisque cadit malis* vel *inclinisque cadit: malis* Burm., *inclinis: caedit malas* Slothouwer, *inclinis ceciditque manus* Baehr. Koestlin. *inclivis ceciditque malis* Iunt. I II Maser., *acclivis ceciditque malis* Ald., *inclinisque cadit: malis* Harles., *inclinis ceditque malis* C m Cth Thilo Schenkl Koestlin Langen. 309 *sanguine iamque* Baehr. Bury. *lateant* S, *madent* Bulaeus. 310 *primo—arctu* R, *primo—arcu* marg. Bon. I, doctus quidam apud Alardum, *primo arcu* vel *pronos—artus* Heins. 313 *en* Heins. Harles. 315 *nullus adempto Rege timor* vel *nullus adempto Rege ardor* Friesemann. 317 *arguit* codd. Ath., *arcuit* Gron. Heins. Lennep Delam. Thilo seqq. *ausi* vel *ausis* Heins., *ausi* Ald. Vossius Patav. seqq. usque ad Thil. praeter Delam. hic S eiusque apographa desinunt. 319 *numina* Fr. Reuss. 320 *in humum* Heins. *auraque* Iunt. I II Ald. 322 *at* Heins., *quin* Burm. 324 *ad* V, *et* B T Ac, *aut* Cok. *at* m Carr. seqq. 325 *urguens* Burm. 326 *arma auferre iuvat fessasque exsolvere palmas* vel *urguens Carmine ferre iuvat festasque attollere palmas* Heins. *armaque ferre iubet* Burm. *caestusque exsolvere palmis* Peerlkamp. 327 *Iovis veri Iovis* B Bu, *Iovis veri o Iovis* T Bon. II Ven. I II, *Iovis salve Iovis* Peerlkamp. 328 *magna nimis* T Ah praeter Pium Eng. Colin. Gryph. 332 *adverso* B T Ac. 333 *altaque* Slothouwer, *oraque* Schrader Schenkl Baehr. 338 *profusique* V Ac, *perfusique* C T_1, marg. Bon. I Carr. seqq. 341 *praeripiunt* Iunt. I seqq. usque ad Carr. praeter Pium. *nox* Heins. 342 *laeta sonat* Heins.

Iamque dies auraeque vocant, rursusque capessunt
aequora, qua rigidos eructat Bosphoros amnes.
illos, Nile, tuis nondum dea gentibus Io
transierat fluctus, unde haec data nomina ponto.
tum pius Oeagri claro de sanguine vates,
admonita genetrice, refert casusque locorum
Inachidosque vias pelagusque emensa iuvencae
exilia intentisque canit. « videre priores
saepe Iovem in terras Argivaque regna Pelasgum
virginis Iasiae blandos descendere ad ignes.
sentit Iuno dolos curaque accensa iugali
aethere desiluit; dominam Lyrceia tellus
antraque deprensae tremuerunt conscia culpae,
cum trepida Inachiae paelex subit ora iuvencae
sponte dei; plausu fovet hanc et pectora mulcet
Iuno renidenti cohibens suspiria vultu.
mox ita adorta Iovem: da quam modo ditibus Argis
campus alit primae referentem cornua Phoebes
indomitamque bovem, da carae munera nuptae.
ipsa ego dilectae pecudi iam pascua digna
praecipuosque legam fontes. qua fraude negaret,
aut quos inventus timuisset Iuppiter astus?
muneris illa potens custodem protinus Argum
adiungit; custos Argus placet, inscia somni
lumina non aliter toto cui vertice, quam si
Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro.
Argus et in scopulos et monstris horrida lustra
ignotas iubet ire vias heu multa morantem
conantemque preces inclusaque pectore verba.
ultima tum patriae cedens dedit oscula ripae.
flevit Amymone, flerunt Messeides undae,
flevit et effusis revocans Hyperia lacertis.
illa ubi vel fessi tremerent erroribus artus,
vel rueret summo iam frigidus aethere vesper,
heu quotiens saxo posuit latus! aut ubi longa
aegra siti, quos ore lacus, quae pabula carpsit!
verbere candentes quotiens exhorruit armos!
quin et ab excelso meditantem vertice saltus
audentemque mori valles citus egit in imas
Argus et arbitrio durus servavit erili.
cum subito Arcadio sonuit cava fistula ritu
imperiumque patris celerans Cyllenius ales
advenit et leni modulatur carmen avena,
« quoque » ait « hinc diversus abis? heus respice, custos!
haud procul insectans Argum languentia cantu
lumina cuncta notat dulcesque sequentia somnos
et celerem mediis in cantibus exigit harpen.
iamque refecta Iovi paulatim in imagine prisca
ibat agris Io victrix Iunonis, et ecce
cum facibus spirisque et Tartareo ululatu
Tisiphonen videt: ac primo vestigia visu
figit et in miserae rursus bovis ora recurrit,
nec qua valle memor, nec quo se vertice sistat.
Inachias errore etiam defertur ad undas
qualis et a prima quantum mutata iuvenca!
nec pater aut trepidae temptant accedere nymphae.
ergo iterum silvas, iterum petit invia retro
ceu Styga dilectum fugiens caput; inde per urbes
raptatur Graias atque ardua flumina ripis,
oblato donec paulum cunctata profundo
incidit: absistunt fluctus et gnara futuri
dant pavidae alta viam; celsis procul ipsa refulget
cornibus ac summa palearia sustinet unda.
ast Erebi virgo ditem volat aethere Memphin
praecipere et Pharia venientem pellere terra.
contra Nilus adest et toto gurgite torrens
Tisiphonen agit atque imis inlidit harenis
Ditis opem ac saevi clamantem numina regni.
apparent sparsaeque faces disiectaque longe
verbera et abruptis excussi crinibus hydri.
nec Iovis interea cessat manus. intonat alto
insurgens caelo genitor curamque fatetur,
atque ipsa imperium Iuno pavet. haec procul Io
spectat ab arce Phari iam divis addita iamque
aspide cincta comas et ovanti persona sistro.
Bosphoron hinc veteres errantis nomine divae
vulgavere. iuvet nostros nunc ipsa labores
inmissisque ratem sua per freta provehat euris »
Dixerat. et placidi tendebant carbasa venti

346 *nil et vos* V m, *nilaeis* m_2, *nile tuos* T B Bon. I Iunt. I II Pius Maser. Carr. Alardus, *nile tuis* Bon. II seqq. **348** *Oeagrii* Iunt. I II Maser. Ald. **349** *admonitus* Peerlkamp Lennep Baehr., *admonita a* Postgate Bury. **350** *fugas* Heins. **351** *vidisse* Ac praeter Pium. **352** . . . . codd. Ath, *in* Heins. Thilo. **357** *tum* T Iunt. I seqq. usque ad Carr. Schenkl Baehr. Langen Bury. **358** *huic* Heins. *pectore* Pius Eng. Colin. Gryph. **360** *et* Heins. **362** *munerae* Iunt. II Ald., *munere* T Ac. **364** *perspicuosque* Heins. *fronte* d'Orville Peerlkamp Wagner Schenkl Bury olim. **365** *quos inventos timuisset* T Ath Samuellson, *quos inventus finxisset* Peerlkamp Thilo, *quos inventus tendisset* Schenkl, *quos inventus simulasset* Fr. Reuss, *quonam inventum* vel *invento renuisset* Heins., *quos inventus movisset* vel *intentos timuisset* Burm., *quos inventos tenuisset* Mueller Baehr. Langen, *quos inventos temtasset* Bury, *qui commentos timuisset* Sandstroem, *quos inventae timuisset* d'Orville, *quos inventos* vel *quo Iunonis tenuisset* Harles, *quos in vitula timuisset* Ph. Wagner. *aestus* C Carr. Alardus, *astu* Heins., *Argos* d' Orville. **368** *lucent* Ac Zinzerlingus Burm. seqq. usque ad Thilonem, *vigilant* R Bu, *rutilant* Burm. olim. *lucet* T. **369** *maculaverat auro* Francius. **371** *monentem* T, *merentem* Cok, *montem* Bon. I, *moventem* Bon. II seqq. usque ad Eng. praeter Pium, *parantem* Heins. **372** *cunctantemque* Heins. **374** *Messonidaes* V m, *Messonides* T Cok m_2 Bon. I, *Messenides* C T_1 Carr. Patav., *Messeides* Bon II seqq. **375** *reboans* Rutgersius. **376** *premerent* Heins. **380** *verbera candenti—armo* Heins. **382** *ardentemque* Heins. Baehr. **383** *arbitrium—herile* Bon. II Ven. I II. *superavit* T_1 Bu Bon II Ven. I II, *speravit* T B Bon. I, *suspendit* marg. Bu. **385** *imperioque* vel *imperiisque* doctus quidam apud Harles. **386** *carmina* Baehr. **387** *hic* Bon. I. *heu* codd. Ath, *en* m_2, *heus* Burm. Thilo seqq. *cantus* codd. edd., ... Thilo, *cantu* vel *cantus* Burm., *pastor* Schenkl, *custos* Loehbach. hic versus Heinsio suspectus fuit. **388** *inlectans* Heins. *labentia* Francius. . . . . V m Langen, *claudi* m_2 Delam., *cantu* T Ac Zinzerlingus Thilo Schenkl Loehbach, *somno* C Cth, *tandem* T_1, marg. Bon. I Burm., *iam iam* Baehr., *centum* vel *sensim* Bury. post hunc versum Langen lacunam statuit. **389** *cantus* Heins. **391** *asserta* Pius Heins. **392** *at* Baehr. Bury. **393** *facibusque* Ac praeter Pium, Weichert *pyrisque* B Bu Ac, *hydrisque* Bon. II Ven. I II Weichert Peerlkamp Fr. Reuss, *pyrkisque* T Bon. I, *pinnisque* Burm., *spirisque* vel *hydrisque* Harles, *flagrisque* Baehr. **395** *fugit* codd. Bon. I Iunt. I II Maser Ald. Carr. Alardus Patav., *figit* m_2 Bon. II seqq. **396** *relle* V m T_1 Bon. I Carr. Alardus, *valle* m_2 Bon. II seqq. *quo se* V, *quo sese* B C m Cok Carr. Alardus Delam., *nec quo se* T edd. **398** *inventa* Lennep. **402** *raptatus* V m, *rapta furens* T edd. ante Eng., *rapta furit* Eng. Colin. Gryph., *rapta fugit* nonnulli apud Pium, *rapta agitur* Heins., *raptata est* B Bu, *raptatur* C Pius Carr. seqq. **405** *parida* V m, *pavide* Bon. I, *placida* Baehr., *pavidae* T Bon. II seqq. **408** *praecipit et* Ald., *praecipere ut* vel *praeceps ut* vel *praecipiti ut* Friesemann. *pelleret ora* Friesemann. **409** *torquens* Markland Baehr. **411** *furvi* vel *Stygii* Heins., *caeci* Baehr. *Averni* Friesemann. **413** *abreptis* Damsté. **416** *haud* Heins. **417** . . . . V B Thilo, *poli* T edd., *Iovis* Bury, *Phari* C Carr. seqq. usque ad Burm. Delam. Schenkl Baehr. Langen. **418** *spicis* Heins. *cuncta* V m, *vincta* Baehr. Gebbing Bury, *comta* Summers, *cincta* T m_2 edd. **421** *auris* T Ac Bentley Thilo Schenkl Baehr.

postera non cassae Minyis Aurora retexit
noctis iter: nova cuncta vident Thyneaque iuxta
litora fatidici poenis horrentia Phinei,
dura deum summo quem vis urguebat in aevo.
quippe neque extorrem tantum nec lucis egentem
insuper Harpyiae Typhoides, ira tonantis,
depopulant ipsoque dapes praedantur ab ore.
talia prodigia et tales pro crimine poenas
perpetitur. spes una seni, quod pellere saevam
quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
ergo ubi iam Minyas certamque accedere Phineus
sentit opem, primas baculo defertur ad undas
vestigatque ratem atque oculos attollit inanes.
tunc tenuem spirans animam « salve o mihi longum
expectata manus nostrisque » ait « agnita votis.
novimus et divis geniti quibus et via iussos
quae ferat ac vestri rebar sic tempora cursus
proxima quaeque legens, quantum Vulcania Lemnos
traxerit, infelix tulerit quae Cyzicus arma.
sensi et Bebrycio supremam in litore pugnam
iam propior iamque hoc animam solamine mulcens.
non ego nunc, magno quod cretus Agenore Phineus,
aut memorem, mea quod vates insedit Apollo
pectora; praesentis potius miserescite fati.
nec mihi diversis erratum casibus orbem
amissas aut flere domos aut dulcia tempus
lumina; consuetis serum est ex ordine fatis
ingemere. Harpyiae semper mea pabula servant,
fallere quas nusquam misero locus: ilicet omnes
deveniunt niger intorto ceu turbine nimbus,
iamque alis procul et sonitu mihi nota Celaeno;
diripiunt verruntque dapes foedataque turbant
pocula, saevit odor surgitque miserrima pugna,
parque mihi monstrisque fames. sprevere quod omnes
pollueruntque manu quodque unguibus excidit atris
has mihi fert in luce moras. nec rumpere fata
morte licet; trahitur victu crudelis egestas.
sed vos o servate precor, praedicta deorum
si non falsa mihi, vos finem inponite poenis.
nempe adsunt, qui monstra fugent, Aquilonia proles
non externa mihi; nam rex ego divitis Hebri
iunctaque vestra meo quondam Cleopatra cubili. »

Nomen ad Actaeae Calais Zetesque sororis
prosiliunt, Zetesque prior « quem cernimus? » inquit.
« tune ille Odrysiae Phineus rex inclitus orae?
tu Phoebi comes et nostro dilecte parenti?
o ubi nunc regni generisque ubi gloria? quam te
exedit labor et miseris festina senectus!
quin age mitte preces; namque est tibi nostra voluntas,
si non ira deum, vel si placabilis urguet. »
sustulit hic geminas Phineus ad sidera palmas,
« teque » ait « iniusti, quae nunc premis, ira tonantis
ante precor, nostrae tandem iam parce senectae;
sit modus: et fore credo equidem; nam vestra voluntas
quid iuvenes, sine pace deum? nec credite culpam
saevitiae scelerumve mihi nunc crimina pendi:
fata loquax mentemque Iovis quaeque abdita solus
consilia et terris subito ventura parabat
prodideram miserans hominum genus; hinc mihi tanta
pestis et offusae media inter dicta tenebrae.
iam tandem cessere irae; nec casus, ab alto
ipse volens nostris sed vos deus appulit oris. »
sic ait et, fatis ita iam cedentibus, omnes
inpulit et durae commovit imagine poenae.
instituere toros mediisque tapetibus ipsum
accipiunt circumque iacent; simul aequora servant
astra simul, vescique iubent ac mittere curas:

424 *Thineaque* m, *Tynneaque* Bon. II Ven. 1 II, *Thimneaque* T_1, *Thynneaque* Bon. I Iunt. I II Ald., *Thynnaeaque* Pius Maser. seqq. usque ad Thilonem. post v. **425** hic versus legitur in T: *sors inmota manet nullis obnoxia caris*. **426** *dira* T B Bon. II Ven. I II Maser. Heins. seqq. usque ad Caussinum, Thilo Schenkl Baehr., *ira* marg. Bon. II Friesemann. *reum* Heins. *summoque suis* V B T m Bon. I, *summoque senis* T_1, *summo quae vis* m_2, *summoque sui* C, *summoque lues* Bon. II seqq., *summo quem vis* Caussin Huguet Langen Bury. *surgebat* C. *Olympo* Ald. **427** *nec* T Pius. **428** *insuper hunc* Maser. *yphoides arpyiae* V, *hiphoides harpiae* T, *hiphoides arpyae* B Bu m Bon. I, *thyphonides harpyiae* Bon. II Ven. I II, *Typhonides Harpyiae* Pius Alciatus Ald. Eng. Colin. Gryph., *hiphoides arpyiae* Cok, *hirphoides harpyiae* Iunt. I II, *Typhoides Harpyiae* Maser., *Harpyiae Typhonides* C [in scholiis] Balbus Alardus seqq. usque ad Thilonem Schenkl Langen, *Harpyiae Tiphoides* C [in castigationibus] Carr. Thilo Baehr. Bury. *iraque* B T Bu Bon. I Iunt. I II Ald. *ira Tonantis agit T. H.* *quam* Pius Alciatus Eng. Colin. Gryph. **432** *dederunt* Pius Eng. Colin. Gryph. Vossius Hth praeter Delam. **433** *accere* V, *accendere* T Bon. I, *accedere* m Bon. II seqq. **434** *baculo duce fertur* Peerlkamp Baehr. **437** *nostris* Pius Eng. Colin. Gryph. *vittis* Heins. **438** *mea* T Bon. I. **439** *quo* B Bon. II Ven. I II Pius Wagner, *qua* Gron. Hth. *rebar prope* Heins., *reputavi* Baehr. Gebbing, *sectabar* Postgate Fr. Reuss Bury, *respexi* vel *quaerebam* Koestlin. Peerlkamp Madvig Langen haec verba corrupta putaverunt. **440** post *proxima* Loehbach ac Schenkl [Phil. Anz. 1878] interpunxerunt. **443** *propius—animum* Heins. **449** *completis* Haupt, *consumptis* Madvig, *confectis* Baehr. *rerum est* codd. Ah, *serum ire* Gron., *serum est* Gron. Vossius Heins. seqq. **451** *numquam* C Carr. Alardus. **454** *vertuntque* Eng. Colin. Gryph., *velluntque* vel *vorantque* Heins. *praedataque* T Bon. I II Ven. I II. **455** *fragat* Bon. II Ven. II, *flagrat* T Ac praeter Pium, *fragrat* Ven. I. **457** *polluerintque* T edd. ante Eng. praeter Pium. *manus* C Hth. *auris* V T B m Bon. I, *uncis* m_2 Bon. II Ven. I II Delam., *atris* H Pii codd. Iunt. I seqq. **459** *victus crudelis et aetas* Damstè. **460** *observate* codd. Ah, *o servate* Heins. seqq. **464** *nostra* T Bon. I **467** *Phineu* Heins. **469** *heu ubi* Heins. **471** *et* vel *en tibi* Heins. **472** *coelo implacabilis* Heins. **474** *infesti* Schrader, *iniuste* Madvig Langen Bury. *me* Pius Carr., *non* Madvig Langen Bury. *praemisera* V, *premit ira* B T m Cok Bu Bon. I Iunt. I II Maser. Ald., *premis ira* Bon. II seqq. **475** *parce precor* vel *iam precor o* Heins., *parce precor* Balbus Bulaeus Langen, *tanta precor* Burm. *finem* Pius. **476** *nostra* T Ac praeter Pium atque Ald. *nec* Casaubonus. **477** *quod* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Carr. Alardus, *quo* Gron. Vossius Patav. Burm. seqq. usque ad Thilonem, *non* Baehr., *haud* Pius Eng. Colin. Gryph. Loehbach Koestlin Langen, *o* Casaubonus, *quid* Balbus Schottus Heins. Thilo seqq. **481** *nunc mihi* T Bon. I II Ven. I II, *hunc mihi* marg. Bon. I, *mihi nunc* Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph. **482** *effusae* codd. Ah, *offusae* Gron. Vossius Heins. seqq. *mediae* V m B Bu Bon. I, *media* T Bon. II seqq. **485** *iam iam* Heins. **486** *dirae* Heins. **487** *instrarere* Heins. **489** *admittere* V, *amittere* T B Bon. I, *dmittere* m, *et mittere* T_1, *ac mittere* Bon. II seqq.

cum subitus misero tremor et pallentia primae
ora senis fugere manus. nec prodita pestis
ante, sed in mediis dapibus videre volucres.
fragrat acerbus odor patriique expirat Averni
halitus; unum omnes incessere planctibus, unum
infestare manus; inhiat Cocytia nubes
luxurians ipsoque ferens fastidia visu.
tum sola conluvie atque inlusis stramina mensis
foeda rigant; stridunt alae, praedaque retenta
saevit utrimque fames; nec solum horrenda Celaeno
Phinea, sed miseras etiam prohibere sorores.
emicat hic subito seseque Aquilonia proles
cum clamore levat, genitor simul inpulit alas.
hoste novo turbata lues lapsaeque rapinae
faucibus, et primum pavidae Phineia tecta
pervolitant, mox alta petunt; stant litore fixi
Haemonidae atque oculis palantia monstra secuntur.
sicut prorupti tonuit cum forte Vesaevi
Hesperiae letalis apex, vixdum ignea montem
torsit hiemps iamque eoas cinis induit urbes;
turbine sic rapido populos atque aequora longe
transabeunt, nullaque datur considere terra.
iamque et ad Ionii metas atque intima tendunt
saxa: vocat magni Strophadas nunc incola ponti.
hic fessae letique metu propioris anhelae
dum trepidant humilique graves timidoque volatu
inplorant clamore patrem Typhona nefando,
extulit adsurgens noctem pater imaque summis
miscuit, et mediis vox exaudita tenebris.
iam satis huc pepulisse deas. cur tenditis ultra
in famulas saevire Iovis, quas, fulmina quamquam
aegidaque ille gerens, magnas sibi legit in iras?
nunc quoque Agenoreis idem decedere tectis
imperat; adgnoscunt monitus iussaeque recedunt.
mox tamen et vobis similis fuga, cum premet arcus
letifer. Harpyae numquam nova pabula quaerent,
donec erunt divum meritae mortalibus irae ».
haesit uterque polo dubiisque elanguit alis;
mox abit et sociae victor petit agmina puppis.
  Interea Minyae pulsa lue prima tonanti
sacra novant; tum vina toris epulasque reponunt.
ipse inter medios ceu dulcis imagine somni
laetus ad oblitae Cereris suspirat honores;
agnoscit Bacchi latices, agnoscit et undam
et nova non pavidae miratur gaudia mensae.
hunc ubi reclinem stratis et pace fruentem
aspicit ac longae ducentem oblivia poenae,
talibus appellat supplexque ita fatur Iason:
« vota, senex, perfecta tibi; nunc me quoque curis
eripe et ad nostros animum converte labores.
omnis adhuc sors laeta quidem, nec numine vano
(siqua fides curae superum) tantum aequor adorti
tendimus; ipsa mihi puppem Iovis optima proles
instituit, dedit et socios Saturnia reges.
fidere mens sed nostra nequit, quantumque propinquat
Phasis et ille operum summus labor, hoc magis angunt
proxima, nec vates sat iam mihi Mopsus et Idmon. »
ille ducem nec ferre preces nec dicere passus
amplius, hic demum vittas laurumque capessit
numina nota ciens. stupet Aesonis inclita proles
Phinea ceu numquam poenis nullaque gravatum
peste Iovis: tam largus honos, tam mira senectae
maiestas infusa; vigor novus auxerat artus.
tum canit: « o terras fama venture per omnes,
quem sociis ducibusque deis atque arte benigna
Pallados ipse ultro Pelias ad sidera tollit,
demens, dum profugi non sperat vellera Phrixi,
fata locosque tibi, possum quas reddere grates,
expediam rerumque vias finemque docebo.
ipse etiam, qui me prohibet sua pandere terris
saecula, te propter fandi mihi Iuppiter auctor.
hinc iter ad Ponti caput errantesque per altum
Cyaneas. furor his medio concurrere ponto,
necdum ullas videre rates: sua comminus actae
saxa premunt cautesque suas. cum vincula mundi
ima labant, tremere ecce solum, tremere ipsa repente
tecta vides; illae redeunt, illae aequore certant.
di tibi progresso propius, di forsitan ipsi
auxilium mentemque dabunt. ast ipse iuvare
ausa quibus monitis possim tua? quippe per altum
tenditis, unde procul venti, procul unde volucres
et pater ipse maris pavidas detorquet habenas.

493 *patrique* V, *patrisque* T_4 B Bu Ac, *patriique* T m Carr. seqq. **495** *pubes* Baehr. **496** *fastigia* Carr. Alardus. **497** *inlisis* Maser. Heins. seqq. praeter Summersium ac Bury, *inclusis* m_2, *illotis* marg. Bon. II. **498** *aliae* Pius Eng. Colin. Gryph. **503** *ruinae* codd. edd. ante Eng. Caussin Lemaire, *rapinae* Pius Eng. seqq. **507** *sicubi* codd., *sic tibi* T, *atque ut* Thilo, *sicut* Schenkl Baehr. Langen Bury. **509** *aeoas* C Ch, *eaeas* T_4, *aeaeas* Iunt. I II Pius Maser. Eng. Colin. Gryph., *Ausonias* Francius, *Aegeas* Heins. olim. **510** *rabido* V T Ac, *rapido* C Bon. II Ven. I II Carr. seqq. **513** *accola* Schrader. **514** *prioris* T Bon. I Iunt. I II Ald. **517** *unaque* Bon. I II Ven. I II. **520** *quamvis* Ald. **521** *gerat* T Iunt. I seqq. usque ad Heins., *gerit* Francius. **524** *nobis* Bon. I. *comprimet* C Ch. *Argos* codd. Ah Delam., *agros* T, *arcus* T_4 Parrhasius Gron. Heins. seqq. **525** *letifera* C Ch. *non* Wagner Thilo Baehr. *Harpyis—deerunt* Markland. hunc versum post *letifer* Heins. spurium putavit. **526** *dum derunt* Fr. Reuss. hic versus Heinsio ac Burm. admodum suspectus fuit. **527** *cessit—polo* Heins., *haesit—solo* Columbus. *relanguit* Heins. **528** *pubis* Heins. Wagner Caussin Huguet Baehr. Bury. **530** *vela* Thilo. **531** *intermedius* Pius Burm. **532** *lusus* Heins. *honorem* Francius. **535** *reclivem* Ac praeter Bon. II Ven. I II. **536** *alonge* V, *a longae* m, *a longe* T_4 Bu Bon. I, *ac longe* T. *et longae* Baehr., *ac longae* m_2 Bon. II seqq. **540** *laevo* Heins. **541** *adorsi* Harles. **543** *sociosque dedit* T Ath. **544** *caeca* Cth. *quantoque* Heins. **546** *vatis* Heins. **550** *ce* V, *te* B T m Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser., *ceu* Pius Ald. seqq. **551** *iam* V, *sic* T Ac, *tam* C T Carr. seqq. *tamira* V, *tam via* Bu, *tam illa* B. *tantum illa* T Ac, *tam mira* C Carr seqq. **554** *benignae* Heins. **557** *qua* Hoeufft Huguet. *gentes* B T Bu Bon. I II Ven. I II. **562** *hic* codd. Bon. I, *his* Bon. II seqq. **564** *petunt* B T Ac *cavas* Heins. *tum* Bon. II Ven. I II Bury, *tunc* Friesemann, *quasi* Baehr., *ceu* Heins. Delam. Thilo Schenkl Langen. **565** *cum ima* Schenkl Baehr. *labent* Heins. Thilo. *ecce r.* B Bu Delam **566** *aequora vertunt* Baehr., *aequora turbant* Fr. Reuss. post *vides* duo hemistichia intercidisse Langen ac Bury arbitrati sunt. **568** *iuvabo* nonnulli apud Pium. **569** *possum* nonnulli apud Pium, Eng. Colin. Gryph. **570** *nautae* Slothouwer.

siqua brevis scopulis fiet mora, si semel orsis
ulla quies, fuga tunc medio properanda recursu.
vix repetunt primae celeres confinia terrae,
iamque alio clamore ruunt, omnisque tenetur
pontus et infestis anceps cum montibus errat.
verum animo redit illa meo sors cognita divum
(fabor enim nec spe dubios solabor inani):
cum mihi Tartareas saevo clangore volucres
protulit ira Iovis, vox haec simul excidit auris:
« ne vanas inpende preces finemque malorum
expete, Agenoride; pontum penetraverit ulla
cum ratis et rabidi steterint in gurgite montes,
tunc sperare modum poenae veniamque licebit.»
sic deus. aut vobis ergo fera saxa patescunt,
aut mea iam saevae redeunt ad pabula Dirae.
verum inter medias dabitur si currere cautes,
(certe digna manus) vacuumque exibis in aequor,
proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris
Bebryciis: toto non ullus litore Ponti
mitior. hic lecto comitum de robore siquem
perculerit vicina lues, ne defice casus
praedicti memor atque animos accinge futuris.
illic pestiferas subter iuga concava torquet
alter aquas Acheron vastoque exundat hiatu
fumeus et saeva sequitur caligine campos:
linque gravem fluvium et miseris sua fata colonis.
sic quoque non uno dabitur transcurrere luctu.
quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
quid memorem, quas Iris aquas aut torqueat Ancon?
proxima Thermodon hic iam secat arva: memento.
inclita Amazonidum magnoque exorta Gradivo
gens ibi; femineas nec tu nunc crede catervas,
sed qualis, sed quanta viris insultat Enyo
divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.
ne tibi tunc horrenda rapax ad litora puppem
ventus agat, ludo volitans cum turma superbo
pulvereis exultat equis ululataque tellus
intremit et pugnas mota pater incitat hasta.
non ita sit metuenda tibi saevissima quamquam
gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis
et tonat adflicta semper domus ignea massa.
inde omnem innumeri reges per litoris oram,
hospitii quis nulla fides; sed limite recto
puppis et aequali transcurrat carbasus aura.
sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.
castra ibi iam Scythiae fraternaque surgit Erinys.
ipse truces illic Colchos hostemque iuvabis
auxiliis. nec plura equidem discrimina cerno.
fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
sed te non animis nec solis viribus aequom
credere; saepe acri potior prudentia dextra.
quam tulerit deus, arripe opem. iamque ultima nobis
promere fata nefas; sileo et precor ». atque ita facto
fine dedit tacitis iterum responsa tenebris.
Cum subita resides socios formidine Iason
praecipitat rumpitque moras tempusque timendi.
ipse viros gradiens ad primi litoris undam
prosequitur Phineus. « quaenam tibi praemia » dixit
« quas, decus o Boreae, possim persolvere grates?
me Pangaea super rursus iuga meque paterna
stare Tyro dulcesque iterum mihi surgere soles
nunc reor. exactae verumne abiere volucres?
nec metuam tutaeque dapes? date tangere vultus,
dem sinite amplexus, propiusque accedite dextrae.»
dixerat. abscedunt terris et litora condunt.
Omnibus extemplo saeva sub imagine rupes
Cyaneae propiorque labor, quando adfore quaque
parte putent; stant ora metu nec fessa recedunt
lumina diversas circum servantibus undas,
cum procul auditi sonitus insanaque saxa.
saxa neque illa viris, sed praecipitata profundo
siderei pars visa poli. dumque ocius instant,
ferre fugam maria ante ratem, maria ipsa repente
deficere adversosque vident discedere montes,

572 *fleret* codd. edd., *fuerit* C Cth Schenkl Langen Samuelsson, *flet* Iunt. I seqq. usque ad Carr. Baehr. *sit* Delam. versus **572-76** post v. 566 Leo ac Samuelsson transposuerunt. **573** *nulla* Delam. *nunc* Langen Bury. *peranda* V, *patranda* C, *raptanda* Heins., *rapienda* Bury, *properanda* m_2 edd. *recessu* Heins. **574** *celeris* codd. Bon. I, *celeres* Bon II seqq. **575** *movetur* Thilo. **579** *laevo* Heins. **580** *exiit* C Columbus, *impulit* T_1, *excitt* Pius Eng. Colin. Gryph Alardus, *incidit* Bon. II Ven. I II Maser., *attigit* Carr., *accidit* Bulaeus Giphanius Weitz Hth Schenkl Langen. *aures* codd. edd., *auris* Lachmann Columbus Thilo Baehr. Bury. **581** *nec* m Bon. II Ven. I II. **583** *rapti* vel *rapido* Francius, *rapidi* Cth praeter Vossium ac Delam., Schenkl Langen. *steterunt* Francius. **585** *patescent* Francius. **586** *suetae* Heins., *foedae* Burm. **587** *sic* T Ath praeter Delam. Nodell. Schrader., *scio* vel *tibi* vel *si* Heins., *scio* Wagner Huguet. **588** *si tua digna* Nodell olim. *fer te digna* Heins., *certe haec digna* Burm. Thilo Schenkl Langen Bury, *certe ita digna* vel *coelo digna* vel *dis generata* vel *dis prognata* vel *Cyaneasque [minas]* Ph. Wagner. *vacuum quae* Burm. *exibit* T Bon. I II Ven. I II Ald. Burm. **592** *praetulerit* B T Bon. I. *nec opina* vel *violenta* Heins. **593** *futuros* codd. Bon. I, *futuro* Heins., *futuris* T_1 Bon. II seqq. **595** *ater* C Parrhasius Ch Patav. *aquis* Gryph. **596** *spumeus* Heins. *furva* vel *picea* Heins., *caeca* Burm. Markland Baehr. *tegitur* Parrhasius Burm. Harles Markland Baehr. Langen. *campus* T Bon. I II Ven. I II Pius Eng. Colin Gryph. Ch Patav. seqq. usque ad Thilonem. **598** *hic* Heins. **600** *quas torqueat* C Cth. *Ancom* V, *Acheron* B, *Acon* T m Bon. I Iunt I II Ald., *Ancon* C Pius Maser. seqq. **601** *Thermodum* m. *Thermodoon* C T m_2 Iunt. I II Pius Ald. seqq. usque ad Heins. *huic* Baehr., *hinc* Madvig Bury. *secet* vel *fluento* Heins. *fluento* Baehr. Bury. **603** *ubi* R Hth praeter Delam. **604** *et* edd. ante Eng. Ch, *sed* Pius Eng. seqq. *insultet* T Ac, *insulet* Iunt. I Ven. I II. **606** *nec* T m Ac. *nunc* codd. edd. ante Harles., *tunc* Bon. II Ven. I II Patav. Harles seqq. **608** *pulsataque* Friesemann. **611** *victus* Heins. **612** *a flicta* Heins. **614** *limine* codd. edd. ante Eng., *limite* Pomp. Laetus Pius Eng. seqq. **620** *auratam* Francius. **621** *sed solis* Heins. Patav. **624** *sileo* codd. edd., *sileam* Loehbach Schenkl, *sinite o* Baehr., *sine me* Langen, *sileo et* C Cth Thilo. *procul* Maser., *vetor* Parrhasius. **625** *tegit* Burm. *tantis* Ald. **630** *genus* Francius. *possem* codd. Ah, *possim* Heins. seqq. **633** *verum nae* Iunt. I II Ald., *nam vere* C Cth, *verque* Langen. post *verumne* signum interrogationis Hosius posuit. **634** *ne* Heins. **635** *desinite* codd. Ah, *et sinite* Bon. II Ven. I II Meursius Vossius, *dem sinite* Heins. seqq. post hunc versum Damstè lacunam statuit. **639** *patent* Hortensius. post *putent* Iunt. I II Burm. alii interpunctionem sustulerunt. **640** *limina* Hortensius. **641** *auditis* V, *auditus* T B m Ac, *auditur* C Ch, *audiri* nonnulli apud Maser. Hth Mohr, *auditi* Maser. Ald. Caussin Thilo seqq. **643** *instat* codd. edd. ante Iunt., *instant* T Iunt. I seqq. post *instat*, sublata post *fugam* distinctione, Iunt I II Burm. Harles Schenkl Baehr. Langen Bury interpunxerunt. **645** *defigere* V B Bu H T_1 m, *disicere* Iunt. I II Pius Heins., *disiicere* Bon. I Maser. Hortensius Ald. Eng. Colin. Gryph., *diicere* T. *deiicere* Bon. II Ven. I II, *dissicere* Schottus Vossius, *diffluere* Wagner olim, *diffugere* C Carr. seqq., *deficere* Burm. Baehr. *aversosque* Cok Sabellicus, *adversusque* Hortensius. *descendere* codd. Ah, *discendere* Sabellicus Graevius Heins. seqq.

omnibus et gelida rapti formidine remi.
ipse per arma volans et per iuga summa carinae
hortatur supplexque manus intendit Iason
nomine quemque premens. « ubi nunc promissa superba
ingentesque minae, mecum quibus ista secuti?
idem animos certe viso timor omnibus antro
perculerat, stetimus tamen et deus adfuit ausis.
quin iterum idem aderit, credo, deus. » haec ubi fatus,
corripit abiecti remumque locumque Phaleri
et trahit; insequitur flammata pudore iuventus.
unda laborantes praeceps rotat ac fuga ponti
obvia; miscentur rupes iamque aequore toto
Cyaneae iuga praecipites inlisa remittunt.
bis fragor infestas cautes adversaque saxis
saxa dedit, flamma expresso bis fulsit in imbri.
sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror
effugit et tenebras nimbosque intermicat ignis
terrificique ruunt tonitrus elisaque noctem
lux dirimit, pavor ora virum, pavor occupat aures.
haud secus implevit pontum fragor; effluit imber
spumeus et magno puppem procul aequore vestit.
 Advertere dei defixaque numina ponto,
quid scopulis praeclusa ratis, quid dura iuventus
expediat; pendet magnis favor ortus ab ausis.
prima coruscanti signum dedit aegide virgo
fulmineam iaculata facem. vixdum ardua cautes
cesserat, illa volans tenui per concita saxa
luce fugit; cecidere viris animique manusque,
ut videre viam. « sequor, o quicumque deorum, »
Aesonides, « vel fallis » ait, praecepsque fragores
per medios ruit et fumo se condidit atro.
coeperat hinc cedens abductis montibus unda
ferre ratem pelagoque dies occurrere aperto.
sed neque permissis iam fundere rector habenis
vela, nec eniti remis pote: cum super adsunt
Cyaneae; premit umbra ratem scopulique feruntur
comminus. hic Iuno praecepsque ex aethere Pallas
insiliunt pariter scopulos: hunc nata coercet,
hunc coniunx Iovis; ut valido qui robore tauros
sub iuga et invito detorquet in ilia cornu.
inde, velut mixtis Vulcanius ardor harenis
verset aquas, sic ima fremunt, fluctuque coacto
angitur et clausum scopulos super effluit aequor.
contra omnes validis tenui discrimine remis
pergere iter mediosque ratem transferre per ictus;
saxa sed extremis tamen increpuere corymbis,
parsque (nefas) deprensa iugis; nam cetera caelo
debita. conclamant Minyae, latera utraque quippe
dissiluisse putant. fugit ipse novissimus ictus
Tiphys et e mediis sequitur freta rapta ruinis;
nec prius obsessum scopulis respexit ad aequor
aut sociis temptata quies, nigrantia quam iam
litora longinquique exirent flumina Rhebae.
tunc fessas posuere manus, tunc arida anheli
pectora, discussa quales formidine Averni
Alcides Theseusque comes pallentia iungunt
oscula, vix primis amplexi luminis oris.
 Nec vero ipse metus curasque resolvere ductor,
sed maria aspectans « heu qui datus iste deorum
sorte labor nobis? serum ut veniamus ad amnem
Phasidis et mites » inquit « dent vellera Colchi
unde per hos iterum montes fuga? » talia fundit'
imperio fixos Iovis aeternumque revinctos
nescius. haec fati certa nam lege manebant,
siqua per hos undis umquam ratis isset apertis.
 Tum freta, quae longis fuerant inpervia saeclis,
ad subitam stupuere ratem, Pontique iacentis
omne solum regesque patent gentesque repostae.
non alibi effusis cesserunt longius undis
litora nec, tantas quamvis Tyrrhenus et Aegon
volvat aquas, geminis et desint Syrtibus undae.
nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.

646 *egelida* Vossius, *e* vel *en gelida* Heins. *lapsi* Graevius Baehr, *rapti* Hortensius. **650** *animae* Koestlin. **651** *Amyci* codd. Bon. II Ven. I II Pius Ch Heins. Thilo seqq., *artus* Samuelsson, *animos* T Ath. *mentes* Heins. Thilo, *viso* Schenkl, *Amyci* Graevius Patav. seqq. usque ad Thilonem, Samuelsson. *mentes* Schenkl, *visus* Leo. post *antro* colon posuit Koestlin. **652** *pertulerit* Sabellicus, *caecus erat* Baehr. Langen, *nuper erat* Bury. **653** *certo* Baehr. **654** *Actaei* Heins. **655** *et pondere ventus* Sabellicus, *pondere ventum* Bon. I. **657** *cumone* Wagner. *torto* Heins., *moto* Burm. Langen Bury. **660** *fluxit* Bu Weichert. **661** *sicut* Schenkl Baehr. v. **662** Schenkl uncis inclusit. **663** *nocte* Hortensius. **664** *artus* Friesemann Lennep Schenkl Baehr. **667** *deae* Burm. *lumina* m_2 Cok Schenkl Baehr. Langen. **669** *ferret* Baehr. **673** *rediere* Bon. II Sabellicus Ven. I II Maser. Carr. seqq. praeter Bury. **675** *vel fallit* V T B Bu Bon. I Iunt. I II Maser. Ald., *vel fallar* Pius Eng. seqq. usque ad Heins., *vel fallor* C Bon. II Ven. I II Sabellicus Heins. seqq. usque ad Schenkelium, *nec fallor* Peerlkamp, *nil fallis* Schenkl, *ciet altus* Baehr., *nec fallis* Koestlin Langen, *vel fallis* B T_4 m_2 Delam. Summers Postgate Bury. **676** *fuso* codd. Ac, *fusco* T_4 Heins. olim, *fumo* C Carr. seqq. *antro* B T Ac. **677** *incendens* codd., *incedens* C Ch, *intendens* B T Ac Vossius Caussin, *incumbens* Ald., *hinc cedens* Heins. seqq. *adductis* codd. Bon. I II Ven. I II, *abductis* Iunt. I seqq. **679** *pandere* m_2 Heins. **680** *quoque* nonnulli apud Carr. Carr. **681** *unda* T H Cok Harles Schenkl Baehr. Langen Bury. **683** *hinc* B T Ah. **684** *hinc* B T Ah. **685** *invitum* Thilo. *in iliada* nonnulli apud Pium, *in avia* vel *herilia* Heins. **686** *mixtus—ahenis* Sabellicus, *mixtas—ahenis* Heins. Thilo Schenkl Baehr. Bury. **687** *una ferunt* Bu, *unda fremit* Ald., *una fremunt* T Bon. I. II Ven. I II. **688** *scopulo* Carr. Alardus. *effugit* Heins. **690** *porgere* Sabellicus. **691** *extremos corymbos* Burm. **694** *ictum* Heins. **695** *freta aperta* Damsté. **698** *Phoebi* codd. Bon. I Sabellicus, *Rhesi* Vossius, *Rhebi* C Iunt. I II Ald. Carr. Patav., *Rhebae* Bon. II seqq. **702** *ora ubi vix* Baehr. *primas—oras* R T_4 Bon. II Ven. I II Pius Ald. Burm. Wagner Lemaire seqq. *amplexus* Bon. I, *amplexis* Iunt. I II Maser. Barthius Weitz. **704** *quis* Cth. *ille* Burm. **705** *nobis? verum* vel *nobis rerum?* Burm., *nobis! verum* Schenkl, *nobis! saevum* Baehr. **706** *Phasidos* Burm. **708** *fixus* codd. Bon. I Iunt. I II Maser. Ald., *fixos* Bon. II seqq. *revinctus* B T Bu Cok Bon. I Iunt. I II Maser Ald. **709** *et* codd. Ah Koestlin, *id* Heins. seqq., *huc* H, *hoc* Bury, *haec* Baehr. *manebat* V T Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Heins. seqq., *manebant* V_2 T_2 B H m Bon. I II Ven. I II Maser. Ch Baehr. Koestlin. post *fati* Koestlin colon posuit **712** *tacentis* Friesemann. **715** *nec parvas quamvis* Columbus, *nec iunctas quamvis* Iacobs Ph. Wagner, *nec tenues quamvis* Schenkl, *nec tantas iunctus* Thilo Loehbach Baehr. Bury, *sed tantae quam vix* Langen, *sic tantas nam vix* Koestlin olim, *sed tantas quam vix* Koestlin, *rex tantas quamvis* Sandstroem, *nec tantas oris* Bussenius, *coniunctas quamvis* Madvig, *nec tantas gurges* Declerq, *nec tantas amnis* Adr. van Dorp, *nec nautas quamvis* Bu, *nec tantas quantus* Slothouwer. *Aegan* Vossius Salmasius Hth. post hunc versum lacunam huius sententiae Leo statuit: *Ponti vastas explesse lacunas sufficiant.* **716** *volvit* Beck. *nec desint* Columbus Thilo, *ut desint* Heins. Slothouwer Koestlin olim, *vel desint* Schenkl, *tot desint* Baehr. Koestlin Bury, *et desunt* T Beck, *[geminisque] haud desint* Sandstroem. *actae* Iacobs. *tantum geminis a Syrtibus absunt* Ph. Wagner. **717** *insuper huc* Heins., *nam supera huc*

non septemgemini memorem quas exitus Histri,
quas Tanais flavusque Lycus Hypanisque Novasque
addat opes, quantosque sinus Maeotia laxent
aequora. flumineo sic agmine fregit amari
vim salis hinc Boreae cedens glaciantibus auris
Pontus et exorta facilis concrescere bruma.
utque vel inmotos ursae rigor invenit amnes
vel freta versa vadis, hiemem sic unda per omnem
aut campo iacet aut tumido riget ardua fluctu,
atque hac Europam curvis anfractibus urguet,
hac Asiam Scythicum specie sinuatus in arcum.
illic umbrosae semper stant aequore nubes
et non certa dies, primo nec sole profundum
solvitur aut vernis cum lux aequata tenebris,
sed redit extremo tandem in sua litora tauro.
 Iam Mariandynis advertit puppis harenis,
atque celer terras regemque exquirit Echion
dicta ferens, lectos (fama est si nominis umquam)
Haemoniae subiisse viros, det litora fessis.
adproperat Lycus auditis laetatus Achivis,
ac simul Aesoniden omnemque in regia turbam
tecta trahit modo Bebryciis praefixa tropaeis,
mitis et in mediis effatur talia Grais:
« haud temere est: fato divum reor ad mea vectos
litora vos, odium quibus atque eadem ira furentis
Bebryciae saevaque pares de gente triumphi.
certa fides animis, idem quibus incidit hostis.
nos quoque, nos Amycum, tanto procul orbe remoti,
sensimus et saevis frater mihi fusus harenis.
ultor ego, atque illuc cunctis accensus in armis
tunc aderam, cum vos mediis contenta ferebant
vela fretis. illum in sanie taboque recenti
vidimus aequoreo similem per litora monstro.
nec vero praerepta mihi suprema tyranni
fata queror bellove magis laetarer et armis
procubuisse meis, quam lege quod occidit ultus
ipse sua meritoque madent quod sanguine caestus. »
excipit Aesonides « tuus ergo in montibus ignis
ille? tuas acies medio de gurgite vidi? »
fatur et ostentans prolem Iovis « hic tibi Pollux
en » ait, « inviso solvit cui pectore poenas. »
ille virum circa mirantia lumina volvit.
festa dehinc mediis ineunt convivia tectis
communesque vocant superos, quorum eruta nutu
Bebrycia, et votis pariter praedaque fruuntur.

LIBER QVINTVS

Altera lux haud laeta viris emersit Olympo:
Argolicus morbis fatisque rapacibus Idmon
labitur extremi sibi tum non inscius aevi.
at memor Aesonides nimium iam vera locuti
Phineos hinc alios rapto pavet Idmone luctus.
tum comiti pia iusta tulit caelataque multa
arte Dolionii donat velamina regis,
hospes humum sedemque Lycus. flens arma revellit
Idmonis e celsa Mopsus rate; robora caedunt
pars silvis portantque arae; pars auguris alba
fronde caput vittisque ligant, positumque feretro
congemuere; dies simul et suus admonet omnes.
 Ecce inter lacrimas interque extrema virorum
munera, quem cursus penes imperiumque carinae,
Tiphyn agit violenta lues, cunctique pavore
attoniti fundunt maestas ad sidera voces.
« arquipotens adverte, precor, nunc denique Apollo;
hoc, pater, hoc nobis refove caput, ulla laboris
si nostri te cura movet, qui cardine summo
vertitur atque omnis manibus nunc pendet ab unis. »
dicta dabant ventis nec debita fata movebant.

Burm., *nam supra hac* Slothouwer, *at super hac* Schenkl, *namque super hic* Bu. *quos congerat* Slothouwer. **718** *num* Slothouwer Schenkl Baehr. Langen Bury, *nam* Heins., *quid* Ph. Wagner. **719** *refluusque* Heins. *Lyces* codd. Ath, *Cales* Heins., *Tyres* Maserii codd. Maser Thilo Ph. Wagner Schenkl Bury, *Byces* Delam, *Lycus* Vossius Caussin Langen Heeren. *Nomasque* B T Ac. *Boasque* Wagner Hugue, *Noasque* Pius, *Melasque* C Cth praeter Caussin., Thilo, *Rhoasque* Langen, *Tyrasque* vel *Hypanis uterque* Delam. *Novasque* Schenkl Baehr. Bury corruptum putaverunt. **721** *regit* V Bu m, *frangit* Cth, *fregit* T Ac Thilo seqq. **722** *glacialibus* C T_1 Carr. Alardus Patav. Burm. Wagner Lemaire. **723** *inducta* Francius. **724** *inveniat* V, *invehat* R B T m Ac, *innovat* vel *induit* vel *incubat* Heins., *incubat* Langen, *invehit* T_1 Vossius, *invenit* Pii codd. Pius Eng. Colin. Gryph. Carr. seqq. **725** *mersa* B Pius Eng. Colin. Gryph. **726** *ut campus* vel *par campo* Heins. *rigat* C Carr. Vossius Alardus Patav. **727** *haec* Iunt. II, *hinc* Ald. *anguet* V B, *angit* m_2 T_2 Ath, *anget* C Ch, *angens* Zinzerlingus, *ambit* Ph. Wagner, *urguet* Heins. Thilo seqq. **728** *huc* codd. Bon. I, *hunc* Bon. II Ven. I II, *hac* Iunt. I seqq. *Scythici speciem—arcus* Francius Heins. **729** *umbroso* Heins. **730** *vere* Baehr. **731** *aut soli* Baehr. v. **732** deest in Ac praeter Bon. I II Ven. I II. **733** *mynias durus* B, *minyas diris* T edd. ante Eng. praeter Pium. **734** *at celer in terras ad regem* Heins. *excurrit* Heins., *requirit* Baehr. **735** *undam* Heins. **736** *Haemonii* T Ac Hth. *venisse* Peerlkamp. **737** *at properat* T Ac. **741** *facto* B Bon. I. **742** *nos* Bon. I. *adeamira* V m, *adea mira* Bu, *eadem mira* Bon. II Ven. I II, *adeo ira* T_1, marg. Bon. I, *ea mira* T B Bon. I, *ea cura* Iunt. I seqq. usque ad Carr., *eadem ira* C Sabellicus Carr. seqq. **745** *non* Ald. *haud procul* Burm. **746** *lusus* T edd. ante Eng. praeter Pium. *habenis* Wevtingk Baehr. **747** *illic* Ac praeter Bon. II Ven. I II. *ast luctu succensus* Fr. Reuss. **749** *in saniae* V m, *insaniae* T, *inani* Bu, *sanie* B Bon. II Ven. I II Maser., *in sanie* Bon. I seqq. **751** *praecepta* B m Cok Heins. **753** *accidit* Bon. I Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. **757** *fatus* T Ac. **758** *inciso* Bulaeus, *inliso* [Delam. Baehr.] vel *eliso* Columbus, *inrito* Baehr. Langen. *qui* codd. Bon. I II Ven. I II, *cui* Iunt. I seqq. **762** *feruntur* Bon. I.

Lib. V. **3** *non tamen inscius* Heins., *iam non inscius* Schenkl, *dudum non inscius* (om. *sibi*) Loehbach olim, *dudum conscius* Baehr. Langen, *tum non conscius* Loehbach Gebbing. **7** *Dolonei* Bon. II Ven. I II Maser., *Dolionei* Pius. **10** *portamque* Iunt. I II Ald. *aras* Bon. II Ven. I II Maser., *pyrae* Heins. **17** *averte* Burm.

qualem praecipiti gravidum iam sorte parentem
natorum flet parva manus trepidique precantur,
duret ut invalidis et adhuc genitoris egenis;
haut aliter socii supremo in tempore Tiphyn
ante alios superesse volunt. mors frigida contra
urguet, et ille recens oculis intervolat Idmon.
exanimum frustra Minyae clamore morantur
avellique negant; vix membra rigentia tandem
inposuere rogo lacrimasque et munera flammis
vana ferunt: crescit donis feralis acervus.
ut vero amplexus fessi rupere supremos
et rapidae sonuere faces, tunc ipsa cremari
visa ratis medioque viros deponere ponto.
non tulit Aesonides geminis flagrantia cernens
corpora cara rogis, sed pectore ductor ab imo
talia voce gemit: « quid tantum infensa repente
numina? quas nostri poenas meruere labores?
bina (nefas) tuto pariter mihi funera surgunt
litore. magna adeo comitum numerosaque pubes?
aut socios rapit atra dies, aut ipse relinquo
sontibus inpulsus Furiis. ubi Tiphys? ubi Idmon
fata canens? ubi monstriferae par ille novercae?
te sine, Thespiade, nos ulla movebimus ultra
aequora? nec summa speculantem puppe videbo
Pleiadumque globos et agentes noctibus Arctos?
cui Minyas caramque ratem, cui sidera tradis?
carpere securas quis iam iubet Aesona noctes?
hoc labor, hoc dulci totiens fraudata sopore
lumina et admotis nimium mens anxia Colchis
profuit? heu quantum Phasis, quantum Aea recessit!
nunc quoque, si tenui superant in imagine curae,
adsis umbra, precor, venturi praescia caeli,
rectoremque tuae moneas ratis. » haec ubi fatus,
sola virum flammis vidit labentibus ossa.
« quod tamen externis unum solamen in oris
restat » ait, « caras humus haec non dividat umbras
ossaque nec tumulo nec separe contegat urna,
sed simul, ut iunctis venistis in aequora fatis. »
haud mora: reliquias socii defletaque miscent
nomina. tum vivo frondens e cespite tellus
aggeritur, cineremque Lyco commendat Iason.
Maesti omnes dubiique, ratem fidissima cuius
dextra regat; simul Ancaeus sollersque petebat
Nauplius. Erginum fato vocat ipsa monenti
quercus, et ad tonsas victi rediere magistri.
ac velut ille, gregis cessit cui regia, taurus
fertur ovans; hunc omnis honos, hunc omnis in unum
transit amor; primo laetus sic tempore rector
ingreditur cursus; etenim dat candida certam
nox Helicen. iam prora fretum commoverat et iam
puppe sedens diras dimiserat anchora terras.
Inde, premente noto, tristes Acherusidos oras
praeterit et festa vulgatum nocte Lyaei
Callichoron; nec vana fides. his Bacchus in undis
abluit eoo rorantes sanguine thyrsos.
illum post acies rubrique novissima claustra
aequoris hic resides thiasos, hic aera moventem
udaque pampinea nectentem cornua vitta
nunc etiam meministis, aquae, Boeotia qualem
Thyas et infelix cuperet vidisse Cithaeron.
Fama per extremos quin iam volat inproba manes
interea et magnis natorum laudibus implet,
addita iamque fretis repetens freta, iamque patentes
Cyaneas. ardent avidos attollere vultus,
quos pietas vel tangit adhuc quos aemula virtus.
fata immota manent; unum, qui litore in illo
conditus, ad carae mittunt spectacula turbae.
it Sthenelus: qualem Mavortia vidit Amazon
cumque suis comitem Alcides ut condidit armis,
talis ab aequorei consurgens aggere busti
emicuit; fulsere undae, sol magnus ut orbem
tolleret aut nubem quateret polus. atque ea vixdum

22 *morte* Heins. *qualem praecipiti raptatum morte* vel *qualiter ancipiti gravidatum sorte* Friesemann. 24 *imis* Bon. I. 25 *funere* C Vossius. 26 *vovent* Heins. 31 *una* T B Bon. I. 32 *moesti* Burm. 33 *Aesonidus* V, *Aesonias* T, *esonias* Bon. I, *Aesonius* B Bu T m Thilo Langen, *Aesonides* Bon. II seqq. 36 *sed ducta pectore ab imo* Friesemann. 38 *qui* Baehr. 39 *toto* codd. Ah Bury, *tuto* Sabellicus Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Vossius Heins. seqq. *surgent* V B Bu m Bury, *surgunt* T m_2 edd. 40 post *litore* signum interrogationis Bury posuit. 41 *relinquor* C T Carr. Alardus. 46 *choros* Heins. *egentes* Heins. Fr. Reuss. *fluctibus* Heins., *motibus* Bury. 48 *qui iam iubet* Maser. Alardus, *quid iam iuvet* Heins., *quis suadet* Samuellson. *Iasona* Delam. Samuellson. post *Aesone* [sic legit] Hosius versum intercidisse putat. 50 *adtonitis* V Ah, *amotis* Ald., *admotis* Gron. Heins. seqq. *nunc anxia* B T edd. ante Ald., Pio excepto. *curis* Balbus. 51 *profugit* Bon. II Ven. I II Balbus, *profuit* vel *profugit* Maser. *quantumque* T Ac, *quantum Aeta* V C B Pius Eng. Colin. Gryph. Ch, *quantum oeea* T_1. *quantum Oeta* m, *quantumque oea* Bu, *quantum Aea* R Heins. seqq. 55 *lambentibus* C Maser. Carr. Alardus, *tabentibus* Baehr. 56 *extermis* V m, *extremis* Pius Eng. Colin. Gryph. Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875], *externis* C T edd. 57 *dividet* C Cth. 58 *conteget* C Cth. 59 *vinctis* m Bon. II Ven. I II, *victas* Bon. I. *aequore* T Bon. I. 61 *frondes et* codd. Ah, *frondes e* R, *frondens e* Heins. seqq. *frondes et vivo cespite* Zinzerlingus Vossius. 64 *petebant* Cth . 67 *veluti grecis cessit* V m, *veluti gregis cessit* T B Bon. I Iunt. I II Ald., *veluti gregis accessit* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph., *veluti gregis ac cessit* T_1, *velut ipse gregis cessit* Maser., *velut ille gregis cessit* C Carr. seqq. 68 *hinc—hunc* V, *hinc—hinc* Koestlin, *huic—hunc* Lemaire, *hunc—hunc* m edd. 69 *primo laetu sic* V, *primo laetos sic* C Carr. seqq. usque ad Burm., *primo leto sic* T Bon. I, *primos lecto sic* B Delam , *primo laeto sic* Bu, *primos laeto sic* R Heins., *primo laetus sic* m Bon. II seqq. 71 *nam prora* Ac. 72 *fune haerens* Burm., *puppe sedet* Damstè Samuellson. . . . . V m, *tristes* C, *moestas* R T_1, *placidas* T edd., *placitas* Heins., *saevas* Schenkl, *miseras* Baehr., *tandem* Bury olim, *rector* Damsté Samuellson, *summa* Leo, *diras* Loehbach Gebbing Postgate Bury. *diviserat* C Peerlkamp. *aequore* Peerlkamp. post *sedens* Langen putat duo hemistichia intercidisse. 75 *Callirhoan* V m T_1 Bon. I, *Callirhoen* C m_2, *Calliroam* Bu, *Calliroen* R, *Callirhoon* T Iunt. I II, *Callichorus* Ald., *Callichoron* Bon II seqq. *hic* codd. Ac, *sis* Gryph., *his* Bu m_2 Pius Carr. seqq. *ut* codd. Ac, *et* Bu T_1, *in* Pius Carr. seqq. 77 *castra* nonnulli apud Pium. 79 *mitra* Markland. 82 *hinc* Heins. 83 *fatorum* C Carr. Alardus Patav., *nautarum* Heins. olim. hic versus in margine C scriptus est: Valerio eum abiudicaverunt Carr. Heins. Huguet. post v. 83 in codice Pomponii Laeti Pius hunc versum repperit *venturam caelo fatis melioribus Argo*, quem R ac T margini adscriptum exhibent. Pius. Eng. Colin. Gryph. Patav. eum receperunt. 84 *additamque* V Bu m, *addictamque* R B m_2, *adductasque* C, *adductaque* Zinzerlingus, *addita quaque* Heins., *addita iamque* T_1 edd. *repetensque* Bu, *repetit* Slothouwer, *referens* Baehr. Langen. *namque* codd. Bon. I, *quaque* C Heins., *iamque* T Bon. II seqq. *pharentes* V m, *parentes* m_2, *ferentis* T. *ferentes* C R Bu T_1 Ath, *furentes* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph., *retentat* Slothouwer, *patentes* marg. Ven. Delam. Thilo seqq. 89 *is* Heins. 90 *comes Alcidae seu concidit* Heins. 93 *cum tollit nubemque quatit polus* Baehr.

visa viris atra nox protinus abstulit umbra.
ille dolens altum repetit chaos. omina Mopsus
dum stupet, in prima tumulum procul aspicit acta,
obnubensque caput cineri dat vina vocato.
carmina quin etiam visos placantia manes
Odrysius dux rite movet mixtoque sonantem
percutit ore lyram nomenque relinquit harenis.
Altius hinc ventos recipit ratis ac fugit omne
Crobiali latus et fatis tibi, Tiphy, negatum
Parthenium, ante alios Triviae qui creditur amnis
fidus et Inopi materna gratior unda.
mox etiam Cromnae iuga pallentemque Cytoron
teque cita penitus condunt, Erythia, carina.
iamque reducebat noctem polus: alta Carambis
raditur et magnae pelago tremit umbra Sinopes.
Assyrios conplexa sinus stat opima Sinope,
nympha prius blandosque Iovis quae luserat ignes
caelicolis inmota procis: deceptus amatae
fraude deae nec solus Halys, nec solus Apollo.
Addidit hic casu comites Fortuna benigno
Autolycum Phlogiumque et Deileonta, secutos
Herculis arma viros; vagus hos ibi fixerat error.
ut Graiam videre manum puppemque Pelasgum,
prima ruunt celeres ad litora seque precantur
accipiant socios. nova dux accedere gaudet
nomina desertos et iam sibi currere remos.
transit Halys longisque fluens anfractibus Iris
saevaque Thermodon medio sale murmura volvens,
Gradivo sacer et spoliis ditissimus amnis,
donat equos, donat votas cui virgo secures,
cum redit ingenti per Caspia claustra triumpho,
Massageten Medumque trahens. est vera propago
sanguinis, est ollis genitor deus. hinc magis alta
Haemonidae petere et monitus non temnere Phinei.
ipse autem comitum conversus ad ora novorum
« vos mihi nunc pugnas » ait « et victricia » ductor
« Herculis arma mei vestrasque in litore Martis
interea memorate manus ». sic fatus et aegro
corde silens audit cursus bellique labores
virginei, exciderit frenis quae prima remissis,
semianimem patrius quam sanguine vexerit amnis,
quae pelta latus atque umeros nudata pharetris
fugerit Herculeae mox vulnere prensa sagittae,
utque securigeras stimulaverit Ira catervas
fleturusque pater, quantus duce terror in ipsa,
qui furor in signis, quo balteus arserit auro.
Nocte sub extrema clausis telluris ab antris
pervigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
ruricolae, Gradive, tui; sonat illa creatrix
prima manus belli terras crudelis in omnes.
nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
eruerent ensesque darent, odia aegra sine armis
errabant iraeque inopes et segnis Erinys.
inde Genetaei rupem Iovis, hinc Tibarenum
dant virides post terga lacus, ubi deside mitra
feta ligat partuque virum fovet ipsa soluto.
vos quoque non notae mirati vela carinae
Mossynoeci, vos stabulis Macrones ab altis
Byzeresque vagi Philyraeque a nomine dicta
litora, quae cornu pepulit Saturnus equino.
Ultimus inde sinus saevumque cubile Promethei
cernitur, in gelidas consurgens Caucasus arctos.
ille etiam Alciden Titania fata morantem
attulerat tum forte dies; iamque aspera nisu

94 *atram* C m Ah. *attulit* C Ch. *umbram* codd. Ah, *umbra* Heins. seqq. **95** *omnia* V B T Ac Bip. Thilo Langen, *omina* C m Ald. Carr. seqq. **99** *Odrysium* T Ac praeter Pium Eng. Colin. Gryph., Delam. *dum* C Cth praeter Vossium Heins. Delam. *recte* nonnulli apud Carr. *monet* T edd. ante Ald. praeter Pium. post hunc versum Thilo lacunam statuit. **100** *perclytore* V m, *perculit ore* R Heins., *perdit ore* B, *percutit ore* T edd. **101** *acrius* Baehr. Langen, *largius* Sandstroem, *actus* Fr. Reuss. *in ventos* codd. edd., *inventos* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *intentos* Burm., *in remos* Baehr., *inceptos* Fr. Reuss, *it ventosque* Bury, *hinc ventos* R T_1 Pius Delam. Thilo Schenkl Sandstroem Langen. *cecidit* Sabellicus, *recidit* vel *cecidit* Maser., *redit* Herelius Ruhnkenius Harles Wagner Baehr., *rapit* Bury. **102** *Cobilli* V R Bu T Bon. I, *Cobylli* C m, *Crobiali* Bon. II seqq **103** *amnes* Carr. Alardus Harles seqq. usque ad Thilonem. **104** *Inopia* codd. edd. ante Eng., *Oenopi* Vossius, *Enopiae* C, *Inopi* H. Barbarus Pius Maser. seqq. *materni* Gryph. **105** *Cromanae* codd., *Cromane* Bu Bon. I, *Cromenae* B, *Cromnamque* Iunt. I II Pius Maser. Ald., *Cromnam atque* Bon. II seqq. usque ad Heins., *Cromnae* Heins. seqq. *iugo* Bon. II seqq. usque ad Heins. *pallentem* V m. *pallente* Ah, *pallentemque* C T Bu m_2 Heins. seqq. *Citheron* V Bon. I, *Cytheron* m Bu, *Cytheram* C, *Cytoron* T Bon. II seqq. **106** *Erythrea* Bon. I Iunt. I II Ald. Balbus, *Erythina* T Bon. II Sabellicus Ven. I II Maser., *Erythine* Pius Eng. Colin. Gryph. **114** *Aut holitum* V, *at olitum* T, *haud olitum* Bu m, *autolicum* T_1, *autolitum* C Bon. I Iunt. I II Ald., *aut olycum* Bon. II Ven. I II, *autolycum* Pius Maser. seqq. *Phogiumque* codd. Bon. I Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph., *Phlogiumque* T_1 Bon. II seqq. *Deiolenta* codd. Bon. I Iunt. I II Pius Ald., *Deineleonta* T_1, *Deileonta* Bon. II seqq. **115** *hos fixerat* Bu, *hos defixerat* T Bon. I II Ven. I II Maser., *hos ibi fecerat* nonnulli apud Carr. **116** *Pelasgam* edd. praeter Thil. **123** *notas* T B m_2 edd. ante Eng. praeter Pium. **125** *Messageton* V m, *Massageton* B T Bu Bon. I Ald., *Messagetum* m_2. *Massagetom* Iunt. I II, *Massagetum* Bon. II. Ven. I II Maser., *Massageten* C Pius seqq. *mediumque* codd. Bon. I, *medumque* m_2 T_1 Bon. II seqq. *dura* Meyncke Baehr. **126** *sanguineusque ollis* Schenkl. post *propago* colon posuit Wagner. **131** *fatur* Meyncke Schenkl Baehr. Langen. *at* Meyncke. **132** *currus* codd. edd., *casus* Meyncke, *cursus* doctus quidam apud Harlesium, Schenkl Baehr. Langen Bury. **134** *vexerit amnis in aequor* C Carr. seqq. praeter Caussin. Baehr. Bury, *turbine vexerit amnis* Schenkl. **135** *umeris* V, *humeris* m Bu Bon. I, *humeros* m_2 T Bon. II seqq. **136** *pressa* Sabellicus. **139** *insignis* B T m Bon. I Iunt. I seqq. usque ad Carr., Alardus Heins. Patav. Delam. Caussin Schenkl Langen, qui post *furor* fere omnes distinxerunt. **140** *raucis* Burm., *celsis* Schenkl, *densis* Baehr. **142** *tonat* Burm. **143** *ima* Baehr., *prisca* Koestlin. **147** *indigena et aerupem* V m, *indigena et rupem* Bu, *indigena aetherii rupem* B, *indigena eterni rupem* T Bon. I, *inde Genetaei rupes* C Carr., *inde Genetaei rupem* Politianus Bon. II seq. *hinc tibi Mavors* codd. Bon. I, *inde Tymanos* C, *inde Tymaros* Carr., *hinc Tibarenos* Vossius Heins., *inde Tibarnos* Alardus Bulaeus, *hunc tibi Mavors* Bu, *hinc Tibarenum* Politianus Bon. II seqq. **148** *Minyae* Heins. Eyssenhardt. **151** *Moossonychi vos et* V, *Mossonychi vos et* C m Bon. I Ch Bury, *Mossynechi vos et* R T_1, *Mossynni vos et* Mycillus, *Mossonichi nos et* Bu. *Mossynoeci vos et* Iunt. I II Ald., *Mossynici vos et* Pius Eng. Colin. Gryph., *Mossyni vos et* nonnulli apud Maser., Balbus Vossius Heins. seqq., *vos Mossynoeci et* Leo Heeren, *Mossynoeci vos* Bon. II. Ven I II Maser. *speculis* Friesemann. *Magrones* codd. Bon. I. *Macrones* T_1 Bon. II seqq. **152** *Bytheresque* C, *Byzaresque* T_1 Iunt. I II Ald. **156** *illo* Heins. *morentem* Koch Langen, *norantem* Eyssenhardt Bury.

undique convellens veteris cum strage pruinae
vincula prensa manu saxis abduxerat imis
arduus et laevo gravior pede; consonat ingens
Caucasus et summo pariter cum monte secutae
incubuere trabes abductaque flumina ponto.
fit fragor, aetherias ceu Iuppiter arduus arces
inpulerit, imas manus aut Neptunia terras.
horruit inmensum Ponti latus, horruit omnis
Armeniae praetentus Hiber, penitusque recusso
aequore Cyaneas Minyae timuere relictas.
tum gemitu propiore chalybs densusque revulsis
rupibus audiri montis labor et grave Titan
vociferans, fixos scopulis dum vellitur artus.
contra autem ignari (quis enim nunc credat in illis
montibus Alciden dimissave vota retemptet?)
pergere iter socii; tantum mirantur ab alto
litora discussa sterni nive ruptaque saxa
et simul ingentem moribundae desuper umbram
alitis atque atris rorantes imbribus auras.
Sol propius flammabat aquas, extremaque fessis
coeperat optatos iam lux ostendere Colchos.
magnus ubi adversum spumanti Phasis in aequor
ore ruit. cuncti pariter loca debita noscunt
signaque commemorant emensasque ordine gentes,
dantque ratem fluvio. simul aethere plena corusco
Pallas et alipedum Iuno iuga sistit equorum.
Ac dum prima gravi ductor subit ostia pulsu,
populeos flexus tumulumque virentia supra
flumina cognati medio videt aggere Phrixi,
quem comes infelix Pario de marmore iuxta
stat soror, hinc saevae formidine maesta novercae,
inde maris pecudique timens inponere palmas.
sistere tum socios iubet atque hinc prima ligari
vincula, ceu Pagasas patriumque intraverit amnem.
ipse gravi patera sacri libamina Bacchi
rite ferens umbram vocat et sic fatur ad aras:
« per genus atque pares tecum mihi, Phrixe, labores
tu, precor, orsa regas meque his tuteris in oris
tot freta, tot dure properantia sidera passum.
Phrixe, fave et patrias placidus reminiscere terras.
tu quoque nunc, tumulo nequiquam condita inani,
adnue diva maris numeroque accede tuorum.
quando egomet rursus per te vehar? aurea quando
Seston et infaustos adgnoscent vellera fluctus?
vos etiam silvae, vos Colchidos hospitis orae,
pandite, dives ubi pellis micet arbore sacra.
tunc tibi, fecundi proles Iovis, orte nivali
Arcados axe deae, fluvio modo, Phasi, quieto
Palladiam patiare ratem, nec dona, nec arae
defuerint tellure mea; reverenda fluentis
effigies te, Phasi, manet, quam magnus Enipeus
et pater aurato quantus iacet Inachus antro ».
dixerat, atque illi dextra sine versa magistri
protinus in proram rediit ratis omine certo
fluminis os pontumque tuens. « promittis ut ecce
utque vocas revehemur » ait. sic deinde precatus
arma iubet celsa socios depromere puppe.
dona dehinc Bacchi casusque ut firmet in omnes
rapta Ceres, viridesque premunt longo ordine ripas.
Incipe nunc cantus alios, dea, visaque vobis
Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non haec
ora satis; ventum ad furias infandaque natae
foedera et horrenda trepidam sub virgine puppem:
impia monstriferis surgunt iam proelia campis.
ante dolos, ante infidi tamen exequar astus
Soligenae falli meriti meritique relinqui
inde canens: Scythica senior iam Solis in urbe
fata laborati Phrixus compleverat aevi.
illius extremo sub funere mira repente
flamma poli magnoque aries apparuit astro
aequora cuncta movens. at vellera Martis in umbra
ipse sui Phrixus monumentnm insigne pericli
liquerat ardenti quercum conplexa metallo.
quondam etiam tacitae visus per tempora noctis
effigie vasta, socerumque exterruit ingens
prodita vox « o qui patria tellure fugatum
quaerentemque domos his me considere passus
sedibus, oblata generum mox prole petisti,
tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt,

159 *obduxerat* B, *adduxerat* Hth praeter Delam. **162** *obductaque* Delam. **164** *manus aut imas* Ac Mueller. **167** *tenuere* T Bon. I. **171** *non* m B Bu Bon. I, *tunc* Bon. II Ven. I II. *ullis* Carr. Alardus. **175** *ingentis* Balbus. *moribundi* m_2, *moribundam* edd. ante Eng. praeter Pium. **179** *obversum* Francius. **180** *possunt* T Ac praeter Pium. **182** *prona* Columbus. *laeta* Baehr., *frena* Koestlin. **185** *flumineos* Eyssenhardt. *nexus* E. Reuss. **186** *culmina* Heins. Eyssenhardt. **187** *pavo* V, *parvo* V_1 T m Bu Ah Madvig Bury, *pariter* Meyncke Baehr. Postgate, *pavido* Koestlin, *pavitans* E. Reuss, *paro* Fr. Reuss, *Pario* Maser. Heins. seqq. **190** *hic* Iunt. I seqq. usque ad Alardum, Wagner Lemaire. **194** *pergimus* Eng. Colin. Gryph., *par genus* R T_1, *pergemus* Iunt. I II Ald. **195** *te* Bon. II Ven. I II E. Reuss. *ossa* codd. Bon. I, *orsa* Bon. II seqq. **196** *tot durae properantia sidera passum* V R T_1 Gryph., *tot durae properanti sidera passo* B, *tot durae properanti sidera passum* T Bon. I, *tot dure properanti sidera passum* Bon. II Ven. I II Iunt. I II Ald., *tot dire properantia sidera passis* Cuperus, *tot dure properantia sidera passis* C Carr. seqq., *tot cursu properanti sidera passis* Iacobs Delam. Caussin, *tot dudum te propter sidera passis* vel *totque adeo te propter sidera passis* vel *tot terras, tot inhospita sidera passis* Heins., *tot duce te properantia sidera passis* Burm., *tot cursu properanti sidera passum* Thilo E. Reuss Schenkl, *tot prora properanti sidera passum* Baehr., *tot brumae properantia sidera passum* Ellis, *tot brumae rorantia sidera passum* Koestlin, *tot dure properantia sidera passus* Summers, *tot dure properantia sidera passum* Pius Maser. Eng. Colin. Madvig Bury. **197** *fove* T_1 Sabellicus Pius Heins ..... V m Bu, *iam etiam* B, *etiam* T Ac, *placidus* C Carr. seqq. **200** *ego te* Pius Loehbach. *perteveara* V, *praetervehas* m, *pretervehar* T, *praetervehar* m_2 Bu Ac Loehbach, *per te vehar* C Carr. seqq. **202** *ora* Pius Eng. Colin. Gryph., *oram* Heins. Burm. **203** *misceat* V m Bu, *miceat* m_2, *micat* B T_1 Pii codd., *nitet* T Ac. *micet* C Carr. seqq. **207** *verenda* V, *veneranda* m T edd., *venerandaque* Koestlin, *reverendaque* Baehr., *reverenda* Heins. Langen Bury. *natis* Baehr., *fontis* Koestlin, *futuris* Schenkl Hartel, *faventem* vel *Pheraeis* Ph. Wagner, *tuenti* Sandstroem Langen. **209** *arquato* vel *arcano—antro* vel *aurata—urna* Heins. **211** *puppim* Langen De la Ville de Mirmont Bury. **212** *portumque* nonnulli apud Maser. **215** *casus qui* codd. Ath, *casusque ut* Heins. Burm. Thilo seqq. **217** *alios cantus* Cth. *nobis* Bu edd. ante Eng. praeter Pium. **218** *Thessalia* Bon. I, *Thessalique* T. **220** *imagine* C Carr. Vossius Heins. *pubem* Heins. **224** *inde canes* Heins., *iam canens* Meyncke, *incipiam* Loehbach, *en canens* Damstè, *mira cano* Ph. Wagner, *inde carens* Bury olim. *ut senior iam Solis* Burm., *senior cum Solis* Bury, *genitoris Solis* Meyncke. *ab urbe* Carr. Alardus Patav. Heins. Bip. Lemaire, *ut urbe* Postgate. v. **224** Baehr. uncis inclusit. **225** *compleverit* Burm. **226** *visa* Ph. Wagner. **233** *qui* Vm, *qui iam* T B edd. ante Eng.. Carr. II, *o qui* T_1 Pius Eng. seqq. **234** *domus* T Bu edd. ante Eng. praeter Pium. **236** *superstant* Heins.

rapta soporato fuerint cum vellera luco.
praeterea infernae quae nunc sacrata Dianae
fert castos Medea choros, quemcumque procorum
pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis.»
dixit et admota pariter fatalia visus
tradere terga manu, tum falso fusus ab auro
currere per summi fulgor laquearia tecti.
membra toris rapit ille tremens, patriumque precatur
numen et eoo surgentes litore currus.
« haec tibi, fatorum genitor tutela meorum
omnituens. tua nunc terris, tua lumina toto
sparge mari; seu nostra dolos molitur opertos,
sive externa manus, primus mihi nuntius esto.
tu quoque, sacrata rutilant cui vellera quercu,
excubias, Gradive, tene; praesentia luco
arma tubaeque sonent, vox et tua noctibus extet.»
vix ea, Caucaseis cum lapsus montibus anguis,
haud sine mente dei, spiris nemus omne refusis
inplicuit Graiumque procul respexit ad orbem.
ergo omnes prohibere minas praedictaque Phrixi
invigilat, plena necdum Medea iuventa
adnuitur thalamis Albani virgo tyranni.
. Interea auguriis monstrisque minacibus urbem
territat ante monens semper deus et data seri
signa mali; reddi iubet exitiale sacerdos
vellus et Haemoniis infaustum mittere terris.
contra Sole satus Phrixi praecepta volutans
aegro corde negat, nec vulgi cura tyranno,
dum sua sit modo tuta salus. tunc ordine regi
proximus et frater materno sanguine Perses
increpitare virum; sequitur duce turba reperto.
ille furens ira solio se proripit alto,
praecipitatque patres: ipsum quin talibus ausis
spem sibi iam rerum vulgi levitate serentem
ense petit. rapit inde fugam crudelia Perses
signa gerens omnemque quatit rumoribus arcton.
iamque aderat magnis regum cum milibus urbi,
primaque in adversos frustratus proelia muros
constiterat. datus et sociis utrimque cremandis
ille dies alterque dies, cum Marte remisso
debitus Aeaeis dux Thessalus adpulit oris.
Nox hominum genus et duros miserata labores
rettulerat fessis optata silentia terris.
at Iuno et summi virgo Iovis intima secum
consilia et varias sociabant pectore curas.
virgo prior « magna pariter quos mole petamus,
cernis » ait « Colchos habeant quae proelia, quique
nunc status. hinc Perses, illinc non viribus aequis
apparat Aeetes aciem. quibus addimur armis?»
cui Iuno « dimitte metus, ne proelia forte
hinc tibi grata negem; magnus manet aegida sudor
et nostros iam sudor equos. stat pectore fixum
Aeetae sociare manus. scio perfida regis
corda quidem; nullos Minyis exolvet honores.
verum alios tunc ipsa dolos, alia orsa movebo. »
« sint, precor, haec; tua namque mihi comitanda potestas »
Pallas ait, « liceat Grais ut reddere terris
Aesonium caput et puppem, quam struximus ipsae,
iactatam tandem nostro componere caelo. »
Talia tunc hominum superi pro laude movebant.
tristior at numquam tantove paventibus ulla
nox Minyis egesta metu; nil quippe reperto
Phaside, nil domitis actum Symplegados undis,
cunctaque adhuc, magni veniant dum regis ad urbem,
ambigua et dubia rerum pendentia summa.
praecipue Aesoniden varios incerta per aestus
mens rapit undantem curis ac multa novantem.
qualiter ex alta cum Iuppiter arce coruscat,
Pliadas ille movens mixtumque sonoribus imbrem
horriferamve nivem, canis ubi tollitur omnis
campus aquis, aut sanguinei magna ostia belli
aut alios duris fatorum gentibus ortus.
sic tum diversis hinc atque hinc motibus anceps
pectora dux crebro gemitu quatit, optat et almum
iam iubar et certi tandem discriminis horas.
tunc defixa solo coetuque intenta silenti
versus ad ora virum « quod primum ingentibus ausis
optavistis » ait « veterumque quod horruit aetas,
adsumus en tantumque fretis enavimus orbem.
nec pelagi nos mille viae, nec fama fefellit
Soligenam Aeeten media regnare sub arcto.

239 *toros* Bu Heins. *quecumq:* V. *quaecumque* C Carr. Alardus Postgate Summers Samuelsson Bury, *quicumque* Burm. Langen, *quemcumque* m T edd. **240** *nacta peto* Eyssenhardt Baehr., *pacta petas* Postgate Bury. *terris* Heins. *neu* Heins. Ph. Wagner Schenkl. **242** *fulvo* Damstè. **246** *hei mihi* Ald. Vossius, *eia age* vel *haec bibe* vel *huc age* Heins., *lucide* Iacobs, *praescie* Baehr., *haec tua* Meyncke Eyssenhardt Koestlin. codicum lectio Langeno spuria videtur. **247** *omne tuens* Bu Huguet Mueller. *limina* V Ven. I II, *lumina* T m edd. **251** *exuvias* Heins. *luce* Koestlin. **252** *vocibus* Baehr., *montibus* Wagner. codicum lectio Heinsio suspecta fuit. **254** *refosis* V, *refossis* m T B Bu edd. ante Eng., *reflexis* Pius Eng. Colin. Gryph., *retortis* Thilo, *refusis* C Carr. seqq. **255** *perrexit* Baehr. **260** *rata* Heins. Patav., *saevi* C Carr. Alardus, *saevus* Declerq. **262** *infastum* V m, *infestum* C Ch, *infaustum* T edd. **269** *praecipit adque* V, *praecipit atque* m B T Bon. I II Ven. I II Maser., *praecipitatque* Sabellicus seqq. *qui* V T_2 B m Ac Baehr., *quique* Tq. *noque* C Pius Cth, *quin* Heins. Thilo seqq. *auctor* Baehr. **270** *ferentem* C Sabellicus Carr. Alardus Baehr. Bury. **271** *ferit* Wagner Ph. Wagner Baehr **273** *regnum* V_1 B R Bu Heins., *regni* T Ac, *regis* Peerlkamp, *socium* Bury. *magnis—tum nubibus* B. *multus—cum milibus* T_1, *multis—cum molibus* Burm., *magnis—cum viribus* Thilo olim, *magni—cum milibus* Peerlkamp, *magnus—cum milibus* Schenkl, *magnis—cum molibus* Baehr. Langen, *magnis—cum nubibus* Sandstroem. *urgens* R T_1 Heins. **275** *caesis* Burm. **277** *Aetheis* C Vossius. **282** *petimus* Langen. **283** *hebeant quae* Bon. I II, *habeantque* Ven. I II, *agitent* vel *maneant quae* vel *aveant quam* Heins. **285** *Oethes* T Bon. I. **286** *demitte* Bon. II Ven. I II Iunt. I II Ald. **287** *nunc* Ald., *hic* Baehr. Langen. *manet* V m, *iam iam manet* T Ac Harles, *manet ingens* C Carr. seqq., *vestram manet* Loehbach, *magnam manet* Bury. *magnus manet* Baehr. **289** *Aeetes* V. *Aeete* m, *Oete* T Bon. I, *Oetae* T_2, *Aeetae* Bon. II seqq. **290** *equidem* Heins. **293** *dum* nonnulli apud Pium, Ald. v. **296** Heinsio suspectus fuit. **298** *exacta* Heins. **301** *fama* Peerlkamp. **303** *moventem* Fr. Reuss. **305** *inde—sororibus* nonnulli apud Pium. **306** *cui* Heins. **307** *dat sanguinei* Baehr. *magna omina* vel *prognostica* Ph. Wagner. **308** *aut altos* codd. edd., *aut atros* Ald., *aut alius* vel *aliquis* Ph. Wagner, *attollunt* marg. R T_1, *aut alios* nonnulli apud Pium, Columbus Caussin Huguet Baehr. Jeep Bury. *diris* T Ac Ph. Wagner, *diros* [T_1] vel *duros* Wagner, *aperit* Peerlkamp, *dubiis* Baehr., *terris* Bury. *legibus* Heins. Ph. Wagner, *et gentibus* Bury. *ortos* R, *horror* Ph. Wagner, *orsus* Gron. doctus quidam apud Harlesium, Wagner Huguet Schenkl Langen totum hunc versum pro adulterino tollendum censuerunt. **309** *illinc* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Ald. Carr. I. *molibus* codd. Ath, *motibus* Heins. Burm. Delam. Thilo seqq. **311** *oras* codd. Ch Peerlkamp. *horas* Bon. I seqq. **313** *primi* Heins., *pridem* marg. Ven. Schenkl Baehr. Langen. **316** *pelagi nocuere riae* Baehr. post hunc versum duo hemistichia intercidisse Ph. Wagner putat.

ergo ubi lux altum spargit mare, tecta petenda
urbis et ignoti mens experienda tyranni.
adnuet ipse, reor; neque inexorabile certe
quod petimus: sin vero preces et dicta superbus
respuerit, iam nunc animos firmate repulsae,
quaque via patriis referamus vellera terris.
stet potius: rebus semper pudor absit in artis. »
dixerat, et Scythicam qui se comitentur ad urbem
sorte petit, numeroque novem ducuntur ab omni.
inde viam qua Circaei plaga proxima campi
corripiunt regemque petunt iam luce reducta.
Forte deum variis per noctem territa monstris,
senserat ut pulsas tandem Medea tenebras,
rapta toris primi iubar ad placabile Phoebi
ibat et horrendas lustrantia flumina noctes.
namque soporatos tacitis in sedibus artus
dum premit alta quies nullaeque in virgine curae,
visa pavens castis Hecates excedere lucis;
dumque pii petit ora patris, stetit arduus inter
pontus et ingenti circum stupefacta profundo,
fratre tamen conante sequi: mox stare paventes
viderat intenta pueros nece, seque trementum
spargere caede manus et lumina rumpere fletu.
his turbata minis fluvios ripamque petebat
Phasidis aequali Scythidum comitante caterva.
florea per verni qualis iuga duxit Hymetti
aut Sicula sub rupe choros hinc gressibus haerens
Pallados hinc carae Proserpina iuncta Dianae,
altior ac nulla comitum certante, prius quam
palluit et viso pulsus decor omnis Averno:
talis et in vittis geminae cum lumine taedae
Colchis erat nondum miseros exosa parentes.
ut procul extremi gelidis a fluminis undis
prima viros tacito vidit procedere passu,
substitit ac maesto nutricem adfata timore est.
« quae manus haec, certo ceu me petat agmine, mater,
advenit haut armis, haud umquam cognita cultu?
quaere fugam, precor, et tutos circumspice saltus. »
audit virginei custos grandaeva pudoris
Henioche, cultus primi cui creditus aevi;
tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
« non tibi ab hoste minae nec vis » ait « ulla propinquat
nec metus; externo iam flammea murice cerno
tegmina, iam vittas frondemque inbellis olivae.
Graius adest, Graio sic cuncta simillima Phrixo. »
Sic ait. at Iuno, pulchrum longissima quando
robur cura ducis magnique edere labores,
mole nova et roseae perfudit luce iuventae.
iam Talaum iamque Ampyciden astroque comantes
Tyndaridas ipse egregio supereminet ore.
non secus, autumno quam cum magis asperat ignes
Sirius et saevo cum nox accenditur auro
luctiferas crinita faces, hebet Arcas et ingens
Iuppiter; ast illum tanto non gliscere caelo
vellet ager, vellent calidis iam roribus amnes.
regina, attonito quamquam pavor ore silentem
exanimet, mirata tamen paulumque reductis
passibus in solo stupuit duce. nec minus inter
ille tot ignoti socias gregis haeret in una
defixus sentitque ducem dominamque catervae.
« si dea, si magni decus huc ades » inquit « Olympi,
has ego credo faces, haec virginis ora Dianae,
teque renodatam pharetris ac pace fruentem
ad sua Caucaseae producunt flumina Nymphae.
si domus in terris atque hinc tibi gentis origo,
felix prole parens, olimque beatior ille,
qui tulerit longis et te sibi iunxerit annis.
sed fer opem, regina, viris. nos hospita pubes
advehimur, Graium proceres tua tecta petentes.
duc, precor, ad vestri quicumque est ora tyranni,
ac tu prima doce fandi tempusque modumque.
nam mihi sollicito deus ignaroque locorum
te dedit; in te animos atque omnia nostra repono. »
Dixit et opperiens trepidam stetit. illa parumper
virgineo cunctata metu sic orsa vicissim:
« quem petis Aeeten, genitor meus, ipsaque iuxta

318 *sparget* edd. praeter Bon. I Maser. Thilon. **319** *esploranda* Heins. **321** *sin forte* Francius Wagner, *sin iste* Ph. Wagner, *sin aure* Samuellson. haec verba nondum emendata Langen ac Bury putaverunt. **322** *tunc* Ch. **323** *via est* T Ac Burm. Damstė. post hunc versum Langen et Leo lacunam statuerunt. **324** *procul et* Maser. Ald. seqq. usque ad Carr. Patav. seqq. usque ad Thil. Damstė. *pavor* Ald. Baehr. hic versus Heinsio spurius videbatur. **326** *legit* Heins. Burm. Baehr. Bury. **329** *sorte* Meyncke Eyssenhardt Baehr. *exterrita* Cth. **331** *raptat iter* B T_1, *rapta oris* Bon. I. **333** *tantis* Bu T Iunt. I seqq. usque ad Carr. praeter Pium. **335** *parens* vel *solens* Heins., *parum* Peerlkamp. **337** *circumspectata* Bu, *circumstipata* Sabellicus Heins., *circum est stupefacta* Bury. **338** *frater et amen conantes qui* V m, *frater et amen conante sequi* V_2, *fratre amens conante sequi* marg. Bon. I, *frater a mento nantes* Bu, *frater et amento nantes qui* T Bon. I, *frater amens conante sequi* T_1, *frater et amne sequi nantes* B Sabellicus Bon. II Ven. I II Maser., *fraternam mortem ante sequi* Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *fratre tamen tentante sequi* Burm., *fratre tamen conante sequi* C Pius Carr. seqq. **339** *puero* Eyssenhardt Thilo. *trementes* Burm. Thilo, *trementem* m B T Ah, *tremendum* Wakefield Wagner Baehr. **341** *nimis* T Bon. I II Ven. I II. **342** *aequali Dryadum* T Ac. **343** *ducit* Heins. **344** *sub urbe* B Bu, *subit urbe* T Bon. I II Ven. I II. **345** *clarae* B T Ac, *clare* Iunt. II Ald. **348** *invictis* m, *et in visis* B. *et immitis* T Ac praeter Pium, *adhuc mitis* Ald., *et immitis* vel *immitti* Maser., *et in victis* T_1, *at* vel *it in rittis* Heins. *geminaeque id* Heins. v. **349** Heinsio spurius videtur. **351** *tanto* Bon. II Ven. I II **353** *nostro* T Ac praeter Pium, *nutrix* Ald. **359** *aut* T Bon. I II Ven. I II. **360** *flecte* vel *mitte metum* Heins. *nam* Heins. **361** *nam* Heins. **362** *sunt* Ald. Heins. Baehr. Bury. **364** *sedere* codd. Ac, *dedere* C Balbus Carr. Barthius Alardus, *edere* Gron. Vossius Heins. seqq. **368** *autumnos* Burm. *gravis asperat* Declerq. **369** *aut saevo* Schenkl, *et flavo* vel *fulvo* Fr. Reuss. *fax* Declerq. *astro* Zinzerlingus olim. **370** *luciferas* codd. edd., *luctiferas* Burm. Declerq Baehr Gebbing Bury. *armata comas* Declerq. *habet* codd. Ac, *hebet* C Sabellicus Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. Carr. seqq. **371** *toto* Caussin Ph. Wagner. *tacito* Schenkl De la Ville de Mirmont. *tardo* Baehr., *tantum* Langen Fr. Reuss Bury, *tostus* Sandstroem. **372** *nollent* T_1 Pius. *validis* Fr. Reuss. *foribus* codd., *fontibus* edd., *faucibus* Koestlin, *cornibus* Fr. Reuss. *roribus* Heins. Baehr. Bury. **375** *insolito* codd. Ath, *insolito* vel *Argolico* Friesemann, *in solo* Heins. Thilo seqq. *stupet in* Friesemann Wagner. **379** *arma* codd. Ac, *ora* C Carr. seqq. **380** *furentem* codd. Bon. I, *virentem* Bu, *fruentem* T Bon. II seqq. **382** *sin* Baehr. **383** *rotique* vel *thalamique* vel *thalamoque* Heins. hic versus deest in Bon. I. **385** *perfer* Iunt. I seqq. usque ad Carr. *non* C B Bu m Heins. *plebes* Heins. **386** *Graium en* Heins. *regna* Weichert olim. **388** *astu* codd., *aut tu* T Ac, *ast tu* Heins., *ac tu* Pius Carr. seqq. *duce* codd. Bon. I, *doce* Bon. II seqq. **390** *sed et* C Cth praeter Delam. **391** *dixit adopperiens trepidam. stetit illa* Ald., *dixit ut opperiens trepidam, stetit illa* Heins., *dixit et opperiens trepidam stetit illa* Burm., *dixit et ore tacens trepido stetit. illa* Damsté, *dixerat et opperiens trepidam stetit. illa* Gron.

moenia, si vivos possis discernere calles.
hac adeo duce ferte gradus: ingentia namque
castra alios aditus atque impius obsidet hostis.»
dixerat haec patriumque viam detorquet ad amnem,
sacraque terrificae supplex movet inrita Nocti.
Ille autem inceptum famula duce protinus urguet
aere saeptus iter, patitur nec regia cerni
Iuno virum, prior Aeetae ne nuntius adsit.
iamque inerat populo mediaeque incognitus urbi,
cum comes orsa loqui. «Phoebi genitoris ad aras
ventum» ait. «huc adytis iam se de more paternis
rex feret; hic proceres audit populosque precantes
adloquiis facilis: praesens pater admonet aequi.»
Dixerat. ast illi propere monstrata capessunt
limina. non aliter, quam si radiantis adirent
ora dei verasque aeterni luminis arces;
tale iubar per tecta micat. stat ferreus Atlans
Oceano genibusque tumens infringitur unda;
at medii per terga senis rapit ipse nitentes
altus equos curvoque diem subtexit Olympo;
pone rota breviore soror densaeque secuntur
Pliades et madidis rorantes crinibus ignes.
nec minus hinc varia dux laetus imagine templi
ad geminas fert ora fores cunabula gentis
Colchidos hic ortusque tuens; ut prima Sesostris
intulerit rex bella Getis, ut clade suorum
territus hos Thebas patriumque reducat ad amnem,
Phasidis hos inponat agris Colchosque vocari
imperet: Arsinoen illi tepidaeque requirunt
otia laeta Phari pinguemque sine imbribus annum,
hi iam Sarmaticis permutant carbasa bracis.
barbarus in patriis sectatur montibus Aean
Phasis amore furens: pavidas iacit illa pharetras
virgineo turbata metu discursibus et iam
deficit ac volucri victam deus alligat unda.
flebant populeae iuvenem Phaethonta sorores.
ater et Eridani trepidum globus ibat in amnem;
at iuga vix Tethys sparsumque recolligit axem
et formidantem patrios Pyroenta dolores.
aurea quin etiam praesaga Mulciber arte
vellera venturosque olim caelarat Achivos.
texitur Argoa pinus Pagasaea securi,
iamque eadem remos, eadem dea flectit habenas;
ipsa subit nudaque vocat dux agmina dextra.
exoritur notus et toto ratis una profundo
cernitur; Odrysio gaudebant carmine phocae.
apparent trepidi per Phasidis ostia Colchi
clamantemque procul linquens regina parentem.
urbs erat hinc contra gemino circumflua ponto,
ludus ubi et cantus taedaeque in nocte iugales
regalique toro laetus gener: ille priorem
deserit; ultrices spectant a culmine dirae.
deficit in thalamis turbataque paelice coniunx
pallam et gemmiferae donum exitiale coronae
apparat ante omnes secum dequesta labores.
munere quo patrias paelex ornatur ad aras
infelix; et iam rutilis correpta venenis
inplicat igne domos. haec tum miracula Colchis
struxerat ignipotens nondum noscentibus, ille
quis labor, aligeris aut quae secet anguibus auras
caede madens: odere tamen visusque reflectunt.
Quin idem Minyas operum defixerat error,
cum se Sole satus patriis penetralibus infert.
filius hunc iuxta primis Absyrtus in annis,
dignus avo quemque insontem meliora manerent.
tum gener Albanis Styrus qui advenerat oris,
distulerant sed bella toros; tum Phrontis et Argus
Aeolidae fraterque Melas, quos advena Phrixus
progenuit; pariterque levi Cytisorus in hasta.
post alii, quos praecipuo Titania tellus
legit honore patres motique ad proelia reges.
admonet hic socios nebulamque erumpit Iason,
sideris ora ferens; nova lux offusa Cytaeis.

394 *veros* Bu Iunt. I seqq. usque ad Carr., *tutos* Bon. II Ven. I II, *birlos* Hth Thilo Schenkl, *binos* Baehr. *colles* Zinzerlingus. **395** *huc* codd. Bon. I II Ven. I II, *hac* Iunt. I seqq. *ideo* Baehr. Bury. **396** *inrius* Heins. **397** *omnem* V m Bon. I, *amnem* T m_2 Bon. II seqq. **401** *Aethe* V, *Aeete* m, *Oethae* T. *Oeete* Bon. I, *Aeetae* Bon. II seqq. **406** *adloquii* Hth. *admovet* Iunt. I seqq. usque ad Carr. praeter Pium, *ammovet* C. *aequis* T Ac praeter Pium. v. **407** deest in Bu, post v. 426 in codd. et Bon. I, suo loco in Bon. II et seqq. legitur. **410** *tecta* V m, *in tecta* T B Bu m_2 Ac, *per tecta* C T_1 Bon. II Ven. I II Maser. Carr. seqq. *coelifer* vel *pervius* vel *terminus* vel *stellifer* Heins. **411** *Oceani* Ac. *infrangitur* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *infringitur* Pius Maser. seqq. **412** *Sol medii* Schenkl. **413** *fulvoque* vel *furvoque* Heins. *subtraxit* Meyncke, *subduxit* Baehr., *subvexit* Ph. Wagner, *sol traxit* Gebbing Schenkl [Phil. Anz. 1888]. **415** *e madidis* Lachmann Schenkl, *ec madidis* Baehr. *rorant e* Hth. *imbres* Heins Wagner Lachmann Huguet Schenkl Baehr. Bury. **416** *hic* codd. Ath, *hinc* vel *et* Heins., *hinc* Wagner Huguet Thilo seqq. *laetatus* T Ac praeter Pium. **422** *Arsinoe nili* m B Bon. I II Ven. I II, *Arsinoen nili* T Bu Ald., *ast Meroen illi* Heins., *at Siron illi* Burm., *at Sirbonem illi* Wesseling. *trepidaeque* codd. Bon. I II Ven. I II Carr. Alardus, *tepidaque* Iunt. I II Ald., *tepidaeque* Parrhasius Pius Maser. seqq. *requirant* Heins. **423** *amnem* B T Bu m Ac praeter Pium. **424** *et* codd. Ath, *hic* T_1, *hi* Parrhasius Wagner Thilo seqq. *permutat* Bon. I II Ven. I II Pius Maser Bulaeus Harles Delam., *permutent* Parrhasius Heins. **425** *(A)eam* Ah. **428** *at* Pius Heins. *vittam* Bon. I II Ven. I II. **430** *acer* B Bu Iunt. I seqq. usque ad Carr. praeter Pium. *tepidum* Maser. Damsté Bury. **431** *Titan sparsosque—ignes* Schrader. **436** *flectis* Pius, *nectit* Thilo Meyncke Baehr. v. **437** ante v. 436 Langen transposuit. **437** *ipse* C Ald. Carr. seqq. usque ad Burm., Delam. Caussin Schenkl Langen. **438** *torto* codd. Ac Baehr., *toto* C Sabellicus Carr. seqq. *acta* Baehr. **440** . . . V m, *iam* T B Bu Ac, *per* C Carr. seqq. **442** *hic* T Ath. **443** *extantus* V m, *est tantus* C, *extantu* Bu, *extantum* T Bon. I Iunt. I II, *est multus* nonnulli apud Carr., *extabat* Bon. II Ven. I II Sabellicus Maser. Ald., *et thiasus* Heins. olim. *et cantus* H Pii codd. Pius seqq. *taeda pernocte* Heins. Meyncke Baehr. Bury. **446** *deficitur* Heins. **448** *dea onesta* B Bon. I II Ven. I II. **449** *ornetur* R T_1 Hth. **452** *nondum adgnoscentibus* vel *non dignoscentibus* Heins., *nondum nascentibus* R T Bu Bon. I. *illa* codd. Ah, *ille* Heins. seqq. **453** *alivagas* vel *alivagis* Heins. **455** *quis* Eng. Colin. Gryph. *idem et* Heins. *deflexerat* Carr. Alardus Vossius Schenkl. *horror* Meyncke Schenkl Baehr. Bury. **456** *aedit* T Bu Bon. I, *edit* B Ac Burm., *addit* Heins. **460** *bellator ostum* V, *bellator ortum* B m, *bella citorus* T_1, *bellator tum* T B Bon. I Iunt. I II, *bella cytorus* Bon. II Ven. I II, *bella torum tum* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Jeep, *bella Cytoria* Pius olim, Maser., *bella toros tum* C Carr. seqq. *phontis* codd. Bon. I Iunt. I II, *phontys* T_1, *phyontis* Bon. II Ven. II, *phiontis* Ven. I, *Phrontis* Pius Maser. seqq. **461** *Aeoliae* codd., *Aeolio* Bon. I, *Aeolidae* T_1 Bon. II seqq. **462** *Euthisorus* codd. Bon. I, *Cotiorus* Bon. II Ven. I II, *Cithisorus* Iunt. I II, *Cythisorus* Pius Maser. seqq. **463** *Titanius altos* vel *aulae* Heins., *Titania proles* Burm. Langen. *praecipuos* C Carr. Alardus. **464** *patris* V B Bon. I II Ven. I Iunt. I II Maser., *pares* Ald., *patriis* Ven. II, *patres* C T_1 Pius Eng. seqq. *notique* B, *moti qui* Pius, *movitque* Ald. *regis* codd. Ac, *reges* C Carr. seqq. **465** *amoret* Heins. *nebulamue* C Ch. **466** *siderea* Heins. Schenkl Baehr. Langen. *effusa* codd. Ah, *effulsit* C, *offusa* Gron. Heins. seqq.

conveniunt stipantque viros rogitantque quid ausi,
quidve ferant. postquam primis inhiantia dictis
agmina suppressumque videt iam murmur Iason,
talia miranti propius tulit orsa tyranno:
« rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum
caelicolae et prima dignum statuere carina,
siquando hic aliquam nostro satus orbe solebat
Thessaliam, siquos Phrixus memorare Pelasgos,
hi tibi, tot casus, horrenda tot avia mensi,
cernimur. ipse egomet proprio de sanguine Phrixi:
namque idem Cretheus ambobus et Aeolus auctor
cum Iove Neptunoque et cum Salmonide nympha.
meque nec huc enses araeque egere paternae,
nec tua, Thessalicis quamquam inclita nomina terris,
sponte sequor. cui non iusso tot adire voluptas
monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
sceptra tui toto Pelias sub numine Phoebi
maxima sorte tenens, totque ille creantia divos
oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu;
ille meum imperiis urguet caput, ille labores
dat varios, suus ut magnum rex spargit ab Argis
Alciden, Sthenelo ipse satus. tamen aspera regum
perpetimur iuga nec melior parere recuso.
hic sibi me auratae pecudis quiscumque periclis
exuvias perferre iubet. tibi gratia nostri
sit, precor, haec meritique locus, quod iussa recepi
teque alium, quam quem Pelias speratque cupitque,
promisi et meliora tuae mihi foedera dextrae.
si petere hoc saevi statuissem sanguine belli,
Ossa dabat Pindusque rates quotque ante secuti
inde nec audacem Bacchum nec Persea reges.
sed me nuda fides sanctique potentia iusti
huc tulit ac medii sociatrix gratia Phrixi
iamque tibi nostra geniti de stirpe nepotes.
nec tamen aut Phrygios reges aut arva furentis
Bebryciae spernendus adi: seu fraude petivit,
seu quis honore meos, sua reddita dona deumque
nos genus atque ratem magnae sensere Minervae.
vix tandem longis quaesitam Colchida votis
contigimus, qualemque dabat te fama videmus.
tu modo ne claros Minyis invideris actus.
non aliena peto terrisve indebita nostris,
siquis et in precibus vero locus, atque ea Phrixo
crede dari, Phrixum ad patrios ea ferre penates.
munera tu contra victum mihi vecta per aequor
accipe Taenarii chlamydem de sanguine aeni
frenaque et accinctum gemmis fulgentibus ensem:
hoc patrium decus, haec materni texta laboris,
his Lapithes adsuerat eques. da iungere dona,
da Scythicas sociare domos: sciat effera regis
ira mei, quem te horrifero sortitus in axe
Caucacus atque tuis quantum mitescat habenis. »
Talibus orantem vultu gravis ille minaci
iandudum fremit et furiis ignescit opertis.
ceu tumet atque imo sub gurgite concipit austros
unda silens, trahit ex alto sic barbarus iras,
et nunc ausa viri, nunc heu! sua prodita Grais
regna fremit, quin et facili sibi mente receptum
iam Phrixum dolet et Scythiae periisse timores.
nunc quassat caput ac iuvenis spes ridet inanes,
quid vesanus agat, quod vellera poscat ab angue.
urit et antiquae memorem vox praescia sortis,
cur simul aut Persen illinc sibi moverit, aut hinc
Thessalicam Fortuna ratem; num debitus ista
finis agat saevaeque petant iam vellera Parcae.
interea quoniam belli pugnaeque propinquae
cura prior, fingit placidis fera pectora dictis
reddit et haec: « cuperem haud tali vos tempore tectis
advenisse meis, quo me gravis adsidet hostis.
frater enim (sceptri sic omnibus una cupido)
excidium parat et castris me ingentibus urguet.

467 *rogitantque—rogitantque* codd. edd., *rogitantque—arguentque* Heins., *pavitantque—rogitantque* vel *r.—p.* Burm., *aditantque—rogitantque* E. Reuss, *instrantque—rogitantque* Thilo Schenkl, *prensantque—rogitantque* Fr. Reuss, *stipantque—rogitantque* Loehbach Baehr. Langen Bury. **469** *manus* codd. Bon I, *murmur* T_1 Bon. II seqq. **470** *propior* Schenkl, *properus* Postgate Bury, *promptus* Meyncke Eyssenhardt Baehr. Langen. *ora* Pius Burm. Ph. Wagner. **472** *en* Baehr. **473** *si fando* Heins. **476** *propior de* Gron. **477** *mihi Cretheus ambobus at* Burm. Wagner. **479** *me neque nunc* codd. Ah. *me nec huc* T_1, *huc neque me [messes]* vel *huc neque [sementes]* Heins., *meque nec hac* nonnulli apud Pium, *meque nec huc* R Patav. seqq. **481** *voluntas* Maser. **483** *Hemoniae Pelias* Heins., *tuto Pelias* d'Orville Eyssenhardt, *tuto Pelias* vel *occiduo* Madvig, *tutor Pelias* Koestlin Bury. *sua* Koestlin Bury. *nomine* codd. edd., *lumine* vel *numine* Heins. Thilo, *lumine* nonnulli apud Pium, Sabellicus Maser. Madvig, *momine* Baehr., *numine* d'Orville Wagner Delam. Lemaire Caussin Ph. Wagner Schenkl Koestlin Langen Bury. **484** *oste* V, *hoste* m, *forte* C Zinzerlingus, *ab hoste* B T Ah, *sorte* Gron. Vossius Heins. seqq. *totque illa cremantia divos* codd. Pius, *totque illac(h)rimantia divos* T Ah, *totque illa creantia divos* Gron. Heins. seqq. *tot iura cremantia divis* Koch, *totque illa frequentia dives* Thilo Eyssenhardt, *totque illa haerentia clivis* Ph. Wagner, *totque ille ornantia clivos* Schenkl Langen, *totque ille prementia clivos* Baehr., *totque illa precantia divos* Madvig, *totque ille precantia divos* Fr. Reuss, *totque ille armantia clivos* Bury, *totque illa trementia divos* Koestlin, *totque ille prementia clivos* Baehr. olim, *totque ille creantia divos* Gron. pro diversa lectione. *iugi* [Ph. Wagner Baehr. Bury] vel *viridi* [Wagner] Heins. **487** *ferus* Weichert. **488** *tantum* nonnulli apud Maser. post *tamen* Heins. interpunxit. **491** *ibi* Bon. II Ven. I II Pius. **492** *o meritique* Heins., *in meritisque* Baehr. *loco* Heins. Burm. Langen. *locus* Bu, *loces* Baehr. **493** *quemque* V B, *quemquam* Bu m, *quamquam* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *quam quem* T Pius Maser. seqq. **496** *quodque* V B T m Ac, *quique* Pii codd. Pius Eng. Colin. Gryph., *quin* Heins., *quotque* C Parrhasius Balbus Carr. seqq. *regis* codd. Ac, *reges* Ald. Carr. seqq. **498** *sed mea* Iunt. I seqq. usque ad Carr. *iuris* Langen. **499** *atque mei* Carr. Alardus, *at medii* Zinzerlingus Vossius Heins., *et medii* Patav. seqq. usque ad Thilonem. **500** *namque* Pius Eng. Colin. Gryph. Schenkl Baehr. Langen Bury. **502** *petivi* C T_2 Carr. Alardus Patav., *petiit* Gron. **503** *honore meo* Carr. Alardus Patav., *honos merito* Gron. Heins. **504** *huncque* Heins. **509** *in his* Heins. *iuri locus* Bury. *ecce ea* Baehr. post *locus* Langen duos versus intercidisse putat. **513** *incinctam* Heins., *accensum* Jacobs Delam. Huguet Thilo Baehr. Summers Bury. **514** *labores* codd. Ah. *laboris* m_2 Maser. Heins. seqq. **515** *dextram* C Cth Langen. **517** *quam* Sabellicus. **518** *tutus* Sabellicus. *harenis* V B T edd. ante Eng., *habenis* C Bu Pius Balbus Eng. seqq. **519** *orabat* Peerlkamp Thilo Schenkl, *oranti* Langen Bury, *oranti in* Oudendorp Lennep. **520** *tremit* Burm., *premit* Heins. Patav. Wagner Delam. Meyncke Baehr. *ignoscit* V B Bu T m Bon. I Iunt. I II Ald., *incessit* Heins., *ignescit* C Bon. II Ven. I II Pius Maser. seqq. *apertis* C Carr. Alardus. **521** *aestus* Heins. Burm. **524** *receptus* codd. Bon. I, *receptum* T Bon. II seqq. **526** *et iuvenis* B Ac. *inanis* B T Bu Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Eng. Colin. **527** *quo* m_2 vir doctus apud Harles., *quid* vel *qui* Burm. **529** *ac* codd. Bon. I Langen Bury, *aut* Bon. II seqq. *cum* Langen De la Ville de Mirmont. *atque hinc* Langen De la Ville de Mirmont. **530** post *ratem* Bury duo hemistichia intercidisse putat. **533** *fugit* Bon. I, *fungit* Bon. II Ven. I II, *fregit* Heins., *condit* Burm. **534** *aut* Bon. I. *ali* V, *alio* B T m Ac Burm. Summers, *tali* C Carr. seqq. **535** *obsidet* B Bon. II seqq. usque ad Carr. *hospes* R Sabellicus.

quare age cognatas primum defendite sedes,
nec decus oblati dimiseris advena belli;
namque virum trahit ipse chalybs. tum vellera victor
tum meritis, nec sola dabo. » contra inscius astus
« ergo nec hic nostris derat labor arduus actis »
excipit Aesonides « et ceu nihil aequore passis
additus iste dies? veniant super haec quoque fato
bella meo. non hunc parva mihi caede dolorem
quasque dedit luet ille moras ». tum Castora mittit,
qui ferat Aeaei sociis responsa tyranni.
acribus ast illos curis mora saeva trahebat,
ac simul ut medio viderunt Castora campo,
crebrior incussit mentem pavor. « o Iovis alma
progenies, fare, an patriam spes ulla videndi,
fare » omnes. ille in mediis sic orsus Achivis:
« nec ferus Aeetes, ut fama, nec aurea nobis
terga negat; bello interea sed pressus iniquo
auxilium petit; armatos dux protinus omnes
adcelerare iubet; longo nam tuta recessu
puppis et adposita fluvius defenditur urbe ».
Haud mora; prosiliunt, quos nec Riphaea iuventus,
quos nec Hiber aut tota suis Aurora pharetris
sustineat. stetit explicito prius agmine pubes,
expertique simul, si tela artusque sequantur.
nec quisquam freta nec patrias iam respicit urbes,
sed magis ad praesens itur decus. incita cristas
aura quatit, variis floret via discolor armis,
qualis ab Oceano nitidum chorus aethera vestit,
qualibus adsurgens nox aurea cingitur astris.
illos Sole satus tacita maestissimus ira
miratur temere adsumtos, nec talia mallet
robora, quam medios hostem subiisse penates.
interea laeto patitur convivia vultu
et iuxta Aesoniden magno cratere lacessit
nunc sibi monstrantem natos Iovis oraque iuxta
Aeacidum, nunc ingentis Calydonos alumnos;
audit et Alciden infando errore relictum
defletosque duces terraeque marisque labores.
ipse autem tantis concita furoribus arma
expetit Aesonides et amicos ordine reges.
« quis procul ille virum nobis, quem balteus asper
subligat et stricto stat proximus armiger arcu,
ceu pugnam paret et positas confundere mensas? »
contra flammigeri proles Perseia Solis
« quem rogitas, Carmeius » ait; « mos comminus arma
semper habere viro, semper meminisse pharetrae.
quid Latagum, quid si amnigenam mirere Choaspen?
bellatoris equi potantem cerne cruores;
nec tamen inmissis hic segnior ibit habenis ».
« illum » ait Aesonides « pariter refer, horrida signis
cui chlamys et multa spirat coma flexilis aura ».
respicit Aeetes atque hunc quoque nomine reddit.
« dives Aron; croceos sic illius omnis odores
iactat eques, cunctis sic est coma culta maniplis:
sed ne sperne virum et comptis diffide capillis.
Campesus hic spoliis in tigridis; ille profundo
incumbens Odrussa mero; vide lata comantem
pectora et ingenti turbantem pocula barba. »
hic et Iaxarten dictis stupet hospes acerbis
inmodicum linguaque gravem, cui nulla minanti
non superum, non praesentis reverentia belli.
contra autem Aeetes « non frustra magna superbo
dicta volant » ait « et vocem paria arma secuntur;
nec requies, quin Marte diem noctemque fatiget;
atque ubi Riphaea stupuerunt flumina bruma,
iam pavidi cum prole Getae, iam pervigil illum
Medus et oppositis expectat Hiberia claustris.
hos autem quae quemque manus, quae signa sequantur,
si memorem, prius umentem lux solverit umbram.
cras acies atque illa ducum cras regna videbis
dissona, saxiferae surgat quibus imber habenae,
quae iaculo gens apta levi, quae picta pharetris
venerit. ingentes animo iam prospice campos,
atque hanc alipedi pulsantem corpora curru
Euryalen, quibus exultet Mavortia turmis
et quantum elata valeat peltata securi,
cara mihi et veras inter non ultima natas. »
fatur et occiduo libat cratera parenti.

540 *iamque* C Carr. Patav., *cumque* Pius Eng. Colin. Gryph. *ego v.* Bon. II Ven. I II. totus locus Carrioni suspectus fuit. **541** *sic* Peerlkamp, *iam* Burm. Thilo Schenkl Baehr. Langen *acti* C, *astas* Bon. I. **542** *derit* Thilo Schenkl. *armis* Damstè. hic versus in C desiderabatur, qua re Carrioni spurius visus est. **544** *additur* Heins. Schenkl Fr. Reuss. *iste quies* Baehr., *ista acies* Fr. Reuss. **546** *levet* codd. Bon. I II Ven. I II Pius, *luet* m_2 edd. **548** *sera terebat* Heins. **550** *incessit mentem* [Schenkl Baehr. Gebbing] vel *incussit menti* Heins. **552** *omnis* codd. Bon. I Iunt. I II, *tuis* C Carr. Alardus Patav., *avidis* Pomp. Laetus Eng. Colin. Gryph., *omnes* Bon. II seqq. **556** *sat* Heins. **557** *opposita* Pius Eng. Colin. Gryph. Cth praeter Heins. ac Wagner. *flucio* Heins. **559** *tuta* B T m Ac. **561** *arcusque* Bon. II Ven. I II Pius Balbus Eng. Colin. Gryph. Heins. **564** *decolor* C Carr. Alardus. versus **565-66** a poëta ita factos ut eligeretur postea uter esset melior Bulaeus Wagner Lemaire Huguet Thilo Meyncke Schenkl Jeep Langen Bury coniecerunt. **565** *qualis ubi* Heins. *volucrum* Baehr. Gebbing. *nivium* Koestlin. *color* Bury, *Eos* Palmer. *versat* T Ac praeter Pium. **566** *qualis et* Bulaeus, *qualisve* Bury. hic versus Heinsio Hartelio Ph. Wagnero suspectus erat. **570** *potitur* C Alardus, *ponit* Meyncke. *cultu* codd. Bon. I Iunt. I II Maser. Eng. Ch Heins. Meyncke, *cultu* vel *vultu* Pius, *vultu* T_1 Bon. II seqq. **573** *ingentes* Cth. *Calydonis* T edd. usque ad Schenkelium. **576** *autem ut* Slothouwer. **577** *aspicit* Slothouwer. **578** *humerum nodis cui* Heins., *autem nobis quem* Francius, *ensem bullis cui* Peerlkamp, *virum nodis quem* Langen. **584** *Choasen* T, *Choassem* vel *Choassen* Ac praeter Ald. versus **584-86** Meyncke Baehr. Schenkl Jeep Langen post v. 604 transposuerunt. **586** *hic genitor* V B T Bon. I Iunt. I II Ald., *hic Genisor* nonnulli apud Pium, *hic Gennisor* R T_1, *genitor sic* C, *hic sector* vel *lentior* Heins., *hic segnior* Bon. II seqq **588** *myrrha-aurea* Delam. **589** *Aesonides* codd. Bon I, *Aeetes* Bon. II seqq. **591** *iunctis* V T B Bu Ald., *unctis* C T_2 Pius Cth, *vinctis* Ac, *cunctis* Bentley Schrader Bip. Thilo seqq. **592** *nec* C Carr. Alardus Patav. *aut comptis* Damstè. hic versus deest in B Bu Ac. **593** *profuso* Heins. post *tigridis* in R T_1 haec inserta sunt *incita cursu fluminaque et ventos superat celer.* eadem Pius in suis codicibus invenit. **594** *toro* Burm. *aspice lata* R T_1, *viden' alta* Pius Balbus seqq. usque ad Carr. praeter Carr. et Alardum, *viden' hirta* Heins. **596** *hunc* Baehr. Bury. *Laxasten* C, *Laxartem* m, *Laxarten* T Ac praeter Pium ac Maser. *dicti-acerbi* Heins. *hostis* B Bon. I. post hunc versum haec in T_1 leguntur *rex ait hunc nobis referas sermonis et oris.* **597** *linguaeque* Heins. *multa* Heins. Baehr. **598** *Phoebi* Baehr. Bury. **604** *plaustris* T_1 Heins. **605** *quecumque* T Bon. I, *quaecumque* Bon. II seqq. usque ad Carr. *et quaecumque* Pius Eng. Colin. Gryph. *signa* V m, *sua signa* T Ac, *quae signa* C. Carr. seqq. **607** *signa* Heins., *castra* Burm., *arma* Damstè. *linguaque et cultu regna* Peerlkamp olim, *lingua et cultu cras regna* Peerlkamp. **608** *(h)arenae* C edd. ante Eng. praeter Pium ac Maser., Carr. Alardus Patav. **609** *qua et i.* V m Bon. I, *quae et i.* Bu, *quae i.* T m_2 Bon. II seqq. **611** *pulsantem cornua* Maser. Vossius, *pulsantem cornua* vel *sulcantem corpora* Heins. *cursu* Burm.

quisque suis tum vota deis et pocula fundit,
dent aciem, dent belligeros superare labores.
Ecce autem Geticis veniens Gradivus ab antris
ingentemque trahens arctoa per aequora nubem
aspicit Aeaea Minyas stupefactus in urbe
ambitumque senem promissaque vellera puppi
Thessalicae. citus ad summi stellantia patris
tecta ruit questuque Iovem testatur acerbo.
« quae studiis, rex magne, quies? iam mutua divi
exitia in solos hominum molimur honores,
teque ea cuncta iuvant, rabidam qui Pallada caelo
non abigis neque femineis ius obicis ausis.
num queror, exstructa quod vexerit ipsa carina
vellera sacra meis sperantem avertere lucis,
quodque palam tutata viros? sic cetera pergat
si valet. insidiis quid nunc fallacibus ambit,
nostra ut Phrixeo spolientur templa metallo?
non opus auxilio Colchis nec foedere vestro,
et Persen simul et Minyas deposcimus hostes.
quin age, quid tantae coeunt in proelia gentes?
quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus
in nemus auriferum et sumptis decernimus armis.
vel tu sola polo tacitis inopina tenebris
labere: quantus ibi deus experiere nec illas
adstiteris inpune trabes. an Martia templa
intemeranda minus, tantum mihi lucus et agger
quod rudis, et sola colimur si gentibus umbra?
est amor et rerum cunctis tutela suarum.
et tibi, magne pater, terris donaria certant,
est honor his etiam suus. ast ego clara Mycenes
culmina, virgineas praeder si Cecropis arces,
iam coniunx, iam te gemitu lacrimisque tenebit
nata querens. metuant ergo nec talia possint. »
Non tulit haec animis, quin longa silentia Pallas
rumperet, inridens strepitumque minasque Gradivi.
« non tibi Aloidae, quibus haec fera murmura iactes,
non Lapithae, sed Pallas » ait; « neque ego aegide digna,
nec vocer ulterius proles Iovis, excidat iste
ni tibi corde tumor: lituos miser armaque faxo
oderis et primis adimam tua nomina bellis.
quin simili matrem demens gravitate secutus:
digna quidem, monstrum superis quae tale creavit.
quod tamen adgressae scelus aut quo crimine sontes,
si iuvenem, qui iussa sui tam dira tyranni
inpavidus maria et nondum qui nota subibat,
iuvimus et magnis aliquam spem movimus ausis?
an nullas praeferre preces nec foedera regis
ulla sequi, caeca sed cuncta inpellere pugna
debuimus? sic Thraces agunt, sic turbidus iste,
siqua petit. cuperem haec etiam nunc bella remitti
nec socias armare manus. da vellera, rector,
et medio nos cerne mari. quod sin ea Mavors
abnegat et solus nostris sudoribus obstat,
ibimus indecores frustraque tot aequora vectae?
fas aliqua nequeat? » sic femina. coeperat ardens
hic iterum alternis Mavors insurgere dictis.
excipit hinc contra pater et sic voce coercet.
« quid vesane fremis? cum vos iam poenitet acti
peccatumque satis, tunc ad mea iura venitis.
quolibet ista modo, quacumque inpellite pugna,
quae coepistis, habent quoniam sua fata furores.
te tamen hoc, coniunx, et te, mea nata, monebo:
sit Persen pepulisse satis, nec vana retentet
spes Minyas finemve velint inponere bello.
illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo.
victa retro nunc castra dabit bellumque remittet

616 *suum* codd. Bon. I, *suis* T Bon. II seqq. 617 *acies* T Ac. 620 *Aeetae* C Carr. Alardus. *minys* V, *minyis* m, *miniis* Bon. I, *minias* Bon. II, *minyas* m_2 Ven. I seqq. 621 *pubi* Heins. Schenkl Baehr. Langen Bury. 624 *vidi* codd. Ah. *divi* Gron. Heins. seqq. 627 *obicem* vel *obices struis* Baehr. 628 *nunc* B Madvig, *non* Bu Bon. II Ven. I II Maser. Zinzerlingus Burm. seqq. usque ad Thil., Baehr. *querar* C Cth praeter Burm. *et structa* Heins. 630 *quique* Bon. I. *pergit* Baehr. Bury. post *viros* Madvig signum interrogationis sustulit. 631 *quin* vel *qui nunc* vel *quid enim* Heins., *quid non* Baehr., *quae nunc* Cth Ph. Wagner. 635 *quidnam age* Heins. [*quid-* v. 636 *Aesonides*] Langen Leo Samuelsson Bury. 636 *quin nos nos protinus* Sandstroem. 638 *iam tu sola* Langen, *quin tu sola* Bury. 641 *tantus* codd. Ac, *tacitus* C Cth, *curtus* Baehr., *tantum* T_1, marg. Bu Pii codd. Pius Burm. Caussin Thilo seqq. *luctus* codd. Ac, *lucus* C Pius Carr. seqq. *angor* B T Bu m Ac praeter Pium. 642 *colimus si gentibus umbra* Iunt. I II Ald., *cultus si gentis ab umbra* Heins., *colimur frigentibus umbra* C Carr. Alardus Patav. 643 *est rerum* Burm. 645 *esto* Heins. . . . V m, *anne* C Cth, *ac* B Bu, *at* T edd. ante Eng., *est* Ellis, *atque* Burm. Langen, *en* Baehr., *at si* Bury, *ast* Bon. II Ven. I II Maser. Eng. seqq. *cara* codd. Ac, *clara* C Carr. seqq. *Mycenis* codd. Ah, *Mycenes* Gron. Heins. seqq. 646 *praedae* Ven. I II. 648 *possunt* Bon. II Ven. I II. *poscant* Ald. Carr. seqq. praeter Thilonem Summersium Leonem. 649 *hic* Heins. 650 *rumpere et* Heins. 651 *aolidae* V Bu m, *Aeolidae* B, *aeolide* T, *eolide* Bon. I, *Aloiadae* Eng. Colin. Gryph., *Bystonidae* C Cth, *Aloidae* Bon. II seqq. *iurgia* Heins. Wagner Huguet. 654 *mox* Cth. 655 *privis* Koestlin. *numina* Ph. Wagner Schenkl Baehr. 656 *demens rabie ante petisti* Baehr. codicum lectio Burmanno corrupta videtur. 657 *dignam equidem* Heins. *crearit* Heins. Thilo Langen. Thilo putat poëtam hunc versum deleturum fuisse. 660 *sibi* Francius, *cui* Schenkl. 661 *novimus* Bon. II Ven. I II, *fovimus* Heins. 662 *ulla* Mancinellus, *perferre* Burm. Baehr., *reges* codd. Ac, *regis* T_2 Bon. II Ven. I II Maser. Balbus Carr. seqq. 664 *agunt* Burm. *Ister* Heins., *Auster* Baehr. olim. 665 *num* V B m Ac Bury, *non* Bu, *nunc* Carr. seqq. *remitto* Bon. I. 667 *ecce* Heins. 668 *adneget* V B m, *abneget* T Bu edd. ante Ald., *abnegat* Pius Ald. seqq. 669 *vecti* vel *passi* Burm., *vectas* Ph. Wagner. 670 *fas aliquae nequeat* V m Bu T_2 Leo, *fas alique nequeat* B, *fas alionem nequeat?* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser., *fas aliquid nequeat?* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Lemaire Caussin Huguet, *fassaque quae nequeam?* C Cth, *fasque nihil, nil iura queant?* vel *fassaque quid nequeam?* Heins., *ferre aliquid nequeant?* Burm., *cassaque sic redeam?* vel *redeat?* Slothouwer, *fessaque nunc cedam* Schenkl Jeep, *mas aliquae nequeat* Madvig Baehr. Summers, *fessaque vae cedam* Langen, *fare age quae nequeat?* Koestlin, *Aesonidae neque iam* Baehr. olim, *fas aequumque vetat* Fr. Reuss, *fas agitare fugam?* Ph. Wagner, *ferre ea quae nequeam?* vel *fasque pati? id nequeam* vel *fas at* vel *id nequaquam* Harles, *Pallas quid nequeat?* Thilo olim, qui deinde ante hunc versum lacunam statuit, *fas alionis nequeat?* marg. Bon. I, *fas aliquā nequeat?* ego. *sic dira et* Ph. Wagner. *sim femina?* Wagner. *tibi* vel *sic femina?* Schenkl, *si femina* Madvig Baehr. Koestlin Summers, *sunt praemia?* Baehr. olim, *tibi femina* Langen, *sit femina* Leo. *coeperit* Koestlin. post *ardens* plerique ante Carr. interpunxerunt. 672 *hunc* Madvig Baehr. 675 *quodlibet* codd. Bon. I, *quolibet* m_2 Bon. II seqq. *quaecumque* Bon. I. 677 *o coniunx* Heins. 680 *accipere* V, *decipite* Bu, *exitus* Bon. II Ven. I II Maser., *accipite* C B m edd. *ergo* codd. Ac, *ordo* C Carr. seqq.

territus adventu ducis et virtute Pelasgi:
mox ubi Thessalicis referent hos flamina terris.
tunc aderit victorque domos et sceptra tenebit,
donec et Aeeten inopis post longa senectae
exilia, heu magnis quantum licet inpia fatis,
nata iuvet Graiusque nepos in regna reponat.
hic labor amborumque haec sunt discrimina fratrum.
vadite et adversis, ut quis volet, inruat armis. »
Dixerat. instaurat mensas pacemque reducit,
et iam sideream noctem dimittit Olympo.
tunc adsuetus adest Phlegrae qui reddere pugnas
Musarum chorus et citharae pulsator Apollo.
fertque gravem Phrygius circum cratera minister.
surgitur in somnos seque ad sua limina flectunt.

LIBER SEXTVS

At vigil isdem ardet furiis Gradivus et acri
corde tumet nec quas acies, quae castra sequatur,
invenit; ire placet tandem praesensque tueri,
sternere si Minyas magnoque rependere luctu
regis pacta queat Graiamque absumere pubem.
inpulit hinc currus, monstrum inrevocabile belli
concutiens, Scythiaeque super tentoria sistit.
protinus e castris fugit sopor; excita tela,
turbati coiere duces: hoc insuper ingens
fama movet, rate quae sacra vulgabat Achivos
advenisse sui repetentes vellera Phrixi,
quos malus hospitio iunctaque ad foedera dextra
luserit Aeetes atque in sua traxerit arma.
Ergo, consiliis dum nox vacat alta movendis,
legatos placet ire duces, mandataque Perses
edocet, adfari Minyas fraudemque tyranni
ut moneant. quinam hinc animos averterit error?
se primum Haemoniis hortatum ea vellera terris
reddere et exuvias pecudis dimittere sacrae:
hinc odium et tanti venisse exordia belli.
quin potius dextramque suam suaque arma sequantur,
aut remeent; neque enim Aeetae promissa fidemque
esse loco; abstineant alienae sanguine pugnae.
non illos ideo tanti venisse labores
per maris. ignotis quid opus concurrere nec quos
oderis? haec medio Perses dum tempore mandat,
aureus effulsit campis rubor, armaque et acres
sponte sua strepuere tubae. Mars saevus ab altis
« hostis io, » conclamat equis « agite ite, propinquat »,
ac simul hinc Colchos, hinc fundit in aequora Persen.
tunc et quaeque suis commisit proelia terris
voxque dei pariter pugnas audita per omnes.
Hinc age Riphaeo quos videris orbe furores,
Musa, mone; quanto Scythiam molimine Perses
concierit, quis fretus equis per bella virisque.
verum ego nec numero memorem nec nomine cunctos
mille vel ora movens; neque enim plaga gentibus ulla
ditior: aeterno quamquam Maeotia pubes
Marte cadat, pingui numquam tamen ubere defit,
quod geminas arctos magnumque quod inpleat anguem.
ergo duces solasque, deae, mihi promite gentes.
Miserat ardentes, mox ipse secutus, Alanos
Heniochosque truces iam pridem infensus Anausis,
pacta quod Albano coniunx Medea tyranno;
nescius heu, quanti thalamos ascendere monstri
arserit atque urbes maneat qui terror Achaeas,
gratior ipse deis orbaque beatior aula.

685 *aete eten* V, *aetae et en* m, *'Oethen* T, *Aethen* T_1, *Oeten* Bon. I, *Oeeten* Bon. II Ven. I II, *aetatem* Bu' *Aeaetem* Iunt. I II Ald., *Aeeten* Maser. seqq. **686** *quantum libet* nonnulli apud Pium, Heins. Burm. Harles Wagner Bentley Delam. Baehr., *quantum luet* Meyncke Schenkl Langen, *quam tum licet* Bury. *inopia* V m, *in pia* Gron. Vossius Heins. Patav. Bip., *inpia* m_2 edd. *inmanis-facit* Heins. olim, *heu magnis-facit* Burm. **687** *iubet* codd. edd. ante Eng., *iuvet* C Pius Maser. seqq. **688** *amborum haec sunt* V m Ac, *amborum hic sunt* B Bu, *amborum est haec sunt* m_2, *amborum sunt haec* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph., *amborumque haec sunt* Carr. seqq. **691** *sidereo* Heins. *demittit* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph. Caussin Schenkl Baehr. Langen Bury. **692** *Phlegyas qui* codd., *Phlegias qui* T Bon. I Iunt I II, *Flegias qui* Bu, *Phlegraeas qui* Bon. II Ven. I II Ald., *Phlegraeas* C Pius Maser. seqq., *Phlegrae qui* Thilo. **693** *cithara* codd. Bon. I Iunt I II, *citharae* T Bon. II seqq. **695** *seseque ad* B Bu Harles.

Lib. VI. **1** *his furiis ardet* Ac, *his demum furiis* T_1, marg. Bon. I. **3** *videri* codd. Ac Summers Bury., *videre* Baehr., *tueri* C Carr. seqq. **5** *puppem* codd. Ah, *pubem* Ald. Heins. seqq. **9** *angens* Koestlin. **10** *ratemque* Bon. I II Ven. I II. **12** *vinctaque* Bon. I II Ven. I II. **14** *fovendis* Heins. **15** *duci* Burm. *Persei* Heins. Baehr. **16** *edocuit* [*adfari* — 17 *moneant*, ut spuriis, sublatis] Cortius, *edere et* Heins., *edoceant* Baehr. *effari Minyis de fraude* Heins., *effari Minyis fraudemque* Bulaeus, *adferri Minyis fraudemque* Mullerus Cizensis, *fati Minyas fraudemque* Baehr., *adfectus Minyas fraudemque* Damstè, *altae irae Minyas fraudumque* Sandstroem. **17** *et moneant* T Bon. I II, *et moveant* Ven. I II, *tum moneant* Heins. *quique hinc* Damsté. post *moneant* comma et post *error* colon Langen et Samuellson posuerunt. **18** *hortatum v.* m, *hortatum v.* vel *hortatum et v.* Heins. **23** *alieno sanguine* B, *alieno a sanguine* Bu. *alienae a sanguine* C Cth. **24** *anne illos* Heins. *tantos* T Iunt. I II Maser. Ald. seqq. usque ad Heins. *laborem* Heins. Burm. **25** post *maris* Heins et Burm. signum interrogationis posuerunt. *ignoti.* [sublata post *maris* distinctione] Ah praeter Pium. **27** *aereus* Heins. *et fulsit* V m Koestlin, *effluxit* Bu, *effulxit* T Bon. I *ecfulsit* Baehr., *effulsit* m_2 edd. **28** *crepuere* Heins. **30** *hanc* Bon. I II Ven. I II, *hac* Iunt. I II Maser. Carr. I, *at* Ald. **31** *tunc gens quaeque* Meyncke Eyssenhardt Schenkl Baehr. Langen Samuellson, *tunc et quisque* Burm. Harles Bip. Wagner Thilo, *turma et quaeque* Damsté, *tum gens quaeque* Postgate Bury. *committit* Cth, *commiscet* Meyncke. *telis* Ald. Burm. Harles Bip. Wagner Thilo seqq., *turmis* Heins. versus **31-32** Schenkl imperfectos putavit atque uncis inclusit. **32** *turmas* Baehr. **33** *nunc* T_1 Heins. **35** *fera bella* Baehr. **38** *alterno* Pius Burm. olim. **39** *desit* Langen Bury. **40** *agmen* marg. Bon. I. **41** *sociasque* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875].

proxima Bisaltae legio ductorque Colaxes,
sanguis et ipse deum, Scythicis quem Iuppiter oris
progenuit viridem Myracen Tibisenaque iuxta
ostia, semifero (dignum si credere) captus
corpore. nec nymphae geminos exhorruit angues.
cuncta phalanx insigne Iovis caelataque gestat
tegmina dispersos trifidis ardoribus ignes;
nec primus radios, miles Romane, corusci
fulminis et rutilas scutis diffuderis alas.
insuper auratos collegerat ipse dracones,
matris Horae specimen, linguisque adversus utrimque
congruit et tereti serpens dat vulnera gemmae.
tertius unanimis veniens cum milibus Auchus
Cimmerias ostentat opes, cui candidus olim
crinis inest, natale decus (dat longior aetas
iam spatium); triplici percurrens tempora nodo,
demittit sacro geminas a vertice vittas.
Datin Achaemeniae gravior de vulnere pugnae
misit in arma Daraps, acies quem Martia circum
Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda,
quosque Taras niveumque ferax Evarchus olorum
quique lacum cinxere Bycen. non defuit Anxur,
non Rhadalo cum fratre Sidon, Acesinaque laevo
omine fatidicae Phrixus movet agmina cervae.
ipsa comes, saetis fulgens et cornibus aureis,
ante aciem celsi vehitur gestamine conti
maesta nec in saevae lucos reditura Dianae.
movit et Hylaea supplex cum gente Syrenen
inpia germani praetentans volnera Perses.
densior haut usquam nec celsior extulit ullas
silva trabes, fessaeque prius rediere sagittae
. . . .
quin et ab Hyrcanis Titanius expulit antris
Cyris in arma viros, plaustrisque ad proelia cunctas
Coelaletae traxere manus; ibi sutilis illis
et domus et crudo residens sub vellere coniunx
et puer e primo torquens temone cateias.
linquitur abruptus pelago Tyra, linquitur et mons
Ambenus et gelidis pollens Ophiusa venenis.
degeneresque ruunt Sindi glomerantque paterno
crimine nunc etiam metuentes verbera turmas.
hos super aeratam Phalces agit aequore nubem
cum fremitu, densique levant vexilla Coralli,
barbaricae quis signa rotae ferrataque dorso
forma suum truncaeque Iovis simulacra columnae;
proelia nec rauco curant incendere cornu,
indigenas sed rite duces et prisca suorum
facta canunt veterumque viris hortamina laudes.
ast ubi Sidonicas inter pedes aequat habenas,
illinc iuratos in se trahit Aea Batarnas,
quos, duce Teutagono, crudi mora corticis armat
aequaque nec ferro brevior nec rumpia ligno.
nec procul albentes gemina ferit aclyde parmas,
hiberni qui terga Noae gelidumque securi
eruit et tota non audit Alazona ripa.
te quoque venturis, ingens Ariasmene, saeclis
tradiderim, molem belli lateque ferentem
undique falcatos deserta per aequora currus.
insequitur Drangaea phalanx claustrisque protusi
Caspiadae, quis turba canum non segnius acres
exilit ad lituos pugnasque capessit eriles.

48 *proximaque* Bon. I II Ven. I II. *bisaltae* V m, *his alte* Bon. II Ven. I II, *bis altae* T m_2, *Bisalte* Bon. I, *Bisaltis* Schenkl, *Bisaltae* Iunt. I seqq. *legio* T Pius Heins. Caussin Schenkl seqq. *Coraxes* Pius Eng. Colin. Gryph. Alardus. **50** *Maracen* Ac praeter Pium, Wagner Huguet, *Miracen* C T Bon. I II Ven. I II Maser. Ch, *Tmyracen* Heins. Caussin. *s(a)evaque* T Bon. I II Ven. I II, *Tibisaenaque* H, *Pytisenaque* nonnulli apud Pium, *Tibarenaque* Heins. **51** *se* Bon. I Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph. **55** *ne* T Heins. *gladios* Harles. **56** *diffunderis* codd. Carr. Patav. seqq. usque ad Thil. praeter Huguet. et Hermannum, *diffuderis* Bon. I seqq. **58** *ore* Bon. I, *orae* Bon. II seqq. usque ad Carr. praeter Pium. *speciem* Heins. *uterque* Iunt. I seqq. praeter Pium. **60** *Ancus* Bu, *Anchus* T Ven. I seqq. ante Eng. praeter Pium. **62** *stat aenea cassis* Heins. olim. **63** *in spatium cono* Heins. olim. post *spatium* Schenkl interpunxit. **65** *dat in* m Ac. *dat* Bu, *Datis* Pius Eng. Colin. Gryph., *Dat(h)in* C Maser. Carr. seqq. *Achaemoniae* V T m Bon. I, *Achimeniae* C Maser. Carr., *Machemoniae* Bu, *Achaemoniae* T_1 Bon. II Ven. I II, *Achemeniae* Iunt. II Pius Ald., *Achaemeniae* Iunt. I seqq. **67** *Gangarium* V, *Dandaridum* Schrader Delam., *Gargaridum* Wagner Huguet, *Gangaridum* V_1 edd. *pota Gerrus* Maser. **68** hic versus in codd. atque edd. post v. 102 legitur. post v. 98 Wagner, post v. 119 Heeren. huc Caussin et Schenkl eum transposuerunt. ante hunc versum Thilo et Jeep versum intercidisse rati sunt. poëtam hunc versum in margine scripsisse Langen et Bury coniecerunt. *Tarax* C Ch, *Tyras* Eng. Colin. Gryph., *Terans* Bu, *Tyras* vel *Teras* vel *Torus* Pius, *Torus* Wagner, *Torax* vel *Toras* vel *Taras* Caussin. *mittitque* Loehbach. *Evergus* Maser. **69** *Bicen* T Bon. I Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph. Ch Patav. seqq. usque ad Thil. praeter Delam., *Buces* Vossius, *Byzen* Langen. *Assur* nonnulli apud Maser. **70** *Radalo* codd. edd. ante Eng. Ch, *Rodalo* C, *Rhadano* Heins. Patav., *Rhodalo* Eng. Colin. Gryph. Burm. seqq. usque ad Thilonem, *Rhadalo* Pius seqq. *sidonya caesinaque* V, *sydona caesinaque* m, *sydon caesinaque* R m_2, *sydon cesinaque* B T Iunt. I II Ald., *sidon cesinaque* Bon. I, *fidon iacesinaque* C Carr. Alardus, *sydon acesinaque* Bon II seqq. usque ad Thilonem, *sidon acesinaque* Thilo seqq. **71** *Chrixus* Heins. Wagner. **72** *cervo* Alardus olim. **74** *necis* codd. Ah, *metis* m, *nec in* Bu Ald. Heins. seqq. *luco* codd. Ah, *lucos* Heins. seqq. **75** *Sirenem* C Bon. I II Ven. I II Pius, *Sienen* T Ald., *Sydenen* Heins., *Syenem* Iunt. I seqq. usque ad Burm., *Syenen* m_2 Maser. Patav. Burm. seqq. codicum lectionem Heeren nuper vindicavit. **76** *praetendens* Sluthouwer Baehr. Bury. post v. **78** Thilo et seqq., Jeepo excepto, lacunam statuerunt. in T hic versus legitur *arboris ad summum quam pervenere cacumen*, quem omnes ante Thilonem edd. receperunt. **80** *hercinlis* nonnulli apud Pium. lectionem codicum Huguet ac Langen corruptam habuerunt. **81** *Ciris* codd. Bon. I, *Cirus* T_1, *Cyrus* Bon. II Ven. I II Pius Maser., *Cyris* Iunt. I seqq. *iunctas* Pius, *vectas* vel *iunctas* Heins. **82** *Coela laetae* V, *Coela laeta* m, *Coelaletae* T, *Coelaleta* m_2, *Coela letae* R, *Cealete* T_1, *Coelaleae* Ac, *Coraletae* C Cth, *Coealeae* Maser., *Cercetae* vel *Arsietae* vel *Cela Letae* Pius, *Cercitae* Delam., *Coelaletae* Caussin Thilo seqq. *futilis* m B Bon. I Iunt. I II Ald. **83** *est domus* Loehbach Baehr. [Bursians Jahresbericht 1878] Bury. **85** *abruptis* B Bu Bon. I II Ven. I II Pius. *abrupto* T_1. **86** *Embolus* Bon. II Barbarus Ven. I II Maser. Eng. Colin. Gryph. *pallens* Burm. *gelidi-veneni* Heins. **89** *his* vel *hoc super* Heins. *aerectam* m. *erectam* T Ac, *elatam* Heins. *pubem* Burm. Wagner Baehr. **95** *fata* T m Bu Bon. I II Ven. I II. **96** *ast ubi Sidonias intus* Bu, *ast ubi Sindonicas inter* Bon. II Ven. I II, *ast ibi Sidonicas inter* vel *ast ibi Sidonicas inter* vel *post Essedonicas inter* vel *hinc Assedonias inter* vel *ast ibi Sidonicas acer* [*—aequat*] Heins., *hinc Issedonias mixtus* Burm., *est ubi Sidonicas inter* Wagner Caussin, *hinc Essedonicas mixtus* Delam., *ast ubi Sidonias Hister* Koestlin, *ast ubi Sidonias acer* Ph. Wagner, *ast ubi Sidonias inter* Baehr., *ast ubi Sidonicas pernix* Langen. post hunc versum Thilo et Jeep lacunam statuerunt. **97** *hinc coniuratos* Koestlin. *secum* C Carr. Alardus Heins. Patav. *Aera Batarnas* Bu, *Exabaternas* C, *Aebatarnas* Iunt. II Ald., *Aea Baternas* Cth. **101** *Tybarni* B Bon. II Ven. I II Stoa. *Norae* V B Bon. II Ven. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Langen, *Norae* C, *Nore* T Bu Bon. I, *norem* Stoa. *niris* T_1, *Noae* Iunt. I seqq. **102** *tuta* vel *tacita* vel *nota* Heins. **103** *late lateque* Bu Burm. *furentem* Heins. **104** *falcato—curru* Heins. **105** post *currus* Burm distinctionem sustulit. **106** *Drancea* codd. Bon. I, *Drancaea* T Bon. II seqq. usque ad Carr. Hth Schenkl Baehr. Langen, *Drancaea* vel *Drangaea* Pius, *Drangaea* Iunt. I II Maser. Ald. Ch Thilo seqq. **107** *acre* Pius

inde etiam par mortis honos, tumulisque recepti
inter avos positusque virum; nam pectora ferro
terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro
latratuque cohors, quanto sonat horrida Ditis
ianua vel superas Hecates comitatus in auras.
ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
Vanus; eum Scythiae iam tertia viderat aetas
magnanimos Minyas Argoaque vela canentem.
illius et dites monitis spondentibus Indi
et centumgeminae Lagea novalia Thebes
totaque Riphaeo Panchaia rapta triumpho.
discolor hastatas effudit Hiberia turmas,
quas Otaces, quas Latris agunt et raptor amorum
Neurus, et expertes canentis Iazyges aevi.
namque ubi iam viresque aliae notusque refutat
arcus et inceptus iam lancea temnit erilis,
magnanimis mos ductus avis, haut segnia mortis
iura pati, dextra sed carae occumbere prolis,
ense dato; rumpuntque moras natusque parensque,
ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
hic et odorato spirantes crine Mycaei
Cissaeaeaeque manus, et qui tua iugera nondum
eruis, ignotis insons Arimaspe metallis.
doctus et Auchates patulo vaga vincula gyro
spargere et extremas laqueis adducere turmas.
non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsageten cinctumque vagis post terga silebo
pellibus et nexas viridantem floribus hastas.
fama, ducem Iovis et Cadmi de sanguine Bacchum
hac quoque turiferos, felicia regna, Sabaeos,
hac Arabas fudisse manu; mox rumperet Hebri
cum vada, Thyrsagetas gelida liquisse sub arcto
illis omnis adhuc veterum tenor et sacer aeris
pulsus et eoae memoratrix tibia pugnae.
iungit opes Emoda suas; sua signa secuti
Exomatae Torynique et flavi crine Satarchae;
mellis honos Torynis, ditant sua mulctra Satarchen,
Exomatas venatus alit, nec clarior ullis
arctos equis; abeunt Hypanin fragilemque per undam
tigridis aut saevae profugi cum prole leaenae,
maestaque suspectae mater stupet aggere ripae.
inpulit et dubios Phrixei velleris ardor
Centoras et diros magico terrore Choatras.
omnibus in superos saevus honor, omnibus artes
monstrificae: nunc vere novo conpescere frondes,
nunc subitam trepidis Maeotin solvere plaustris.
maximus hos inter Stygia venit arte Coastes;
sollicitat nec Martis amor, sed fama Cytaeae
virginis et paribus spirans Medea venenis.
gaudet Averna palus, gaudet iam nocte quieta
portitor et tuto veniens Latonia caelo.
ibant et geminis aequantes cornibus alas
Balloniti comitumque celer mutator equorum
Moesus et ingentis frenator Sarmata conti.
nec tot ab extremo fluctus agit aequore, nec sic
fratribus adversa Boreas respondet ab unda,
aut is apud fluvios clamor volucrum, aethera quantus
tunc lituum concentus adit lymphataque miscet
milia, quot foliis, quot floribus incipit annus.
ipse rotis gemit ictus ager tremibundaque pulsu
nutat humus, quatit ut saevo cum fulmine Phlegram
Iuppiter atque imis Typhoea reverberat arvis.

110 *positique* Heins., *proavosque* Peerlkamp, *loculisque* Baehr., *positosque* Koestlin, *pars usque* Sandstroem, *posituque* Bury, *bustisque* Fr. Reuss. *iam* Langen. 112 *tonat* Friesemann. 113 *belua* Friesemann. *in aulas* codd. Ac, *ad auras* C [in castigationibus] Cth, *in auras* Bu Pius Thilo seqq. 115 *Vanys* T_1, *Vannis* Pius, *Varnus* Maser. Delam., *Vannus* Eng. Colin. Gryph. Thilo, *Aunus* Heins., *Varus* C Cth. *aestas* V B T Bu Ac Caussin, *aetas* C m Carr. seqq. 118 *Lagae* V B R m Bon. I Iunt. I II, *laiae* m_2, *longe* H, *Lagi* Bon. II seqq. usque ad Carr., *longaeva* C Ch, *Lagea* Gron. Vossius Heins. seqq. *navalia* B Ac praeter Ald., *monalia* R. *Thebae* Bon. II Ven. I II Heins. 120 *turbas* Eng. Colin. Gryph. 121 *Sotaces* T m Ac. *agnorum* Schottus, *agrorum* vel *Amadocum* G. Vossius, *avorum* I. Vossius, *agrorum* Bulaeus Heins. Baehr. post hunc versum Langen lacunam statuit. 122 *Iazies* V, *Iazices* m T Ac, *Iaziges* Maser. Balbus Alardus, *Iazyces* Ald. Carr., *Iaziges* Heins. seqq. 123 *effoetae* vel *invalidae vires* vel *vires cassae* vel *quassae* Heins., *viresque alit* Bon. I, *vires aliae* Peerlkamp, *vires aegrae* Baehr., *vires gelidae* Loehbach. *Argus* V T B Bu Bon. I II Ven. I II Iunt. I II, *angor* Sabellicus Maser., *arcus* T_1 Pius edd. *motusque* Heins. Schenkl Baehr., *ignotasque* Peerlkamp, *notasque* Koestlin, *nutusque* Fr. Reuss, *notosque* C Cth praeter Caussinum, *nodosque* Columbus. *refugit* Bu, *resultat* Postgate, *recusat* Langen. 124 *heriles* T_1 Peerlkamp. 125 *mox* B R Bu m Bon. I II Ven. I II. *dictus* codd. Bon. I II Sabellicus Ven. I II Iunt. I II Maser., *ductus* Pius seqq. *aut* codd. Bon. I, *haut* Bon. II seqq. *Martis* Peerlkamp. 128 *unanimes* Langen, *ambo animosi* Loehbach Baehr., *meriti tot* Koestlin, *mixti tam* Leo, *miserandi* Langen. 129 *odoratasspirantes* V m, *odoratas spirantes* Bon. I II Ven. I II, *odoratos spirantes* Iunt. I II, *odoratus spiranti* Ac, *odoratus spirantes* T, *odorato spirantes* C T_1 m_2 Pius Ald. Carr. seqq. *Mycael* V m, *Micael* R, *Michael* B T Ac, *Michali* T_1, *Mycaeli* m_2, *Meletae* Ald., *Micelae* C Cth, *Siraci* Thilo olim, Baehr., *Meltetis* Maser., *Meltetae* Sabellicus, *Mycaei* Caussin Langen Bury. Schenkl nihil diiudicat. 130 *Cesseeaeque* V, *Caessaeeaque* m, *Cessataeque* Bu, *Cossaeaeque* Langen Bury, *Cessaeaeque* T edd., *Cissaeaeque* Schrader Pindemonte Heeren. 132 *Auchaees* m, *Anchates* T, *Anchaces* Ac. *cava* Heins. *cyro* codd. Ac, *tyro* Bu, *gyro* Parrhasius Maser. Carr. seqq. 133 *abducere* Heins. 135 *Tyrsag*. . . . [cetera incerta] V, *Thyrsagerit* Bu, *Thussagetae* Harles. *T(h)yrsagetem* Ac, *Thyrsageten* Ald. Carr. seqq. 136 *noxas* Bu, *necis* Vossius Baehr. *vibrantem* Bulaeus. 139 *duxisse* Ald. *manum* V, *manus* B T edd. ante Eng. *manu* Pius seqq. *Haemi* Burm. 140 *iuga* C Carr. Alardus Burm. *T(h)yrsagatas* codd. edd. ante Eng. *Thyrsagetas* Pius Maser. Eng. seqq. 143 *Emeda* V T Bu m Bon. I Iunt. I II Ald. Langen Bury, *Emenda* B, *Oemeda* R, *Eumeda* C Cth, *Emoda* Bon. II seqq. usque ad Carr. Vossius Caussin Huguet Thilo seqq. 144 *Axamatae* Bon. II Ven. I II, *Iaxamatae* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. *Torinique* Ath, *Toretaeque* nonnulli apud Pium, Delam. 145 *Torinis* Ath. *ditat* B Bon. II Ven. I II. 146 *Iaxamatas* Bon. II seqq. usque ad Carr. *alius* Fr. Reuss. 147 *tractus* Fr. Reuss. *Tanaimque* vel *Sagarimque per undam* Heins. 152 *omnibus hinc saevus superis* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II. *ferus est honor* Mueller, *saevos honor* vel *aecus furor* Ph. Wagner, *saevus tumor* vel *laevus honor* Sandstroem, *saevus tumor* Schenkl [Phil. Anz. 1883]. 154 *solidam* vel *subitam* Burm. *tepidis-claustris* Heins., *tepidis-plaustris* R, *trepidis-claustris* Huguet. *pandere* vel *tundere* Ph. Wagner. 155 *choastes* m Maser. Ch, *coaspes* Bu. *cohastes* Ac. 159 *toto* T m edd. ante Gron. 161 *Ballonoti* T Ath, *Bellonoti* Maser. 162 *Mesus* T Ac, *Nesus* Maser. *Tarmata* Ald. *canthi* Sabellicus. *canti* Pius. 163 *non tot* Pius. 164 *ab aula* H Harles. 165 *auctus* T Ac, *aut nec* T_1, *nec tot* Ald., *tantus* vel *quantus-tantus* Pius, *haud is* Friesemann *volucrum clamor aethera quantus* V B Bu, *volucrum sonus aethera quantus* T edd., *volucrum cantus aethera quantus* T_1, *volucrum canor aethera quantus* Heins. Burm. Ellis Bury, *volucrum canor* vel *chorus aethera quantus* Baehr., *volucrum quatit aethera clamor* C Carr. Meyncke Loehbach, *clamor volucrum aethera quantus* Schenkl Langen. 166 *conceptus* codd. edd. ante Eng., *concentus* C Bon. II Ven. I II Pius Eng. seqq. *agit* C Carr. Alardus Meyncke. versus 166-167 Loehbach, versus 166-170 Meyncke ante v 163 posuit. 167 *induit* Pius. 168 *tremit* Pius. *intus* codd. edd., *ictus* Heins. Delam. Schenkl Baehr. Langen Bury. 169 *flumine* codd. Bon. I Pius, *fulmine* T edd. 170 *typhea verberat* V m, *typhoea verberat* C m_2 T_2 Ch Langen, *typhona reverberat* Bon. II Ven. I II Pius Maser. Vossius Heins. seqq., *typhoea reverberat* T Ac. *antris* Sabellicus Delam.

Prima tenent illinc patriis Absyrtus in armis
et gener ingentesque inter sua milia reges.
at circa Aesoniden Danaum manus ipsaque Pallas
aegide terrifica, quam nec dea lassat habendo
nec pater horrentem colubris vultuque tremendam
Gorgoneo. nec semineces ostendere crines
tempus adhuc primasque sinit concurrere pugnas.
inpulit hos contra Mavors pater et mala leti
Gaudia Tisiphoneque caput per nubila tollens
ad sonitum litui mediaque altissima pugna,
necdum clara, quibus sese Fuga mentibus addat.
Illi ubi consertis iunxere frementia telis
agmina virque virum galeis adflavit adactis,
continuo hinc obitus perfractaque caedibus arma,
corporaque, alternus cruor alternaeque ruinae;
volvit ager galeas et thorax erigit imbres
sanguineos; hinc barbarici glomerantur ovatus,
hinc gemitus, mixtaeque virum cum pulvere vitae.
Caspius Aeaeum correpto crine Monesen
abstulit; hunc pariter Colchi Graique sequuntur
missilibus; rapit ille necem praedamque relinquit,
nec sociis iam cura viri. Dipsanta Caresus
Strymonaque obscura spargentem vulnera funda
deicit; Albani cadit ipse Cremedonis hasta,
iamque latet currusque super turmaeque feruntur.
Processere Melas et Idasmenus; incipit hasta
ante Melas, levis ast abies elisit utrumque.
ensibus inde ruunt; prior occupat aere citato
cassidis ima Melas, infracta est vulnere cervix.
mixta perit virtus: nescit cui debeat Ocheus,
aut cui fata Tyres. dum sibila respicit Iron
cuspidis Argivae, Pyliam latere accipit hastam.
Viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres
Castor equis, pater armento quos dives ab omni
nutrierat fatisque viam monstrarat iniquis.
tum magis atque magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor, simul obvius hastam
pectus in adversum Gelae iacit alipedemque
contigit excusso victor duce; risit ab alta
nube pater prensisque equitem cognovit habenis.
at pariter luctuque furens visuque Medores
Tyndariden petit et superos sic voce precatur:
« hunc age vel caeso comitem me reddite fratri
primus et hic nostra sonipes cadet impius hasta,
credita qui misero non rettulit arma parenti
meque venit contra captivaque terga ministrat ».
dixerat; Actaei sed eum prior hasta Phaleri
deicit; ad socias sonipes citus effugit alas.
Quis tibi fatales umquam metuisset Amyclas
Oebaliamqne manum, tot, Rhyndace, montibus inter
diviso totidemque fretis? cadit inpiger una
inguine transfosso clari Taulantis alumnus
semidea genetrice Tages, cui plurima silvis
pervigilat materna soror cultusque laborat.
tenuia non illum candentis carbasa lini,
non auro depicta chlamys, non flava galeri
caesaries pictoque iuvant subtegmine bracae.
iamque novus mediae stupefacta per agmina pugnae
vadit eques densa spargens hastilia dextra,
fulmineumque viris profundens ingerit ensem
huc alternus et huc; cum saevior ecce iuventus
Sarmaticae coiere manus fremitusque virorum
semiferi; riget his molli lorica catena;
id quoque tegmen equis; at equi porrecta per armos
et caput ingentem campis hostilibus umbram
fert abies obnixa genu vaditque virum vi,
vadit equum, docilis relegi docilisque relinqui
atque iterum medios non altior ire per hostes.
orbibus hos rapidis mollique per aequora Castor
anfractu levioris equi deludit anhelos
inmemoresque mori, sed non isdem artibus aeque
concurrunt ultroque ruunt in funera Colchi.
Campesus inpacta latus inter et ilia quercu
tollitur ac mediam moriens descendit in hastam.
Oebasus infestum summisso poplite Phalcen

174 *laxat* Bu Pius Alardus. *nunc*—175 *nunc* Leo Samuelsson. **175** *nec putat* Loehbach Bury, *nec quatere* vel *quatit* Wagner Huguet. **176** *saxificos* Friesemann. lectio codicum Heinsio corrupta videtur. **179** post *tollens* Koestlin interpunxit. **180** *atsistunt* V, *at sonitum* V_1 m, *ad sonitus* T Ac, [*adsistunt*] Koestlin. *ad sonitum* T_1 Carr. seqq. **181** *certa* Pius Baehr. Bury, *gentibus* Fr. Reuss. **183** *gladiis* Columbus. **186** *torrens* Sabellicus. *egerit* C nonnulli apud Pium Cth Schenkl Baehr. Langen Bury. **189** *Aetaeum* C Gryph. **190** *hinc* codd. Ac, *hunc* Maser. Carr. seqq. **191** *pedem* Meyncke Eyssenhardt Baehr. *relinquid* V m, *relinqui* Ac, *relinquit* C Bon. I II Ven. I II Maser. Carr. seqq. **194** *caditis* Iunt. I II Pius, *capit ipse* nonnulli apud Maser., *cader ipse* Ald., *cadit is* Maser. Eng. Colin. Gryph. *Chremodonidis* V, *Cremedonidis* T B m Ac, *Medonidis* Bon. II Ven. I II Pius Ald., *Iremedonis* Bu, *C(h)remedonis* C T_2 m_2 Carr. seqq. versus **195-196** desunt in C. **196** *fidasmenus* V B T Bu m Bon. I, *fidusmenus* T_1, *et fidamenus* Iunt. I II Ald., *et (h)idasmenus* Bon. II seqq. *incitat hastam* vel *irruit hasta* Heins. **198** *furunt—aera Cytaeae* Heins. **200** *Occus* Bu, *Orcheus* B, *Oebreus* C Cth, *Oechus* T. **208** *gleacit* V Bu, *subito iacit* T Ac, *subito iacet* B Iunt. II Ald., *graviter iacit* C Ch, *Gelae iacit* R T_1 Heins. seqq. *in alipedemque* T Bon. I, *alipede inque* Bon. II Ven. I II. post *alipedemque* fere omnes edd. ante Thilonem interpunxerunt. **209** *constitit* codd. edd., *institit* Heins. Beck Langen, *corripit* Wagner, *adstitit* Baehr., *colligit* Koestlin. *contigit* ego. *vector* Vossius Heins. Burm. Markland. **210** *pressisque* Bon. II Ven. I II. **211** *iussuque* m, *risuque* Pius, *nisuque* Heins. *Medontes* T Ac praeter Pium, *Medones* nonnulli apud Carr. **213** *nunc* B Bu Bon. I II Ven. I II Pius Baehr. Sandstroem Bury. *ego: vel* Burm. post *age* Caussin colon posuit. hunc versum Langen suspectum habuit. **214** *prirus* Koestlin. *at* Schenkl Jeep Sandstroem Langen Bury. *vel nostra* Baehr. *cadat* T Ath Baehr. **217** *Actei* V m, *Attei* T Bon. I Iunt. I II Maser., *Aeetei* T_1, *Aeaei* Bon. II Sabellicus Ven. I II Pius, *Aeaeti* Ald. Eng. Colin. Gryph., *Actaei* C Bu Carr. seqq. *parenti* V Bu m, *parentis* Ac, *Darentis* Maser., *Phaleri* C Carr. seqq. **219** *vetuisset* B Bon. I. hic versus in B Bu post v. 215 legitur. **221** *totque inde fretis* Sandstroem. *ima* T Bon. I II Ven. I II. **223** *plurima telis* vel *telae* Heins., *plurima filis* Muellerus. **224** *nocturna* Heins. **225** *splendentis* C Carr. *nili* V Bu Ac, *villi* Bon. II Ven. II Pius, *lini* vel *villi* Maser., *lini* C H Balbus Carr. seqq. **226** *clamis* Bon. I. **228** *iam novus* Ven I II Ald. *stipata* Heins *pugna* Pius. **229** *vidit* Carr. seqq. usque ad Burm. *equus* T Bon. I. *densa ac* Bury. **230** *viro* Heins., *viros* Burm. *profundis* V, *proturbans* C Cth, *profusis* Baehr., *pro fundis* Koestlin Ellis Postgate Bury, *propendens* Thilo, *profundens* T m Ac Schenkl Langen. **231** *hunc-hunc* T Iunt. I II Maser. Ald. *crebrior* Heins. **233** *et mollis* T, *et molli* Bon. I II Ven. I II. **234** *quis agequi* V, *equis age qui* m, *avis age qui* T Bu Bon. I Iunt. I II, *avis ac equi* R, *equis ac equi* T_1, *avis at equi* B Bon. II Ven. I II Maser. Eng. Colin. Gryph., *equi sed equi* Pius, *equis agitur* C Ch, *equis at equi* Ald. seqq. *per arma* C Carr. **236** *virum vis* Heins. **237** *equi* Pius Eng. Colin. Gryph. *reponi* Baehr. Gebbing. *refingi* Langen, *recingi* vel *refigi* Bury. **238** *non aptior* nonnulli apud Pium, Pius, *conlectior* Ellis, *non lentior* vel *non tardior* vel *audentior* Heins., *non tardior* Wagner Lemaire Huguet Ph. Wagner Gebbing Baehr. Langen Bury. **239** *rabidis* Ch, *rapidus* Burm. *volucrique* Heins. **241** *inmemoresque sui* Heins., *iam memoresque mori* Gebbing. *inmemoresque morae* Koestlin olim. **244** *desidit* Heins. **245** *Oebalus* Heeren.

evasisse ratus laevum per luminis orbem
transigitur; tenerae liquuntur vulnere malae.
contra autem geminis fidens thoracibus ictum
sustulit et gladio Sibotes ferit ultima teli,
nequiquam; iam cuspis inest, nec fragmina curat
Ambenus et trunco medium subit Ocrea ligno.
seminecem Taxes Hypanin vehit atque remissum
pone trahit fugiens et cursibus exuit hastam;
dumque recollectam rursus locat, inruit ultro
turbatumque Lacon et adhuc invadit inermem.
inpulit adverso praeceps equus Onchea conto
nequiquam totis revocantem viribus armos:
in latus accedit sonipes, accedit et ipse
frigidus; arma cadunt, rorat procul ultima cuspis.
qualem populeae fidentem nexibus umbrae
siquis avem summi deducat ab aere rami,
ante manu tacita cui plurima crevit harundo;
illa dolis viscoque super correpta sequaci
inplorat ramos atque inrita concitat alas.
Parte alia infestis (nam fors ita iunxit) in armis
Styrus adest, laetusque virum cognoscit Anausis,
et prior « en cuius thalamis Aeetia virgo
dicta manet nostrosque feret qui victor amores.
non » ait, « invitoque gener mutabere patri. »
tum simul adversas conlatis cursibus hastas
coniciunt; fugit adductis Albanus habenis
saucius atque datum leto non sperat Anausin,
nec videt. ille autem telo moribundus adacto
« ad soceros pactaeque sinus en coniugis » inquit,
« Styre, fugis, vulnus referens, quod carmine nullo
sustineat nullisque levet Medea venenis. »
dixerat, extremus cum lumina corripit error,
voxque repressa gelu percussaque vertice tellus.
Hinc animos acies auget magnoque doloris
turbine Gesandrum Mavors rapit: ille morantes
increpat et stricto sic urguet Iazygas ense:
« nempe omnes cecidere senes, nempe omnis ademptus
ante pater. quae vos subito tam foeda senectus
corripuit fregitque animos atque abstulit iras?
aut mecum mediam, iuvenes, agite ite per urbem
Argolicamque manum, aut caris occumbite natis. »
inruit et patrias coeptis ferus advocat umbras:
« sancte mihi Vorapte pater, tua pectora nato
suggere nunc animamque parem, si fata peroso
tarda tibi turpesque moras non segnius ipsi
paruimus parvique eadem didicere nepotes. »
haec ait, auditusque Erebo. tunc corripit ensem
turbidus et furiis ardens quatit arma paternis.
indigenis sacratus aquis magnique sacerdos
Phasidis Arctois Aquites errabat in armis
(populeus cui frondis honor conspectaque glauco
tempora nectuntur ramo), te, Cyrne, parentis
immemorem durae cupiens abducere pugnae;
iamque omnes inpune globos diversaque lustrans
agmina non usquam natum videt, atque iterum intrat
vociferans, iterum belli diversa peragrat;
lancea caeruleas circum strepit incita vittas.
opprimit admissis ferus hunc Gesander habenis.
ille manum trepidans atque inrita sacra tetendit,
« teque per hanc, genitor » inquit « tibi si manet, oro
canitiem, conpesce minas et sicubi nato
parce meo ». dixit. contra sic victor adacto
ense refert: « genitor, turpi durare senecta
quem mihi reris adhuc, ipse hac occumbere dextra
maluit atque ultro segnes abrumpere metas.
et tibi si pietas nati, si dextra fuisset,
haut medii precibus tereres nunc tempora belli,
praeda future canum. iuveni sors pulchrior omnis,

247 *transfigitur* T B Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Ald., *transfigit* Sabellicus. *tenero* V m T_1 Bon. I II Ven. I II, *tenere* T, *tetro* B Delam., *tenerae* C Iunt. I seqq. *linquuntur* V T Bu m Bon. I II Ven. I II Eng. Colin. Gryph., *tinguuntur* Ph. Wagner Loehbach Schenkl Baehr. Bury, *funduntur* Damsté, *linguntur* Ellis, *liquuntur* C B T_1 Iunt. I seqq. 249 *sustinet* Francius Heins. Schenkl Baehr. Langen Bury. *at* Pius. 251 *Onchea* H, *Otrea* Iunt. I II Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Cth. 252 *atque remissam* Heins. 253 *calcibus* Heins. 254 *ultor* Heins. 256 *Ochea* T Ac. 257 post *armos* Koestlin distinctionem delevit. post hunc versum Langen duo hemistichia intercidisse putat. 258 *accedit-accepit* Bon. I, *adsedit-adsedit* Heins. Wagner Thilo Schenkl, *ecce cadit-accedit* Bury olim, *accepit-accepit* Baehr. Postgate Bury, *accumbit-accumbit* vel *incumbit-incumbit* Ph. Wagner. post *latus* Koestlin interpunxit: post hunc versum nonnulla intercidisse Thiloni olim videbantur. 259 *ilibus* Postgate Summers. 261 *arbore* C Carr. Bulaeus. 262 *arte* vel *ante* Pius, *arte* Sabellicus. *credit* B T Bon. I Iunt. I II Ald., *crescit* Bon. II Ven. I II Maser. Pius. 263 *tenaci* Friesemann Thilo Baehr. Gebbing Langen. 264 *calamos* Baehr. 265 *forsitan iunxit* V m, *forsan iunxit* T m_2 Bon. I, *forsitan iunxit* R B Bu, *fors adiunxit* Ac, *fors ita duxit* vel *rata iunxit* Heins., *fors ita iunxit* C T_2 Bon. II Ven. I II Carr. seqq. *inanis* codd. Bon. I, *armis* T, *in armis* T_2 Bon. II seqq. 266 *viri* Heins. Wagner Huguet. *Anausim* V, *Anausin* T m edd., *Anausis* Delam. Caussin Peerikamp Thilo seqq. 267 *thalamos* Heins. 269 *en ait* C Carr. Alardus. 270 *conlatis viribus* Heins. 272 *durum* Bon. I II. *spirat* Bon. I. 275 *vulnusque refers* Heins. 276 *nullusque* Bon. I. 277 *horror* Iunt. I II Maser. Ald. seqq. usque ad Thilonem. 279 *hinc animos acres* Heins. Nairn Bury, *hinc animos clades* Baehr., *haec animos facies* Burm. *magnosque dolores* codd. Ac, *magnoque doloris* C Carr. seqq. 281 *Iazicas* codd. Ah, *Iazycas* Ch, *Iazygas* Ald. Heins. seqq. 285 *Aeaeum hostem* Heins., *medium—orbem* Schenkl, *medium-arvum* Ph. Wagner, *mediam-urbis* Madvig Baehr. Langen Bury, *mediam-orbem* Baehr. olim. 286 *claris-vatis* T, *claris-factis* Iunt. I seqq. usque ad Carr., *claris-fatis* Parisiensis antiqua, Carr. Madvig. 287 *sic furit* Baehr. 291 *paruimus parere* Loehbach. *eam* V Bu m, *Aeam* R T_1, *etiam* T Ah Thilo Loehbach Langen, *viam* C Heins. seqq., *eadem* Baehr. Bury. 292 *auditurque* Cth. 295 *equitans errabat* vel *equites terrebat* nonnulli apud Pium, *Aquites terrebat* T_1, *equites errabat* R B Bu Bon. I II Ven. I II Maser. *in arvis* nonnulli apud Pium, Damstè Bury. 296 *frontis* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. *contectaque* Heins. Baehr. *populeus*—296 *ramo* Burm. et seqq. uncis incluserunt. 298 *dure* Iunt. II Ald., *dirae* Burm. olim. 299 *dumque omnes* Ph. Wagner. 300 *agmina non usquam videt* codd. Ac Baehr., *agmina quem quaerit nusquam videt* C Carr. seqq., *agmina non usquam Cyrnum videt* Schenkl, *agmina non usquam natum videt* Loehbach Langen Bury. *atque iterum intrat* Burm. Loehbach Schenkl, *atque iterum instat* Delam. Ph. Wagner Langen. *atque iterum intrat in aequor* B T Ac, *atque iterum intrat et atro* T_1, *atque iterum acrior instat* Baehr., *adque acrius instat* Gebbing, *adque iterum instat* Hth Bury. Thilo, qui olim Carrionis scripturam receperat, deinde lacunam post hunc versum esse indicandam putavit. 303 *amissis* T Ac. *hinc* Burm. Schenkl Baehr. Langen. 305 • *te* • *que* • *per* • *etc.* Baehr. Samuellson. *inquit genitor* C Cth Thilo. 306 *sicubi natus* Koestlin olim, *si tibi natus* Koestlin Langen Bury. 308 *refer* codd. Bon. I, *refert* T Bon. II seqq. *durate* nonnulli apud Maser. 310 *perrumpere* Wakefield. *nexus* Wakefield olim, *venas* Ph Wagner, *moras* Damstè, *netus* Postgate, *telas* Langen Leo De la Ville de Mirmont. 312 *terere* V m, *terreres* Ven. I, *teretes* Iunt. II Ald., *tereres* T edd. 313 *instat* Burm., *omnis* Lennep Koch Schenkl Baehr. Langen Bury. post *pulchrior* Caussin interpunxit.

et certasse manu decet et caruisse sepulchro. »
dixerat; ille deos moriens caelumque precatur,
dextera ne misero talis foret obvia nato.
Te quoque, Canthe, tui non inscia funeris Argo
flevit ab invita rapientem tela carina.
iam Scythicos miserande sinus, iam Phasidis amnem
contigeras, nec longa dies, ut capta videres
vellera et Euboicis patrios de montibus ignes.
illum, ubi congressu subiit Gesander iniquo,
territat his: « tu, qui faciles hominumque putasti
has, Argive, domos, alium hic miser aspicis annum,
altricemque nivem festinaque taedia vitae.
non nos aut levibus conponere bracchia remis
novimus aut ventos opus expectare ferentes;
imus equis, qua vel medio riget aequore pontus
vel tumida fremit Hister aqua; nec moenia nobis
vestra placent: feror arctois nunc liber in arvis
cuncta tenens mecum; omnis amor iacturaque plaustri
sola, nec hac longum victor potiere rapina;
ast epulae quodcumque pecus, quaecumque ferarum.
mitte Asiae, mitte Argolicis mandata colonis,
ne trepident; numquam has hiemes, haec saxa relinquam,
Martis agros, ubi tam saevo duravimus amne
progeniem natosque rudes, ubi copia leti
tanta viris. sic in patriis bellare pruinis
praedarique iuvat, talemque hanc accipe dextram. »
dixit, et Edonis nutritum missile ventis
concitat; it medium per pectus et horrida nexu
letifer aera chalybs. trepidus super advolat Idas
ac simul Oenides pariterque Menoetius et qui
Bebrycio promptus remeavit ab hospite victor.
at vero ingentem Telamon procul extulit orbem
exanimem te, Canthe, tegens; ceu saeptus in arto
dat catulos post terga leo, sic comminus hastam
Aeacides gressumque tenet contraque ruentem
septeno validam circumfert tegmine molem.
nec minus hinc urguet Scythiae manus armaque Canthi
quisque sibi et Graio poenam de corpore poscens.
arduus inde labos, medioque in corpore pugna
conseritur. magno veluti cum turbine sese
ipsius Aeoliae frangunt in limine venti,
quem pelagi rabies, quem nubila, quemque sequatur
ille dies; obnixa virum sic comminus haeret
pugna nec arrepto velli de corpore possunt.
ut bovis exuvias multo qui frangit olivo
dat famulis, tendunt illi tractuque vicissim
taurea terga domant, pingui fluit unguine tellus;
talis utrimque labos, raptataque limite in arto
membra viri miseranda meant. hi tendere contra,
hi contra alternaeque virum non cedere dextrae.
hinc medium Telamon Canthum rapit, hinc tenet ardens
colla viri et molles galeae Gesander habenas,
insonuit quae lapsa solo dextramque fefellit.
ille iterum in clipei septemplicis improbus orbem
arietat et Canthum sequitur Canthumque reposcit,
quem manus a tergo socium rapit atque receptum
virginis Euryales curru locat. advolat ipsa
ac simul Haemonidae, Gesandrumque omnis in unum
it manus. ille novas acies et virginis arma
ut videt, « has etiam contra bellabimus? » inquit;
« heu pudor! » inde Lycen ferit ad confine pupillae,
inde Thoen, qua pelta vacat; iamque ibat in Harpen
vixdum prima levi ducentem cornua nervo,
in labentis equi tendentem frena Menippen:
cum regina gravem nodis auroque securem
congeminans partem capitis galeaeque ferinae
dissipat. hic pariter telorum immanis in unum
it globus; ille diu coniectis sufficit hastis,

314 *quam* Ald., *quem* Burm. *certare* Bu Cth praeter Burm. *decus* Heins. *senecta* Damsté. **318** *ad* V m. *at* Bon. I II Ven. I II, *ab* T Iunt. I seqq. **320** *et* Burm. Ph. Wagner. v. **325** et seqq. imperfectos putat Langen. **329** *premit* B Bu m Ah praeter Pium Eng. Colin. Gryph. **330** *nam* Carr. seqq. usque ad Burm. Langen. **331** *trahens* Heins., *vehens* vir doctus apud Harles., Friesemann Langen. post *tenens* Peerlkamp et Koestlin interpunxerunt. *omnia ago* Baehr., *omnis agor* Bury. *plaustrum* Thilo. v. **332** spurium Pius censuit. *nec—333 ast* quasi interpol. Loehbach Baehr. Langen reiecerunt. *ac* Iunt. I II Pius Ald. *larga victor* Sandstroem. **333** *sunt epulae* Bury. hunc versum post v. 330 Koestlin transposuit. **334** *mitto-mitto* Loehbach. **335** *relinquat* V B T m Bon. I Iunt. I II Maser. Ald., *relinquant* C Carr. Alardus, *relinquam* T_1 Bon. II seqq. **336** *ubi tam saevi* codd. Balbus Zinzerlingus Vossius, *ubi iam saevo* Burm seqq. usque ad Schenkelium, *solitam* vel *suetam saevi* Heins.. [*agro*] *subitam saevi* C Ch, *ubi tam saevo* T Ac Schenkl Baehr. Langen Bury. **338** post *viris* Heins. et Patav. signum interrogationis posuerunt. **340** *Aedontis* codd. edd. ante Ald., *Aedonis* T_1, *Edonis* Pius Ald. seqq. **342** *trepido* vel *rapidus superadvolat* Burm. **344** *propius* codd. edd., *potius* T Bon. I, *proprius* T_1, *pollux* Bon. II Ven. I II Pius, *super* Baehr., *primus* Sandstroem Postgate, *sospes* Langen, *patrius* Koestlin, *properus* De la Ville de Mirmont., *promptus* ego. codicum lectionem Thilo Schenkl Bury corruptam habuerunt. **347** *hasta* codd. Ac Koestlin, *adstat* Baehr. Bury, *hastam* Carr. seqq. **348** *ruentes* Heins. Schenkl Baehr. Bury. **351** *praedam* Burm. *pectore* Bury, *tergore* Fr. Reuss. *poscit* Ald. **352** *medio sic* vel *quin* Burm. *funere* Baehr. **354** *rupis ubi* vir doctus apud Alardum, *spissius* Burm. *Euboie* T. *Euboeie* T_1. *Eeuboiae* B Ac praeter Pium, *Euboeae* Bon. II Ven. I II Maser., *Aeolio* Burm. **356** *uda dies* vel [*sequantur*] *mille vices* vel *nulla quies* vel *nulla dies* Burm., *diluvies* Meyncke, *illuvies* Haupt Schenkl Baehr. Bury. **357** *belli* V B Bu m. *pelli* Burm. Baehr. Bury, *velli* T edd. **358** *et vobis* V B Bu m Bon. I, *ut bovis* T Bon. II seqq. *frangere* T Iunt. I II Ald. seqq. usque ad Thilonem Baehr., *tingit* Fr. Reuss. **359** *famuli* Bon. I. **360** *pellis* vel *vellus* Damstè. **362** *manent* Samuellson, *madent* Meyncke Baehr. Damstè, *ument* vel *meant* Bury. **365** *et nexus* vel *atque comas-ahenae* Friesemann. **366** *qua* codd. Bon. I, *que* T, *quae* T_1 Bon. II seqq. **368** *a. Canthum et* Eng. Colin. Gryph. *insequitur* Heins. **373** *hasne etiam* Heins. *bellavimus* codd. edd. ante Eng., *bellabimus* C T_1 Pius Eng. seqq. **377** *inlabentis* codd. Cth, *in labantis* T Bon. I II Ven. I II, *inque labantis* Iunt. I seqq. usque ad Carr. Vossius, *hinc labentis* R, *hinc labantis* T_1, *et labentis* vel *inde albentis* vel *hinc flaventis* Heins., *et labentis* Burm. Thilo seqq., *in labentis* Bu Bury. *Enhippen* codd. Bon. I Iunt. I II, *Enhioppen* T, *In Hippen* T_1, *Neippen* Bon. II Ven. I II Pius Ald., *Euhippen* Vossius, *Nehippen* Maser.. *Cenhippen* Eng. Colin. Gryph., *et Henippen* C Cth, *Menippen* Balbus Heins. Burm. Thilo seqq hunc versum Delam. spurium censet. **378** *atque aere* Heins. **380** *dissicit* Heins. *huc* T_1, *hinc* Thilo Schenkl Baehr. Langen. **381** *congestis* T_1, *contectus* Bon. II Ven. I II.

quin gravior nutuque carens exterruit Idam.
tunc ruit ut montis latus aut ut machina muri,
quae scopulis trabibusque diu confectaque flammis
procubuit tandem atque ingentem propulit urbem.
Ecce locum tempusque ratus, iamque et sua posci
proelia, falcatos infert Ariasmenus axes
saevaque diffundit socium iuga protinus omnes
Graiugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.
qualiter exosus Pyrrhae genus aequora rursus
Iuppiter atque omnes fluvium si fundat habenas,
ardua Parnasi lateant iuga, cesserit Othrys
piniger et mersis decrescant rupibus Alpes:
diluvio tali paribusque Ariasmenus urguet
excidiis nullo rapiens discrimine currus.
aegida tum primum virgo spiramque Medusae
ter centum saevis squalentem sustulit hydris,
quam soli vidistis equi. pavor occupat ingens
excussis in terga viris, diramque retorquent
in socios non sponte luem. tunc ensibus uncis
inplicat et trepidos lacerat discordia currus.
Romanas veluti saevissima cum legiones
Tisiphone regesque movet, quorum agmina pilis,
quorum aquilis utrimque micant, eademque parentis
rura colunt, idem lectos ex omnibus agris
miserat infelix non haec ad proelia Thybris;
sic modo concordes externaque fata petentes
Palladii rapuere metus, sic in sua versi
funera concurrunt dominis revocantibus axes.
non tam foeda virum Laurentibus agmina terris
eiecere noti, Libyco nec talis imago
litore, cum fractas involvunt aequora puppes.
hinc biiuges, illinc artus tenduntur eriles,
quos radii, quos frena secant; trahiturque trahitque
currus caede madens atroque in pulvere regum
viscera nunc aliis, aliis nunc curribus haerent.
haut usquam Colchorum animi; neque cura cavere
tela, sed inplicitos miseraque in peste revinctos
confodiunt ac forma necis non altera surgit,
quam cervos ubi non Umbro venator edaci,
non pinna petit, haerentes sed cornibus altis
invenit et caeca constrictos excipit ira.
ipse recollectis audax Ariasmenus armis
desilit; illum acies curvae secat undique falcis
partiturque rotis, atque inde furentia raptus
in iuga Circaeos tetigit non amplius agros.
Talia certatim Minyae sparsique Cytaei
funera miscebant campis Scythiamque premebant,
cum Iuno Aesonidae non hanc ad vellera cernens
esse viam nec sic reditus regina parandos,
extremam molitur opem, funesta prius quam
consilia ac saevas aperit rex perfidus iras.
increpat et seris Vulcanum maesta querellis,
cuius flammiferos videt inter regia tauros
pascua Tartaream proflantes pectore noctem.
haec etenim Minyas ne iungere Marte peracto
monstra satis iubeat Cadmei dentibus hydri,
ante diem timet et varias circumspicit artes.
sola animo Medea subit, mens omnis in una
virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
illius adflatus sparsosque per avia sucos
sidera fixa pavent et avi stupet orbita Solis.
mutat agros fluviumque vias, suus alligat igni
cuncta sopor, recolit fessos aetate parentes
datque alias sine lege colus. hanc maxima Circe
terrificis mirata modis, hanc advena Phrixus,
quamvis Atracio lunam spumare veneno
sciret et Haemoniis agitari cantibus umbras.
ergo opibus magicis et virginitate tremendam
Iuno duci sociam coniungere quaerit Achivo.
non aliam tauris videt et nascentibus armis

382 *quin et iam gravior* V m, *quis gravior* Ald., *quis gravior* Pius Zinzerlingus Vossius Burm. seqq. usque ad Thilonem Thilo olim, Bury, *quis iam iam gravior* Baehr., *quin etiam gravior* Leo, *quin gravior* C T edd. *nutuque cadens* T Bon. II seqq. praeter Carrionem, Alardum, Koestlinum olim, Thilonem, Bury., *nutansque* Baehr., *motuque carens* Schenkl Baehr. olim, Langen, *vultuque* vel *nisuque* vel *visuque carens* Fr. Reuss, *nutuque cavens* Palmer. post *nutuque* Leo haec supplevit: *inclinis ut arbor fessa plagis iam iamque cadens etc. exterruit; Idae* Koestlin Bury. **383** *corruit* Heins., *sic ruit* Burm. **385** *tamen* codd. edd., *tandem* T_1 m_2 nonnulli apud Pium Gron. Heins. Wagner Huguet Ph. Wagner Schenkl Baehr. Langen. *protulit* V Koestlin Bury, *prodidit* Gron. Ph. Wagner, *perculit* Baehr., *proruit* Burm. quondam, *propulit* T m edd. *umbram* Heins., *orbem* Madvig Baehr. **389** *ab anguine* T Bon. I, *ab inguine* Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *turbine* Heins. **391** *effundat* Heins. *harenas* Baehr. **394** *impete non alio* d'Orville. **397** *squalentum* Bon. I II Ven. I II. **398** *videre ut equi* Schenkl. **399** *retorquet* codd. Ath. *retorquent* Columbus Burm. Thilo seqq. **404** *quorum aqualis* V m T_1, *quorum qualis* T B Bon. I, *atque aquilis* Bon. II Ven. I II, *isdem aquilisque* Baehr., *quorum aquilis* Iunt. I seqq. *utrumque* Bon. I Sabellicus, *utrique* Koestlin. *parentes* Burm. Baehr., *parentum* Peerlkamp, *ferenti* vel *paternis* Heins. **405** *iura* Loehbach Baehr. [Bursians Jahresb. 1878]. *lectos communibus* Burm. **410** *non tam densa virum* vel *non tot navifragi* Heins. **412** *advolvunt* Postgate. **413** *illius* Schenkl. *arcus* V B Bu Bon. I II Ven. I II, *artus* T m_2 edd. *tenduntur* V m, *tondentur* Schenkl olim, *sternuntur* Schenkl, *cernuntur* Baehr. Bury, *funduntur* Fr. Reuss, *caeduntur* nonnulli apud Pium. *tenduntur* T edd. *aeriles* V m, *exiles* Schenkl olim, *eriles* T edd. **414** *temo secat* Heins. Langen. *tela necant* Friesemann, *serra secant* Ald., *ferra secant* Baehr **416** *axibus* Baehr., *orbibus* Bury. **417** *exultant* Heins., *haut moti* Baehr., *haut quassi* Bury. *neque in peste revinctos* V m. *neque peste revinctos* T m_2 Bon. I Iunt. I II Maser., *non inclyta dextris* Bu Bon. II Ven. I II Beroaldus Pius Ald., *neque peste recinctos* Eng. Colin. Gryph., *non incita dextris* Burm., *neque mittere cura* Schenkl, *neque mittere parcunt* Baehr., *neque mittere curae est* Bury. *nec fortia uaeri* Sandstroem, *neque mittere certant* Koestlin, *neque cura cavere* C Cth. Thilo nihil statuit. Ph. Wagner et Langen locum corruptum habuerunt. **418** *veste* C Ch. **421** *primas* B Bon. I, *pinnis* Bon. II Ven. I II, *primos* T_1. *arctis* nonnulli apud Pium. **422** *accipit* codd. Ah, *excipit* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Heins. seqq. *umbra* Heins. **423** *axis* Koestlin. **424** *partibus illum* Koestlin. **425** *desiluitque rotis* Koestlin. **426** *per iuga* Baehr. **427** *sparsisque* vel *patriisque* Heins. v. **428** deest in m. *premebat* codd. Bon. I. *premebant* T Bon. II seqq. **430** *in regna* Maser. Zinzerlingus Vossius Ph. Wagner Schenkl. **432** *seras* C Cth, *veras* Burm. **433** *saevis* C Cth. **434** *inter egentia* C, *inter alentia* Heins. **436** *haec etiam* m Heins., *nec etenim* Bu, *rex etenim* Burm., *Aeeten* Bury. **437** *datis* Baehr., qui post hunc versum lacunam statuit. post *monstra* Langen haec supplevit: *atque pugnare cum viris nascentibus ex*. **438** *Aeetes* Schenkl Langen. **439** *spes omnis* Bury. versus **439-76** desunt in V. **440** *herbis* Schottus. *ausis* Bury. **441** *ad fletus* m T B Bu Bon. I, *ad fremitus* C Carr. seqq., *ad cantus* Thilo Ph. Wagner Fr. Reuss, *adfatus* Schenkl Bury, *adflatus* T_1 Bon. II seqq. usque ad Carr. Oudendorp. *per aera* Francius. **443** *ignis* m T Bu Bon. I Iunt. I Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph., *imis* B Delam., *ingens* T_1 Bon. II Ven. I II Pius Baehr. Langen Bury, *urguens* Schenkl, *illi* Zinzerlingus, *angens* Koestlin. *igni* C Carr. seqq. **444** *refovet* nonnulli apud Pium. *recreat* Schenkl, *recoquit* Gron. Hth Baehr. Langen Bury. **447** *qua visa Tartareo* B Bu, *qua viso Tracio* Bon. I, *qua viso Tartareo* Turnebus. **449** *virga atque arte* Madvig, *atque arcana arte* Sandstroem, *dira. . . . . . arte* Heins. [postea lacunam suppleturus].

quippe parem nec quae medio stet in agmine flammae,
nullum mente nefas, nullos horrescere visus.
quid si caecus amor saevusque accesserit ignis?
hinc Veneris thalamos semperque recentia sertis
tecta petit. visa iandudum prosilit altis
diva toris volucrumque exercitus omnis Amorum.
ac prior hanc placidis supplex Saturnia dictis
adgreditur veros metuens aperire timores.
« in manibus spes nostra tuis omnisque potestas
nunc » ait; « hoc etiam magis adnue vera fatenti.
durus ut Argolicis Tirynthius exulat oris,
mens mihi non eadem Iovis atque aversa voluntas,
nullus honor thalamis flammaeve in nocte priores,
da, precor, artificis blanda adspiramina formae
ornatusque tuos terra caeloque potentes. »
sensit diva dolos iam pridem sponte requirens
Colchida et invisi genus omne excindere Phoebi.
tum vero optatis potitur; nec passa precari
ulterius dedit acre decus fecundaque monstris
cingula, non pietas quibus aut custodia famae,
non pudor, at contra levis et festina cupido
adfatusque mali dulcisque labantibus error
et metus et demens alieni cura pericli.
« omne » ait « imperium natorumque arma meorum
cuncta dedi; quascumque libet nunc concute mentes. »
Cingitur arcanis Saturnia laeta venenis,
atque hinc virgineae venit ad penetralia sedis
Chalciopen imitata sono formaque sororem.
fulsit ab invita lumen procul, et pavor artus
protinus atque ingens Aeetida perculit horror.
« ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus » inquit
« advenisse, soror, nec nostro sola parenti
scis socias iunxisse manus? at cetera muros
turba tenet fruiturque virum caelestibus armis,
tu thalamis ignava sedes, tu sola paterna
fixa domo? tales quando tibi cernere reges? »
illa nihil contra; nec enim dea passa, manumque
inplicat et rapidis mirantem passibus aufert.
ducitur infelix ad moenia summa futuri
nescia virgo mali et falsae commissa sorori;
lilia per vernos lucent velut alba colores
praecipue, quis vita brevis totusque parumper
floret honor fuscis et iam notus imminet alis.
hanc residens altis Hecate Perseia lucis
flebat et has imo referebat pectore voces:
« deseris heu nostrum nemus aequalesque catervas,
a misera, ut Graias haut sponte vageris ad urbes!
non invisa tamen; neque te, mea cura, relinquam,
magna fugae monumenta dabis, spernere nec usquam
mendaci captiva viro, meque ille magistram
sentiet et raptu famulae doluisse pudendo ».
dixerat. ast illae murorum extrema capessunt
defixaeque virum lituumque fragoribus horrent;
quales instanti nimborum frigore maestae
succedunt ramis haerentque pavore volucres.
Iamque Getae iamque omnis Hiber Drangaeaque densa
strage cadit legio et latis prosternitur arvis.
semineces duplicesque inter sua tela suosque
inter equos saevam misero luctamine versant
congeriem et longis campos singultibus inplent.
victores patrium contra Paeana Geloni
congeminant; eadem redeunt mox gaudia victis,
qua deus et melior belli respexit imago.
Quis tales obitus dederit, quis talia facta
dic age, tuque feri reminiscere, Musa, furoris.
Absyrtus clipei radiis curruque coruscus
Solis avi, cuius vibrantem comminus hastam
cernere nec galeam gentes potuere minantem,
sed trepidae redeunt et verso vulnera tergo
accipiunt magnisque fugam clamoribus augent;
proterit inpulsu gravis agmina corporaque atris
sternit equis gemitusque premit spirantis acervi.
nec levior comitatur Aron, horrentia cuius
discolor arma super squalentesque aere lacertos
barbarica chlamys ardet acu tremefactaque vento
implet equum; quale in roseis it Lucifer alis,
quem Venus inlustri gaudet producere caelo.
at non inde procul Rambelus et acer Otaxes

452 *nec medio stet* m, *mediaque in* Bu, *medioque stet* T, *medio quae stet* B Bon. I Iunt I. II, *neque quae medio stet* C Ch, *medio quae si stet* Bon. II Ven. I II Wagner Delam. Huguet, *medio quae staret* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Caussin, *medio quam si stet* Maser. Harles Bip. Lemaire, *quam si medio stet* Heins. Patav., *nec cui medio stet* Baehr., *nec quae medio ausis* Bury, *nec quae medio stet* m_2 Thilo seqq. *medio quae si* vel *quamvis stet in agmine flammae. nullum mente nefas, nullos horrescat ad ausus* vel *neque quae medio licet agmine flammae, ullum mente nefas, ullos horrescere ausus* Burm. **453** *nata* Schenkl. *ausus* Ald., *et ausus* Vossius. hunc versum Langen vituperavit, Koestlin post v. 454 transposuit. **458** *ac prior ac* m, *atque prior* T Ac, *atque prior hanc* T_4, *ac prior* B, *ac prior hanc* C Carr. seqq. *blandis* Carr. seqq. usque ad Burm. **461** *en iam* Baehr. **463** *atque adversa* codd. Ah Langen, *estque aversa* vel *est ac versa* Burm., *atque aversa* Gron. Heins. seqq. **466** *terrae coelique* Heins. **470** *ecce* T Ac praeter Pium, Burm. **473** *adflatusque* nonnulli apud Pium, Heins., *adfectusque* Baehr. *malis* T Bon. I Iunt. I II Ald., *malus* Bon. II Ven. I II Maser. *labentibus* T B m edd. ante Eng., *volentibus* Bury, *labantibus* T_4 Sabellicus Pius Eng. seqq. **474** *alienaque* codd. Ac, *alieni* C Carr. seqq. **480** *numen* codd. edd. ante Burm. Weichert Delam., *lumen* Pius Heins. Burm. **486** *ignara* C Bu Carr. seqq. usque ad Burm. **487** *quandost* Ph. Wagner. **489** *tardantem* nonnulli apud Pium. **492** *varios* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. *calores* Burm. **493** *praecipue* vel *praecipitat* Heins. **494** *etiam* T Ac. **496** *moto* Burm. **499** *iniussa* codd. edd., *invisa* m Pius Eng. Colin. Gryph. Delam. Schenkl Baehr Langen Bury. **501** *pellaci* Heins. **502** *e* Bon. II Ven. I II Maser. **505** *nimboso* Heins. *sidere* Heins., *fulgure* Baehr. **507** *Datriaque* V Bu, *Drantiaque* V_4 m, *Dranticaque* T Bon. I, *Dranceaque* T_4, *Drancaeaque* Bon. II seqq. usque ad Thil., Schenkl. *Drangaeaque* Maser. Thilo seqq. **509** *seminecesque duces* Iunt. I seqq. usque ad Burm. *mutilique* Fr. Reuss. **510** *lustramine* T Bon. II seqq. usque ad Eng. praeter Pium. *acervant* Heins. **512** *contra patrium* Cth. **514** *Enyo* Heins. **515** *quales-qualia* Nairn. *fata* Heins. Friesemann. **516** *tu^ue veri* V B Bu m, *tu veri* T Ac, *tuque meri* Pius, *tuque feri* C Carr. seqq. **518** *vibratam* Huguet. **519** *micantem* nonnulli apud Pium, Heins. **520** *cedunt* Baehr., *reddunt* Koestlin Bury. **521** *urguent* Heins. **522** *actis-equis* vel *atris-agris* Heins., *actis-equis* Parrhasius Langen, *altis-equis* Balbus Schenkl Baehr., *albis-equis* Damstè, *acri-equo* Thilo olim, *agris-equis* Fr. Reuss. **523** *geminoque* T_1, *genibusque* Parrhasius Balbus. *spirantiacervi* V, *spirantia cervi* m B Iunt. I II Maser. Eng. Colin. Gryph., *cerni* T Bon. I, *spirantia cerni* Bon. II Ven. I II Balbus, *spirantia cornu* T_4 Parrhasius, *spirantis acervi* V_2 Pius seqq. **526** *arcet* codd. Ah, *ardet* Pius Gron. Vossius Heins. seqq. *tumefactaque* nonnulli apud Pium, Heins. Baehr. Bury **527** *qualem* codd. Bon. I Pius Koestlin olim, *quali* vel *quali in* Burm., *quali in* Bury, *quali ille* Wakefield, *qualis* T edd., *quale in* Baehr. *roseis ut* m Bu, *roseis et* Ald. Koestlin olim, *roseis aut* H, *roseis cit* Pius, *rotis it* Wakefield. *albis* Wakefield. **528** *et Venus* Koestlin. *procedere* Schrader Schenkl Baehr. **529** *Ramhelus* Bon. I, *Ramelus* Iunt. I seqq. usque ad Heins., *Rhambelus* Heins. Patav., *Rhamelus* Burm. seqq. usque ad Thil., *Rhamphelus* Heeren.

dispulerant Colchos pariterque inglorius Armes,
fraude nova stabula et furtis adsuetus inultis
depopulare greges, frontem cum cornibus auxit
hispidus inque dei latuit terrore Lycaei.
hac tunc attonitos facie defixerat hostes.
quem simulac nota formidine bella moventem
vidit Aron, « pavidos te » inquit « nunc rere magistros
et stolidum petiisse pecus. non pascua nec bos
hic tibi; nocturnis mitte haec simulacra rapinis,
neve deum mihi finge; deus quoque consere dextra. »
sic ait, intentaque adiutum missile planta
dirigit et lapsis patuerunt vulnera villis.
nec minus Aeolii proles Aeetia Prixi
fertur et ipsa furens, ac se modo laeta Cytaeis
agminibus, modo cognatis ostentat Achivis.
atque hos in medio duri discrimine belli
laudibus inque ipsis gaudens ubi vidit Iason
« macte » ait, « o nostrum genus et iam certa propago
Aeoliae nec opina domus; sat magna laborum
dona fero, satis hoc visu quaecumque rependo. »
dixit et in Sueten magnique in fata Ceramni
emicuit, clipeumque rotans hunc poplite caeso
deicit, illum aperit lato per pectus hiatu.
Argus utrumque ab equis ingenti porrigit arvo
et Zacorum et Phalcen, peditem pedes haurit Amastrin.
sanguinis ille globos effusaque viscera gestat
barbarus et cassa frendens sublabitur ira.
dat Calais Barisanta neci semperque propinquas
Riphea venali comitantem sanguine pugnas.
centum lecta boum bellator corpora, centum
pactus equos; his ille animam lucemque rependit
crudelis; tandem dulces iam cassus in auras
respicit ac nulla caelum reparabile gaza.
labitur intortos per tempora caerula crines
tunc quoque materna velatus harundine Peucon.
at genetrix imis pariter Maeotis ab antris
implevit plangore lacus natumque vocavit,
iam non per ripas, iam non per curva volantem
stagna nec in medio truncantem marmore cervos.
Eurytus Exomatas agit aequore. Nestoris hastae
immoritur primaevus Helix, nec reddita caro
nutrimenta patri; brevibus ereptus in annis.
at Latacum Zetemque Daraps; illum exigit hasta.
hic fugit, ingentem subiti cum sanguinis undam
vidit et extremo lucentia pectora ferro.
Ecce autem muris residens Medea paternis
singula dum magni lustrat certamina belli
atque hos ipsa procul densa in caligine reges
agnoscit quaeritque alios Iunone magistra,
conspicit Aesonium longe caput, ac simul acres
huc oculos sensusque refert animumque faventem,
nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret
ante videns, quotque unus equos, quot funderet arma,
errantesque viros quam densis sisteret hastis.
quaque iterum tacito sparsit vaga lumina vultu
aut fratris quaerens aut pacti coniugis arma,
saevus ibi miserae solusque occurrit Iason.
tunc his germanam adgreditur, ceu nescia, dictis:
« quis, precor, hic, toto iandudum fervere campo
quem tueor quemque ipsa vides? nam te quoque tali
attonitam virtute reor. » contra aspera Iuno
reddit agens stimulis ac diris fraudibus urguet.
« ipsum » ait « Aesoniden cernis, soror, aequore tanto

530 *Colchus* codd. Bon. I, *Colchos* T Bon. II seqq. *Armis* codd. Ah, *Arnes* Ald. Vossius, *orbis* Alardus, *Armes* T_1 Gron. Heins. seqq. **533** *Hipsidus* T edd. ante Ald. **535** *agnota* codd. Bon. I II Ven. II, *ignota* Ven. I seqq., *ac nota* Burm. Delam. Baehr. Ellis Bury. **538** *pavidosne inquit te rere* Heins. **537** *nexos* V B m Bon. I, *vexos* Bu, *nec spes* C Ch, *nec seps* Salmasius Hth Summers, *nec grex* Peerlkamp, *nec bos* vel *mons* Delam.. *nec bos* T Bon. II seqq. *nocturnus* Bon. II Ven. I II Iunt. I II Maser. Ald. Langen. *nocturni* Heins. Delam., *nocturnae* Peerlkamp. *simulacra panis* V m, *simulacra'ue Panis* T B Bon. I Iunt. I II Maser. Ald. Langen, *simulacraque panos* Bon. II Ven. I II, *simulacra pavoris* vel *simulamina Panis* Heins., *simulamina Panis* Delam , *simulacra rapinae* Peerlkamp, *simulacra peanis* Bu, *simulacra rapinis* C Pius seqq. **539** *dextram* T_2 edd. praeter Iunt. I II Ald. Thilonem. **540** *extentaque-planta* vel *intentaque-habena* Heins. **541** *derigit* codd. Baehr. Bury, *dirigit* T m_2 edd. *laxis* Iunt. I II Ald. seqq. usque ad Heins., *lapsis* vel *cassis* Heins. **543** *citatis* T Bu Ac praeter Sabellicum et Maser. **545** *viridi* Heins. **546** *caedibus* vel *stragibus* Heins., *caedibus* Baehr. Bury. **548** *stat* codd. Bon. I, *at* T_1 Bon. II Ven. I II, *sat* Iunt. I seqq. **549** *fata-quaecumque* vel *fati-quodcumque* Heins. **550** *at* Pius Delam. *insuetem* T Bu Bon. II Ven. I II Iunt. I II, *in suetem* Pius, *insuetum* Ald., *in Butae* vel *Sutae* Heins., *in Seuthen* Schrader. *Cheramis* T_1, *tyranni* Bu, *Ceraumi* Bon. I II Ven. II, *Ceraunt* Ven. I seqq. usque ad Carr. **551** *gladiumque* Ph. Wagner. **552** post *hiatu* Ph. Wagner et seqq. interpunxerunt. **553** *utrimque* Bon. I Baehr. *transigit* Delam. *auro* codd. Bon. I II Ven. I II Pius, *ictu* C Carr. Alardus Delam., *arvo* T Iunt. I seqq. **554** *Pacorum* Heeren. *palchen* codd., *palchem* T Ac, *phalcen* C Maser Carr. seqq. *Amastri* V m, *Amastin* T Bon. I, *Amastim* Iunt. I Maser., *Amustim* Iunt. II Ald. Eng. Colin. Gryph., *Amastrum* C Bu Cth Meyncke, *Amastrin* T_1 Bon. II seqq. **555** *ille et* Bon. I. *cassari dens* m, *cassa ridens* C T B Bu Bon. I II Ven. II Carr., *cassa stridens* T_1 Heins. Delam., *cassa frendens* vel *stridens* Pius. *calcat* Francius. **558** *Rhiphea* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph., *Rhipea* Heins. seqq. usque ad Baehr. **559** *leta* T, *laeta* C Ah praeter Pium ac Vossium. *bovum* codd. Bon. I Iunt. I II Ald., *hominum* C Ch, *boum* T_1 m_2 Bon. II seqq. **560** *equis* codd. Bon. I, *equos* T_1 Bon. II seqq. **561** *lassus* Heins., *fessus* Wagner, *serus* Bury. versus **561-62** Wagner vituperat. **563** *intonsos* Wagner Huguet. **564** *Peucron* Cth. *Leucon* Burm. **565** *patrios* Heins. **568** *trudentem* Samuelsson. **569** *Axamatas* Pius. **570** *reddidit orbo* Ph. Wagner, *reddit amato* vel *avaro* Baehr. **571** *primus ereptus* Bon. I, *primis ereptus* T Ac, *brevibus praecepta* Heins , *brevibus praereptus* C Carr seqq. usque ad Schenkelium. post hunc versum Thilo et Jeep lacunam significaverunt. **572** *Ablatacum* V Bu Ac, *Ablataon* T, *at Lalagum* C Carr. seqq . *at Latacum* Schenkl Baehr. Bury. *Zetremque* Bon. II Ven. I II, *Zatenque* C Bu Cth, *Zelamque* Thilo Langen, *Zelenque* nonnulli apud Vossium. *Dathis* Wagner. *illi-hastam* Heins. *erigit* Burm., *excipit* Baehr. Bury. versus **572-74** Baehr. post v. 562, Loehbach et Schenkl [Phil. Anz. 1883] post v. 554 transposuerunt. **573** *hunc fugit* V B T m, *hunc figit* m_2 Bon. I Iunt. I II, *hinc fugit* Bon. II Ven. I II, *hunc fugat* T Pius seqq. usque ad Thil., *hic fugit* Maser. Heins. Delam. Thilo seqq. *ingenti* T Bon. I Iunt. I seqq. usque ad Carr. **574** *liventia* vel *lucentia* Maser. **581** *hunc-nunc* V, *hunc-hunc* Sandstroem, *nunc-nunc* m edd. **582** *tota videns* Sandstroem, *inde videns* Schenkl [Ph. Anz. 1883]. *quodque* V m Bon. I II Ven. I II, *quotque* T Iunt. I seqq. *eques* Baehr. Sandstroem. *quod fuderat* V T m Ac, *quotque fuderat* Iunt. I II, *quot fuderat* T_1 Bu Pius Eng. Colin. Gryph., *quoque fuderat* H, *confunderet* Baehr. Sandstroem, *quot funderet* C Ald. Carr. seqq. *enses* T_1, *ense* Heins., *arva* Baehr. Sandstroem. **583** *orantesque* codd. edd., *palantesque* Ald. Heins. Thilo, *horrentesque* T_1 nonnulli apud Pium, Vossius, *florentesque* Ellis, *obstantesque* Burm., *errantesque* Sabellicus Delam. Schenkl Baehr. Langen Bury. *sterneret* C Cth. **586** *unus* Burm. **591** *urguens* Schenkl.

debita cognati repetit qui vellera Phrixi,
nec nunc laude prior generis, nec sanguine quisquam.
aspicis, ut Minyas inter proceresque Cytaeos
emicet effulgens quantisque insultet acervis;
et iam vela dabit, iam litora nostra relinquet,
Thessaliae felicis opes dilectaque Phrixo
rura petens. eat atque utinam superetque labores! »
tantum effata magis campis intendere suadet,
dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas.
At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
inpulit atque novas egit sub pectora vires.
ora sub excelso iandudum vertice coni
saeva micant, cursuque ardescit nec tibi, Perse,
nec tibi, virgo, iubae laetabile sidus Achivae;
acer ut autumni canis iratoque vocati
ab Iove fatales ad regna iniusta cometae.
nec sua Crethiden latuit dea, vimque recentem
sentit agi membris ac se super agmina tollit;
quantus ubi ipse gelu magnoque incanuit imbre
Caucasus et summas abiit hibernus in arctos.
tunc vero, stabulis qualis leo saevit opimis
luxurians spargitque famem mutatque cruores,
sic neque parte ferox nec caede moratur in una
turbidus, inque omnes pariter furit, ac modo saevo
ense, modo infesta rarescunt cuspide pugnae.
tunc et terrificis undantem crinibus Hebrum
et Geticum Priona ferit; caput eripit Auchi
bracchiaque et vastis volvendum mittit harenis.
At genitus Iove conplerat sua fata Colaxes;
iamque pater maesto contristat sidera vultu
talibus aegra movens nequiquam pectora curis:
« ei mihi, si durae natum subducere sorti
moliar atque meis ausim confidere regnis!
frater adhuc Amyci maeret nece, cunctaque divum
turba fremunt, quorum nati cecidere cadentque.
quin habeat sua quemque dies, cunctisque negabo,
quae mihi. » supremos misero sic fatus honores
congerit atque animis moriturum ingentibus implet
ille volat campis inmensaque funera miscet
per cuneos, velut hiberno proruptus ab arcu
imber agens scopulos nemorumque operumque ruinas,
donec ab ingenti bacchatus vertice montis
frangitur inque novum paulatim deficit amnem.
talis in extremo proles Iovis emicat aevo,
et nunc magnanimos Hypetaona Gessithoumque,
nunc Arinen Olbumque necat; iam saucius Aprem
et desertus equo Thydrum pedes excipit hasta
Phasiaden, pecoris custos de more paterni
Caucasus ad primas genuit quem Phasidis undas;
hinc puero cognomen erat, famulumque ferebant
Phasidis intonso nequiquam crine parentes.
iamque aliis instabat atrox, cum diva supremas
rumpit iniqua colus, victorque advenit Iason.
excipit hunc saeva sic fatus voce Colaxes.
« vos Scythiae saturare canes Scythiaeque volucres
huc miseri venistis? » ait, saxumque prehensum,
illius et dextrae gestamen et illius aevi,
concussa molitur humo, quod regia Iuno
flexit ad ignotum caput infletumque Monesi.
praeceps ille ruit; nato non depulit ictus
Iuppiter, Aesoniae vulnus fatale sed hastae
per clipeum, per pectus abit, lapsoque cruentus
advolat Aesonides mortemque cadentis acerbat.
spargitur hinc miserisque venit iam notus Alanis.
At regina virum (neque enim deus amovet ignem)
persequitur lustrans oculisque ardentibus haeret;
et iam laeta minus praesentis imagine pugnae
castigatque metus et quas alit inscia curas,
respiciens, an vera soror; nec credere falsos
audet atrox vultus eademque in gaudia rursus
labitur et saevae trahitur dulcedine flammae.

594 *huic nec laude* Francius. *precor* codd. Bon. I Iunt. I II Ald., *prior* T_1 Sabellicus Bon. II seqq. *decoris* Burm. Delam. *nec sanguinis usquam* C Cth praeter Delam., *nec sanguinis usquam est* Francius. post *prior* Sandstroem et Schenkl [Phil. Anz. 1883] interpunxerunt. **595** *citatos* T Bon. I II Ven. I II. **598** *delectaque* codd. Bon. I, *dilectaque* m_2 Bon. II seqq. **599** *petat atque* vel *redeatque* Heins. **600** *affata magis* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Ald., *effata aciem* Madvig Baehr. **601** *ardentisque* Baehr. **602** *ac simul* Heins. Baehr. **603** *intulit* codd. Ac, *inpulit* C Sabellicus Ald. Carr. seqq. *pectore* T Ac praeter Pium. **605** *cursuque* Iunt. I II Pius Maser. Ald. Ch. **606** *letabile* Ac praeter Maser. vox quae est *virgo* Baehrensio suspecta videtur. **607** *autumno* Baehr. Bury. *iratove* Schenkl. *locati* Baehr. **608** *invisa* Heins. **610** *alt-tolli* Heins. **611** *ora gelu* Heins. **613** *aut vero* Heins. **614** *pascitque* Baehr. *fame* Burm. *fames* Langen, *saniem* Meyncke Eyssenhardt. **616** *partes* Friesemann. **617** *crebrescunt cuspide pugnae* Slothouwer, *crudescunt cuspide pugnae* Meyncke Eyssenhardt, *rarescunt cuspide brumae* Baehr. Bury. **618** *undantem cornibus* T Carr. Zinzerlingus, *nutantem cornibus* Heins.. *sudantem crinibus* C Carr. Alardus Patav. **619** *abripit* Heins. *Anchi* T edd. ante Eng. praeter Pium. **620** *Branchiadae* Heins. **621** *et* Baehr. **625** *melior* V, *molior* m T B Ah Burm., *moliar* Eng. Colin. Gryph. Heins. seqq. *utque* Burm. **626** *maerens* Peerlkamp Schenkl Baehr. Bury. **627** *frement* Peerlkamp Baehr. Langen Bury, *fremant* Schenkl. **628** *negaro* Heins. **632** *hiberna-arcto* Baehr. Bury. **633** *inveragens* V m, *iber agens* Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Ald., *imber agens* T Sabellicus Pius Maser. seqq. **637** *hypetaon gessit houmque* V, *hypetaona gessit houmque* m, *hypetaona gestit horumque* T_1, *hypetaona gestit hominumque* Bon. I, *hypetaona gessominumque* Bon. II Ven. I II, *hypetaona Gesithoumque* Iunt. I seqq. usque ad Thil., *hicetaona* vel *hypataona Gaesithoumque* Heeren, *hypetaona Gessithoumque* Thilo seqq. **638** *tunc* Sabellicus. *Arinae nolbumque* V m, *Arinem nolbumque* T Ac, *Arinen noblumque* T_1, *Arinen olbumque* C Carr. seqq *notat* codd. Ac, *rotat* Balbus Heins. Burm., *necat* C Ald. Carr. seqq. *Apren* C Ath, *Apres* T_1, marg. Bon. I. **639** *Tydrum* C Ath. *excidit* codd. Ac Carr., *excipit* marg. Bon. I Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. seqq. **640** *custodem in rupe* vel *e more* Heins. **642** *ferebat* Bon. I II Ven. I II. **643** *parentis* codd. Ac, *parentes* Carr. seqq. **647** *saturate* Bu Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin Gryph. **648** *heu* T Ac. **651** *in admoti—in fatum°ue* C Carr. seqq. usque ad Burm., *in adtoniti—in fatum°ue* vel *in ignotum—infletumque* Meyncke. **653** *Haemoniae-hastae* Baehr. Bury. *Aemonia-hasta* Weichert. **654** *agit clypeoque* T Bon. I II V•n. I II, *adit lapsoque* T_1, *agit clypecque* Weichert. **655** *acervat* codd. Bon. I Iunt. I II Ald. Delam., *acerbat* C T_1 Bon. II seqq. **656** *versisque* Heins. *alantis* V, *alantro* T m Bon. I Iunt. I II, *alanis* T_1 Bon. II seqq. **657** *mirum* Bon. II Ven. I II. *dea summovet* Baehr. *ignes* T Ac. **661** *nam* Baehr. *miserae* V, *curvae miseraeque* B Bon. I, *curvae sensereque* Bon. II Ven. II, *curvae sexsere* Ven. I. *miseraeque* T, *miseraeque accepere* T_1, *curvae sensere* Ac, *miserae sensere* C m_2 Carr. seqq.

ac velut ante comas ac summa cacumina silvae
lenibus adludit flabris levis auster, at illum
protinus inmanem miserae sensere carinae;
talis ad extremos agitur Medea furores.
interdum blandae derepta monilia divae
contrectat miseroque aptat flagrantia collo,
quaque dedit teneros aurum furiale per artus,
deficit; ac sua virgo deae gestamina reddit,
non gemmis, non illa levi turbata metallo,
sed facibus, sed mole dei, quem pectore toto
iam tenet; extremus roseo pudor errat in ore.
ac prior his: « credisne patrem promissa daturum,
o soror, Argolicus cui dis melioribus hospes
contigit? aut belli quantum iam restat acerbi?
heu quibus ignota sese pro gente periclis
obicit! » haec fantem medio in sermone reliquit
incepti iam Iuno potens securaque fraudis.
Inminet e celsis audentius inproba muris
virgo nec ablatam sequitur quaeritve sororem.
at quotiens vis dura ducum densique repente
Aesoniden pressere viri cumque omnis in unum
imber iit, totiens saxis pulsatur et hastis.
primaque ad infesti Lexanoris horruit arcus,
alta sed Aesonium supra caput exit harundo
teque, Caice, petit; coniunx miseranda Caico
linquitur et primo domus inperfecta cubili.
Regius eois Myraces interpres ab oris
venerat, ut Colchos procul atque Aeetia Parthis
foedera donato non inrita iungeret auro.
tum iuvenem terris Parcae tenuere Cytaeis
ac subiti Mavortis amor; simul armiger ibat
semivir inpubemque gerens sterilemque iuventam.
ipse pharetratis residens ad frena tapetis
nunc levis infesto procurrit in agmina curru,
nunc fuga conversas spargit mentita sagittas.
at viridem gemmis et eoae stamine silvae
subligat extrema patrium cervice tiaran
insignis manicis; insignis acinace dextro;
inproba barbaricae procurrunt tegmina plantae.
nce latuere diu saevum spolia illa Syenen,
perque levem et multo maculatam murice tigrin
concita cuspis abit; subitos ex ore cruores
asucia tigris agit vitamque effundit erilem;
ipse puer fracto pronum caput inplicat arcu.
sanguine tunc atro chlamys ignea, sanguine vultus
et gravidae maduere comae, quas flore Sabaeo
nutrierat liquidoque parens signaverat auro.
qualem siquis aquis et fertilis ubere terrae
educat ac ventis oleam felicibus implet,
nec labor adsiduus, nec spes sua fallit alentem,
iamque videt primam tenero de vertice frondem;
cum subito inmissis praeceps aquilonia nimbis
venit hiemps nigraque evulsam tendit harena;
haud secus ante urbem Myraces atque ipsius ante
virginis ora cadit; sed non magis illa movetur
unius aegra metu, quam te, Meleagre, furentem,
quam Talaum videt aut pugnas miratur Acasti
(at satis hos ipsae gentes campique videbant)
tempestate pari versis incumbere turmis.
ante oculos fuga foeda ducum largusque cadentum
it cruor et currus dominis ingentibus orbi.
Non tulit hos Perses gemitus clademque suorum
tergaque versa tuens his caelum questibus implet:
« quid me iam patriis eiectum sedibus, istas
ut struerem pugnas Scythiamque in bella moverem,
vos superi, vos augurio iussistis inani?
quid fratris meritas tua, Iuppiter, omina poenas
promisere mihi? nobis Argoa parabas
scilicet auxilia et tantas coniungere vires.
saeva quidem lucis miseris mora; dent tamen, oro,
unum illum mihi fata diem, quo fallat Achivos
sic meritos, quoque hunc videam virtute superbum
Aesoniden tantos flentem sine honore labores ».
dixerat haec, pectusque suis everberat armis
et galeam fletu, galeam singultibus implet;
ibat et in medii praeceps incendia belli,
ni prior adversis Pallas vidisset ab armis,
et secum « ruit ecce ferox in funera Perses,
quem genitor Colchis solioque inponere fratris
iam statuit. nostra vereor ne fraude peremptum
increpet et culpam hanc magno terrore rependat. »
haec dicens atro nebulam diffundit amictu
stridentesque viri circum caput amovet hastas.

668 *direpta* codd. Ah, *decepta* vel *surrepta* Burm., *derepta* Vossius Heins. seqq. **677** *at* Pius Ald. **681** *et celsis* m B Bu T_1 Bon. I II Ven. I II, *ut celsis* Ald., *at celsis* T Iunt. I II Pius Maser. Eng. Colin. Gryph., *excelsis* Sabellicus. *audientibus* V Bu, *audentibus* m B Bon. I II Ven. II, *audentior* Ald., *ardentius* Damatè, *ardentibus* Ven. I, *adeuntibus* Ellis, *audentius* T Iunt. I seqq. **683** *ah* T Ac, *ac* Heins. *dira* T Ath. **684** *iamque* Heins., *cenque* Friesemann. **685** *iber* T Bon. I Iunt. I II Ald. **686** *Laxanoris* T_1 Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph. **690** *Miraces* Ah. **694** post *simul* Baehr. interpunxit. **696** *pharetratus* Wagner Huguet Koestlin, *Phari raris* Postgate Bury, *figuratis* Ellis. **697** *cornu* Heins., *cursu* Burm. **699** *ad* Iunt. I seqq. usque ad Eng., *ac* Balbus. *telae* Heins. **700** *patriam* C H Ch. **701** *acinice* T Bu, *cinice* Bon. I. *dextra* Bon. II Ven. I II Pius Maser., *dextram* Heins. **703** *Sienem* Bon. I II Ven. I II Ald., *syenem* Iunt. I seqq. usque ad Burm. **706** *ait* V m, *adit* B, *hiat* T edd., *agit* C Ch Patav. Baehr. Langen Bury. **709** *rore* Heins. **711** *agris* Heins. v. **713** deest in Ac. **714** *iamq videt* V, *iam videt et* C, *nam qui det* B, *iam que det* T, *iam qui det* T_1 m Bon. I, *iam quae det* Bon. II seqq. usque ad Carr., *iamque videt* Carr. seqq. hic versus in Bu deerat. **715** *subit* Bon. I. **716** *magnaque* R T Bu Bon. I II Ven. I II Burm. Harles seqq. usque ad Thil. praeter Delam. *extendit* R Ac. **720** post *Acasti* Iunt. I II Pius Maser. Ald. Eng. Colin. Gryph. Alardus Delam Loehbach Schenkl Langen alii interpunxerunt. **721** *Scythicae* vel *Asiae* Columbus, *victae* Burm. hic versus Heinsio pro spurio tollendus visus est. **723** *fera* V Bu m, *torva* C, *vera* Burm., *foeda* T edd. *largasque* Eng. Colin. **724** *et* codd. Ch, *it* T Bon. I seqq. **726** *hic* B T Bon. I II Ven. I II. **729** *iusistis* Heins. Burm. seqq. usque ad Schenkelium. **730** *meritas tum* V m Pius, *sevi tum* T, *saevi tunc* Ac, *tum* Bu, *meritas tua* C T_1 Carr. seqq. *omnia* codd. Eng. Colin. Gryph. Alardus, *omine* Bon. I II Ven. I II, *omina* C T Bu Iunt. I seqq. **733** *lux est miseris modo* Bon. I II Ven. I II Pius, *lucis miseris modo* Bon. I. **734** *quo fellet* V, *quo fallet* m, *quod fallere* T, *quo fallere* R B T_1 Ah, *quo falli et* Baehr., *qui fallat* Wagner Thilo seqq., *quo fallat* C Hth. **735** *quisque velit* T Ah praeter Pium et Ald. *quoque et hunc videam* C, *videam quoque hunc* Ald. Vossius, *quoque hac videam* Heins. **739** *medium* B Bu T_1 Bon. I II Ven. I II. **740** *ni propere vidisset* vel *subiisset* Heins. **742** *iteponere* V, *reponere* m Ath, *inponere* Thilo seqq. **743** *parentam* Ch. **746** *admovet* Iunt. I II Maser. Ald.

ille super socias clementi turbine gentes
erigitur, paulumque levi raptatus in aethra
iam tandem extremas pugnae defertur in oras,
forte ubi serus Hiber Issedoniaeque phalanges
Marte carent solisque iuvant clamoribus agmen.
Nox simul astriferas profert optabilis umbras;
et cadit extemplo belli fragor, aegraque muris
digreditur longum virgo perpessa timorem.
ut fera Nyctelii paulum per sacra resistunt,
mox rapuere deum iam iam in quodcumque paratae
Thyiades, haut alio remeat Medea tumultu,
atque inter Graiumque acies patriasque phalangas
semper inexpletis adgnoscit Iasona curis
armaque quique cava superest de casside vultus.

LIBER SEPTIMVS

Te quoque Thessalico iam serus ab hospite vesper
dividit et iam te tua gaudia, virgo, relinquunt,
noxque ruit soli veniens non mitis amanti.
ergo ubi cunctatis extremo in limine plantis
contigit aegra toros et mens incensa tenebris,
vertere tunc varios per longa insomnia questus
nec pereat quo scire malo; tandemque fateri
ausa sibi paulum, medio sic fata dolore est:
« nunc ego quo casu vel quo sic pervigil usque
ipsa volens errore trahor? non haec mihi certe
nox erat ante tuos, iuvenis fortissime, vultus.
quos ego cur iterum demens iterumque recordor
tam magno discreta mari? quid in hospite solo
mens mihi? cognati potius iam vellera Phrixi
accipiat, quae sola petit quaeque una laborum
causa viro. nam quando domos has ille reviset?
aut meus Aesonias quando pater ibit ad urbes?
felices, mediis qui se dare fluctibus ausi
nec tantas timuere vias talemque secuti
huc qui deinde virum: sed sic quoque talis abito. »
tum iactata toro totumque experta cubile,
ecce videt tenui candescere limen eoo;
nec minus insomnem lux orta refecit amantem,
quam cum languentes levis erigit imber aristas,
grataque iam fessis descendunt flamina remis.
At sua longarum Minyas iam cura viarum
admonet, inque ipso nequiquam tempore regem
laetitiae meritique petunt; quem passus Iason
vota prius captasque deis accendere praedas,
prominet atque oculos longe tenet, aurea si iam
pellis et oblatis clarescant atria villis.
Ille autem iam iam vultus vocesque paratas
ante aperit rumpitque moras inque ipsa morantis
prosilit ora viri talique effunditur ira:
«orbe satos alio, sua litora regnaque habentes,
quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras,
quisve mei vos tantus amor? tu prima malorum
causa mihi, tu, Phrixe gener. non te aequore mersum
quo soror, ut felix nullos nunc nomine Graios
nossem ego. quis regum Pelias, quis Thessalus aut quae
Graecia? quodnam hominum cerno genus? aut ubi cautes
Cyaneae? venit Scythicas en hospes in oras.
quinquaginta Asiam (pudet heu!) penetrarit Iason
exulibus? meque ante alios sic spreverit una,
una ratis, spolium ut vivo de rege reportet?

747 *dementi* Ac. **748** *paulum levi* codd. Ac, *paulumque levi* Ven. I, *paulum leni* vel *paulumque levi* Maser., *paullumque levi* C Bon. II Ven. II Carr. seqq. **750** *forti* Heins. *saevus* Bon. II Ven. I II. *hiberis sidoniaeque* V m, *iber ubi sidoniaeque* B T Iunt. I II Pius Ald., *hiber ubi Sindoniaeque* Bon. II Ven. I II, *hiber ubi Sidoniaeque* Bon. I, *iber ubi Sydoniaeque* Bu, *(h)iber Essedoniaeque* C Cth, *iber ubi Sindoniaeque* Ac, *hiber Issidoniaeque* Schenkl, *hiber Issedoniaeque* Thilo seqq. **751** *calent* codd. Bon. I Iunt. I II Ald., *carent* T Bon. II seqq. **752** *mortalibus* T Ac Hth, praeter Delam. **753** *cedit et* Friesemann. **754** *degreditur* Vossius Burm. Baehr. Bury. **755** *at* Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1883]. *nycthelii* V, *nycthelii* m, *nycthell* m_2. *nyctelius* Iunt. I II Maser. Ald., *nyctilei* Pius Eng. Colin. Gryph., *nicthelii* Bon. I, *nyctelii* C Bon. II seqq. *paullisper* C Carr. seqq. usque ad Burm., *paulum ut* Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1883]. **756** *cum iam* Pius Ald. *quodcumque* codd. Ac Vossius, *quocumque* C Carr. seqq. usque ad Burm., *ad quodcumque* Baehr., *in quodcumque* R T_4 Pius Ald. Heins. Burm. seqq. *paratae* vel *parantur* Pius. **760** *quodque* Heins. *vultum* Wagner Thilo Schenkl Baehr.

Lib. VII. **2** *etiam te tua* m, *et te iam tua* T Ath, *et tua iam te* Ald. **4** *contractis* T, *contactis* B Bu Ac. *extrema* Eng. Colin. Gryph. **5** *accensa* Bon. II Ven. I II Pius, *infensa* Crusius. **6** *vertere tunc vario per questu* vel *volvere* vel *vertere per varios tunc-questus* vel *vertere se in varios per-questus* Heins., *perdere tunc varios per-questus* Burm. **7** *poterat* T Ac praeter Pium. *modo* Carr. [in scholiis] Vossius Alardus Patav. **8** *pavidum* Heins. Thilo, *pavida in* Schenkl, *causam* Ph. Wagner Baehr. Bury. post *paulum* Loehbach comma posuit. **9** *fato* Declerq. **13** *magno a!* Bury. **17** *Haemonias* Baehr. Bury. **20** *hunc* codd. edd., *nunc* Bu, *huc* Schenkl Madvig. Jeep Baehr. Langen Bury. *si* Iunt. II. *solus* Thilo, *carus* Baehr. **21** *iam* edd. ante Eng. *tumque experta* V, *tum quoque experta* m, *nimium quae experta* Bon. I, *nimiumque experta* T edd., *vacuumque experta* R T_4, *tandemque experta* Koestlin, *durumque experta* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875], *maestumque experta* De la Ville de Mirmont, *serumque experta* Langen, *invitumque experta* Fr. Reuss, *tumque externata* Zinzerlingus, *tumque experrecta* Crusius, *tumque expectata* C [in scholiis] Alardus, *totumque experta* Loehbach Ellis Bury. *cubili* C [in scholiis] Alardus Crusius. **22** *lumen* T Heins., *lumine* Baehr. Bury. *eoum* Baehr. Bury. **24** *erigit* V, *erexit* m B T Ac, *erexerit* nonnulli apud Maser., *levis inrigat* Heins., *sero erigit* Bury, *levis erigit* C Carr. seqq. **25** *gratave* Heins. Burm. Thilo Schenkl. *succedunt* Heins. **29** *appendere* nonnulli apud Pium, Heins. Baehr. Gebbing. **30** *sic* Pius. **31** *ut auratis* Pius. *clauresceret aspera* T Ac praeter Pium. **32** *nam iam* codd. Bon. I II Ven. I II Koestlin, *iam iam* Iunt. I seqq. *parentem* V, *parantem* V_4 codd. Bon. I II Ald. Heins. Patav. Pindemonte Meyncke seqq., *paratas* Iunt. I seqq. usque ad Thilonem, Thilo Schenkl. **33** *ante petit* Ald., *ante capit* Heins. Patav. Pindemonte, *ante venit* E. Reuss Madvig Baehr. Langen, *ante rapit* Postgate Bury, *ante premit* Meyncke. *moventis* Baehr. Bury. **40** *qui* Ald., *quae* Burm. *Thessalis* Burm. post *Thessalus* signum interrogationis Summers statuit. **41** *quondam* codd. Bon. I, *quoniam* Sabellicus, *quod* Postgate, *quodnam* T edd. *Minyum* Postgate. *Minyae* Heins. Baehr., *Grai* Schenkl. **42** *sospes* Heins. **43** *penetravit* Wagner Summers. **44** *ut* C Ch. **45** *aut* Heins. *Iuno* B T Bon. I Iunt. I II Pius Ald.

ipsum offerre, meos ipsum me pandere lucos
imperet et nullo dignetur vincere bello?
cur age non templis sacrata avellere dona
omnibus atque ipsas gremiis abducere natas,
praedo, libet? vobisne domos, vobisne parentes
esse putem, ratis infandis quos sola rapinis
saevaque pascit hiemps et quos, credamus ut ipsis,
rex suus inlisit pelago vetuitque reverti?
scilicet Aeoliae pecudis poteretur ut auro?
ante meus caesa descendet Caucasus umbra
ac prior Haemonias repetet super aequora praedas.
haut ego cum vittis statui feralibus Hellen.
si tamen his aliter perstas non cedere terris,
teque pudor cassi reditus movet, ac latet una
nescio quid plus puppe viris, haud ipse morabor
quae petitis; modo nostra prior tu pertice iussa.
Martius ante urbem longis iacet horridus annis
campus, et ardentes ac me quoque vomere presso,
me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri.
his magis atque magis rabiem nunc nostra senectus
luxuriemque dedit, solitoque superbior ignis
ore fremit. succede meae, fortissime, laudi,
et nostros recole, hospes, agros. nec semina derunt,
quae prius ipse dabam, et messes, quas solus obibam.
consiliis nox una satis, tecumque retracta
cumque tuis haec iussa deis; ac siquid in isto est
robore, praedicti venies in rura laboris.
ipse incertus adhuc, tenebris te protinus illis
involvi flammisque velim, durare parumper
an magis, everso iacias dum semina campo,
ac tibi Cadmei dum dentibus exeat hydri
miles et armata florescant pube novales ».
Filia prima trucis vocem mirata tyranni
haesit et ad iuvenem pallentia rettulit ora
contremuitque metu, ne nescius audeat hospes
seque miser ne posse putet. perstrinxerat horror
ipsum etiam et maesta stabat defixus in ira.
non ita Tyrrhenus stupet Ioniusque magister,
qui iam te, Tiberine, tuens clarumque serena
arce pharon, praeceps subito nusquam ostia, nusquam
Ausoniam videt, at saevas accedere Syrtes.
tum tamen, infando quae det responsa tyranno,
colligit et tandem obtutu consurgit ab alto.
« non » ait « hos reditus, non hanc, Aeeta, dedisti
spem Minyis, cum prima tuis pro moenibus arma
induimus. quo versa fides? quos vestra volutant
iussa dolos? alium hic Pelian, alia aequora cerno.
quin agite hoc omnes odiisque urguete tyranni
imperiisque caput. quamquam mihi dextera nec spes
defuerit, (mos iussa pati nec cedere duris)
unum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,
hauriet adverso seu crastinus ignis hiatu,
nuntius hinc saevas Peliae mittatur ad aures.
hic periisse viros, et me, si vestra fuisset
ulla fides, reducem patriae potuisse referri. »
Talibus attonitos dictis natamque patremque
linquit et infida praeceps prorumpit ab aula.
at trepida et medios inter deserta parentes
virgo silet, nec fixa solo servare parumper
lumina, nec potuit maestos non flectere vultus;
respexitque fores et adhuc invenit euntem;
visus et heu miserae tunc pulchrior hospes amanti
discedens; tales umeros, ea terga relinquit.
illa domum atque ipsos paulum procedere postes
optat, at ardentes tenet intra limina gressus.
qualis ubi extremas Io vaga sentit harenas
fertque refertque pedem, tumido quam cogit Erynnis
ire mari, Phariaeque vocant trans aequora matres;
circuit haut aliter foribusque inpendet apertis,

46 *auferre* vel *afferre* Pius, *efferre* Iunt. I seqq. usque ad Carr., Burm. seqq. usque ad Thilonem. *ipsum* V, *ipsum nunc* B, *atque ipsum* T Ac, *ipsum me* C Carr. seqq. **50** *penates* Burm. Wagner Huguet Schenkl Baehr. **53** *inmisit* Markland Baehr., *inclusit* Ellis. **54** *potetretur* V, *patiatur* Bon. I, *potiatur* T Ac, *potiretur* m T Bu Ch, *potiantur* marg. Bon. I, *potietur* B, *poteretur* V_4 Heins. seqq. **55** *descendat* R, *descendit* Bon. II Ven. I II Vossius Lemaire Caussin Huguet, *descendat* vel *descendet* Burm., *decrescet* Baehr., *descendit* vel *descendet* Maser. *at-in canam-undam* Friesemann. post *umbra* signum interrogationis Bon. II Ven. I II Vossius Lemaire Caussin, Huguet posuerunt. **56** *prius* Vossius Postgate. *rapiet* R Harles Wagner, *rapuit* B Bon. II Ven. I II Vossius Lemaire Caussin Huguet, *raptet* T Ac praeter Pium, *rapiet* vel *rapuit* vel *raptet* Maser., *petet* Bu, *rapiet* vel *raptet* Burm. post *praedas* Vossius Lemaire Caussin Huguet signum interrogationis posuerunt. **57** *aut* V m T Bon. I II Ven. I II Vossius Lemaire Caussin Huguet Baehr., *aut* vel *haud* Maser., *atque* Summers, *quamque* Koestlin olim, *hanc* Postgate, *haut* V_4 edd. *quam* Koestlin Postgate Bury. *statuam* Baehr. *victis* codd. Bon. II Ven. I II Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph., *vittis* m T edd. post *Hellen* Bon. II Ven. I II Vossius Lemaire Caussin Huguet signum interrogationis statuerunt. versus **55-57** Langen vituperat, v. **57** a poëta hunc locum uberius tractaturo in marg. adiectus fuisse Schenkelio videtur. **63** *a me* Koestlin. **71** *cras si quid* Heins. Burm. **72** *pectore* Slothouwer. *praescripti* Heins., *praeduri* Lemaire, *cras dicti* Loehbach. *veniens* m T B Bon. I Iunt. I II Pius Ald., *venias* Burm. *iura* R Heins. Caussin. **74** *flammasque* Ald. Vossius. **75** *anguis in* Ald. Vossius *inverso* Heins. Lemaire Caussin Huguet Peerlkamp. **76** *seminis* codd. edd., *dentibus* vel *sulcis* vel *messibus* vel *comminus* Heins., *dentibus* Schenkl Loehbach Baehr. Langen Bury. **80** . . V m, *non* B Bu, *ne* T edd. **83** *stupet Ionius magis* V m, *stupet Ionius magisteir* V_2, *stupet Ionius magis alto* B T_1, *stupet magis Ionius alto* T Bon. I, *stupet Ionius magister* Bu, *stupet magis Ionius atque* T_2, marg. Bon. I, *nautes stupet Ionio alto* Bon. II Ven. I II Maser., *stupet magis Ionus alto* Iunt. I II, *stupeat maris inscius alto* Balbus, *stupet Ioniusre magister* Burm. Wagner, *stupet Ioniusque magister* C m_2 Pius seqq. **84** *qui iam te liberinetues* V, *qui iam te liberi metues* m, *qui iam te liberi metuens* Bu, *cum iam te Lypare metuens* R T_1, *qui iam te Lilybaee tuens* B, *qui te iam Lilybee tuens* T Bon. I, *qui te iam Lilybaee tuens* Bon. II seqq. ante Carr., *qui porius Tiberine tuos* C Cth, *qui te iam Tibarine tuens* Burm. Delam., *qui iam te Tiberine tuens* Heins. Thilo seqq. *claramque* Bu Pius Eng. Colin. Gryph. Cth Harmand, *clarumve* Wagner. *sereno* Baehr. Fr. Reuss. **85** *axe* Baehr., *ore* Fr. Reuss. *pharum* Fr. Reuss. *tangens* vel *prendens* Burm., *princeps* vel *linquens* Cluverius, *prensus* Baehr. Langen, *abreptus* Fr. Reuss. *actus* vel *raptus* Meyncke Schenkl, *rapitur* Loehbach, *agitur* vel *rapitur* Thilo quondam, *subit* B T Bu m Bon. I II Ven. I II, *subiit* C Cth praeter Burm. ac Delam., Ph. Wagner. *onus cum hostia numquam* B. *honus quam hostia nusquam* Bu, *honus quam ostianusq*: m, *honus qm ostianusqu*: m_2, *omnis quam hostia nusquam* T, *omnis quam hostia numquam* Bon. I II Ven. I II. ante *subito* Thilo lacunam statuit, post *subiit* Heinsius haec supplevit: *si turbine caeco* | *nimbosi vis saeva noti*. post *pharon* Iunt. I II Pius Delam. Caussin Summers alii interpunxerunt. hunc versum Pius praetermisit. **86** *et* codd. Ath. *at* Maser. Vossius Burm. Wagner Delam. Caussin Ph. Wagner Thilo seqq. **91** *vestra fides* Friesemann. **93** *agite et* V Bu m, *age et* Burm., *agite* T m_2 edd. **94** *numquam* Columbus Wagner Delam. Thilo seqq. codicum lectionem interpunctione, qua usus sum, Loehbach restituit. **95** *mox* T Ath. **99** *sic* Heins. **100** *paterer* Bon. I. **103** *medias* nonnulli apud Pium. **109** *domo—ipsis—portis* Samuelsson. **110** *optet* T Burm. Harles. *et* codd. Ath , *at* Burm. Harles Thilo seqq. *inter* Ch. **112** *timido* Bon. II Ven. I II. **114** *intendit* Heins.

an melior Minyas revocet pater; oraque quaerens
hospitis, aut solo maeret defecta cubili,
aut venit in carae gremium refugitque sororis,
atque loqui conata silet; rursusque recedens
quaerit, ut Aeaeis hospes consederit oris
Phrixus, ut aligeri Circen rapuere dracones.
tum comitum visu fruitur miseranda suarum,
inplerique nequit; subitoque parentibus haeret
blandior et patriae circumfert oscula dextrae.
sic adsueta toris et mensae dulcis erili,
aegra nova iam peste canis rabieque futura,
ante fugam totos lustrat queribunda penates.
tandem etiam molli semet sic increpat ira.
« pergis », ait « demens, teque illius angit imago
curaque, qui profuga forsan tenet alta carina,
quique mecum patrias referet nec nomen ad urbes?
quid me autem sic ille movet, superetne labores,
an cadat et tanto turbetur Graecia luctu?
saltem, fata virum si iam suprema ferebant,
iussus ad ignotos potius foret ire tyrannos!
o utinam et tandem non hac moreretur in urbe!
namque et sidereo nostri de sanguine Phrixi
dicitur, et caram vidi indoluisse sororem;
seque ait has iussis actum miser ire per undas.
at redeat quocumque modo, meque ista precari
nesciat, atque meum non oderit ille parentem ».
dixerat haec stratoque graves proiecerat artus,
si veniat miserata quies, cum saevior ipse
turbat agitque sopor; supplex hinc sternitur hospes,
hinc pater. illa nova rumpit formidine somnos
erigiturque toro; famulas carosque penates
agnoscit, modo Thessalicas raptata per urbes.
turbidus ut poenis caecisque pavoribus ensem
corripit et saevae ferit agmina matris Orestes;
ipsum angues, ipsum horrisoni quatit ira flagelli;
atque iterum infestae se fervere caede Lacaenae
credit agens, falsaque redit de strage dearum
fessus et in miserae conlabitur ora sororis.

His ubi nequiquam nutantem Colchida curis
Iuno videt necdum extremo parere furori,
non iam mentitae vultum vocemque resumit
Chalciopes. quando ardor hebet, leviorque pudori
mensque obnixa malo, tenues sublimis in auras
tollitur et fulvo Venerem vestigat Olympo.
« sum memor, ut tantum mecum partita laborem,
illa nimis sed dura manet conversaque in iram
et furias dolet ac me nunc decepta reliquit.
i, precor, atque istum, quo me frustratur, amorem
vince, precor, patriis ut tandem evadere tectis
audeat atque meum casu defendere ab omni
Aesoniden. quin illa sacro, quo freta, veneno
illum etiam totis adstantem noctibus anguem,
qui nemus omne suum, quique aurea (respice porro)
vellera tot spiris circum, tot ductibus implet,
solvat et in somnos ingenti volvat ab orno.
haec tibi: nam Furiis atque ipsi cetera mando. »

Tum vero aligerum mater sic fatur Amorum:
« nec tibi, cum primos adgressa es flectere sensus
virginis ignotaque animum contingere cura,
defuimus. data continuo quin cingula soli
nostra tibi, quis mota loco labefactaque cessit.
haut satis est, sed me ipsa opus, et cunctantia poscunt

115 *anhelans* Heins., *cernens* Baehr. **116** *et* Bury. *detecta* Heins. **118** *terque* Burm. *resedens* B, *reducens* vel *retentans* Heins., *recumbens* vel *renidens* Burm., *residens* vel *recedens* Harles, *accedens* Delam. **119** *Aetaeis* C Carr. Vossius. *consedit in oris* Loehbach Gebbing. **122** *explerique* T Ah Burm. *solitoque* Heins. **123** *nunc offert* vel *rursum fert* Heins. **126** *fuga* Heins. *notos* Friesemann. *furibunda* H Harles, *querebunda* Bon. II Ven. I II. **127** *haud molli* Heins. *semels* V, *sese simul* T Ac, *semel sese* B, *sese semel* C m Carr. seqq., *se non semel* Bury, *semet sic* Lemaire Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875] Langen. **128** *pergit* Bon. I II Ven. I II Pius. *atque illi* Bu, *atque illius* B Bon. II Ven. I II. **129** *curaque cui* V Bu m Bon. I Politianus, *cura tui* B, *curaque qui* T Bon. II seqq. *fors iam* Heins. Burm. *tenet* vel *teret* Heins. **132** *quanto* Zinzerlingus. **134** *fuit* Baehr., **135** *o utinam saltem* Koch, *o utinam ut tandem* Schenkl Jeep Samuelsson, *o utinam o tantum* Baehr., *[o utinam infandum!]* Bury. *atque utinam Aeea non hac-in urbe* vel *Aeeo non hoc-in orbe* Heins. **137** *ducitur* Heins. **138** *miscere* m, *miserer* Bu, *miserere* T Bon. I II Ven. I II. *umbras* codd. Bon. I II Ven. I II, *undas* Bu Iunt. I seqq. **139** *aut* codd. Bon. I Iunt. I II Ald. Heins Harles seqq. usque ad Thil. praeter Delam., *a!* Baehr., *at* vel *ut* Balbus, *o* T_1, marg. Bon. I, *at* Bon. II seqq. *ut pereat quocumque modo. non ista precari—me sciat, ut non me, verum oderit etc.* Burm. **140** *resciat* Lens Baehr. *obque suum* Baehr. [Bursians Jahresbb. 1878]. **143** *cernitur* marg. Ven. Heins. **144** *ille* codd., *inde* Bury, *illa* T edd. **145** *parentes* C Carr. **148** *inguina* nonnulli apud Pium. **150** *incestae* D. Marius Baehr. Langen Bury. *leaenae* Burm. **151** *avens* Baehr. Gebbing. **152** *ore* Koestlin Langen. **153** *mutantem* B m Bon. I, *natantem* Ven. I. **156** *habet* V B T m Bon. I Iunt. I II Ald., *hebet* C T_1 Bon. II seqq. *leviorque pudore* Vossius Huguet Schenkl Baehr. Seaton, *leviterque pudori* Heins., *leviorque pudorest* Madvig, *leviorque pudori* vel *pudore* Lemaire, *propiorque pudori* Langen De la Ville de Mirmont. **157** *mens* Vossius Heins. **159** *ut tecum mecum* V Bu m, *ut totum mecum* C Carr. Alardus Patav. Burm., *utque meum tecum* R T_1, *atque meum tecum* nonnulli apud Pium, *ut tu sis mecum* Thilo Moltzer, *ut mecum sis hunc* Ph. Wagner, *ut sis hunc mecum* Baehr. Langen, *ut tecum sim tum* Madvig, *ut mihi sim tecum* Koestlin Bury, *ut me aequum tecum* Summers, *ut tantum mecum* B T Ath. Schenkl nihil diiudicat: post hunc versum Summers lacunam statuit. **161** *[dolet ah!]* Langen. *me nunc furiata* C Ch, *mea nunc incepta* Heins. Fr. Reuss, *me nunc defecta* Meyncke Baehr. Bury, *me non decepta* Caussin Huguet Schenkl Langen. *relinquit* Heins. **162** *istud* Baehr. olim. *frustrata rigorem* Sandstroem, *frustrata pudorem* Burm., *frustratur acerbum* Baehr. olim. **163** *praecor* V m, *prior* Heins. Burm. Thilo Baehr. olim, Ellis. *patris* Loehbach Magnus Gebbing Bury, *tori* Baehr., *procax* Sandstroem Langen, *precor* T edd. **165** *Aesonide* Bon. II Ven. I II. *quis illa sacro quo freta veneno* codd. Bon. I, *quis illa sacris quo freta veneno* C Bon. II Ven. I II, *quemque illa sacro quo freta veneno* R, *quin illa sacri vi freta veneni* vel *fac illa sacro quo freta veneno* Heins., *velit illa sacro quo freta veneno* Burm., *quin illum atro quo freta veneno* Baehr., *quin immo sacro quo freta veneno* Langen, *quin illa sacro quo freta veneno* Iunt. I seqq. **166** *ipsum* Postgate Bury. **169** *solvat et in somnos ingenti solvat* codd. edd., *cogat et in somnos ingenti solvat* marg. B. *solvat et in somnos ingenti avellat* vel *evolvat* vel *sopiat insomnem atque ingenti solvat* Heins., *molliat* vel *mulceat in somnosque ingenti solvat* Burm., *sternat et in somnos ingenti volvat* Herelius Harles Delam., *sternat* vel *molliat* vel *mulceat et in somnos ingenti volvat* Wagner, *fundat et in somnos ingenti solvat* Thilo. *vincat et in somnos ingenti solvat* Schenkl, *cantibus et in somnos ingenti solvat* Baehr., *insomnem in somnos ingenti solvat* Bury, *fallat et in somnos ingenti volvat* Loehbach Langen, *tollat et in somnos ingenti solvat* Lemaire, *solvat et in somnos ingenti volvat* Bulaeus. Ph. Wagner et Koestlin inter recentiores codicum lectionem defenderunt. **170** *non* codd. Bon. I Iunt. I II Maser. Ald. Carr. I, *nunc* Carr. II seqq. usque ad Thil., *do* Bury, *nam* Bon. II Ven. I II Pius Eng. Colin. Gryph. Burm. Thilo seqq. **171** *Venus* codd. edd., *contra* Baehr., *vero* ego. Bury quoque codicum lectionem suspectam habuit. **174** ... V m, *sunt* R T_1, *quod* B T Ac, *sed* C Carr. seqq. *scis* vel *sunt* Burm., *nunc* Bu, *nam* Schenkl, *quin* Heins. olim, Baehr. Bury. **176** *haud satis id me me—est* vel *est me me—en* Heins. *ipsam* nonnulli apud Pium, *ipsum* Iunt. I II Ald. Eng. Colin. Gryph. *est* C Carr. Alardus Patav. Ph. Wagner, *en* Koesters.

pectora me dubiusque pudor: iam foedera faxo
Aesonii petat ipsa viri metuatque morari.
tu face luciferae citus ad delubra Dianae
deveniat, sacras solita est ubi fundere taedas
Colchis et aequali dominam lustrare caterva.
nec te nunc Hecates subeat metus, aut mea forte
impediat ne coepta time. quin audeat opto:
continuo transibit amor, cantuque trilingui
ipsam flammiferos cogam conpescere tauros
amplexumque pati. » volucrem Iuno aspicit Irin,
festinamque iubet monitis parere Diones,
et iuvenem Aesonium praedicto sistere luco.
protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petivit
Colchida; Caucaseis speculatrix Iuno resedit
rupibus, attonitos Aeaea in moenia vultus
speque metuque tenens et adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus prospexerat arces,
virginis ecce novus mentem perstringere languor
incipit; ingeminant commotis questibus aestus.
ergo iterum sensus varios super hospite volvens
maeret et absenti nequiquam talia fatur:
« si tibi Thessalicis, nunc si tua forte venenis
mater et heu, siqua est, posset succurrere coniunx!
quidne tuos virgo possim nisi flere labores?
hoc satis; ipsa etiam casus spectare supremos
atque iterum durae cogar comes ire sorori.
et nunc ille sua non quemquam sorte moveri,
non ullum meminisse putat, cumque omnibus odit
me quoque. siquando fuerit tamen ulla potestas,
illum ego, qui diris cinis ultimus haeserit arvis,
ossaque, quis tauri saevusque pepercerit ignis,
conponam sedemque dabo. fas tunc mihi manes
dilexisse viri tumuloque has reddere curas ».
Dixerat. ecce toro Venus inprovisa resedit,
sicut erat mutata deam mentitaque pictis
vestibus et magica Circen Titanida virga.
ipsa velut lenti fallatur imagine somni,
hic oculos incerta tenet magnique sororem
paulatim putat esse patris;.tum flebile gaudens
prosiluit saevaeque ultro tulit oscula divae,
ac prior « o tandem, vix tandem reddita Circe
dura tuis, quae te biiugis serpentibus egit
hinc fuga? quaeve fuit patriis mora gratior oris?
ante et Thessalicae Phasin petiere carinae,
perque tot infelix frustra vada venit Iason,
quam patriae te movit amor ». tum cetera rumpit
occurritque Venus « tu nunc mihi causa viarum
sola: tuae venio (iam pridem ignava) iuventae;
cetera parce queri, neu me meliora secutam
argue; quippe etiam repetentur munera divum.
omnibus hunc potius communem animantibus orbem,
communes et crede deos. patriam inde vocato,
qua redit itque dies. nec nos, o nata, malignus
cluserit hoc uno semper sub frigore mensis.
fas mihi non habiles, fas et tibi linquere Colchos.
et nunc Ausonii coniunx ego regia Pici,
nec mihi flammiferis horrent ibi pascua tauris,
meque vides Tusci dominam maris. at tibi quinam
Sauromatae, miseranda, proci? cui vadis Hibero
(ei mihi!) vel saevo coniunx non una Gelono? »
Illa deae contra iandudum spernere voces;
« non ita me inmemorem magnae Perseidos » inquit
« cernis, ut infelix thalamos ego cogar in illos.
i, precor, atque tuum pro me dimitte timorem.

178 *Haemonii* Baehr. *rogari* Heins. **179** *letiferae* C Ch. **180** *cui* Heins. *tollere* Burm. olim. *scindere* Harles. **181** *dominae* Langen Samuelsson olim. *aequalem—catervam* Samuelsson olim. **182** *aut mea facta* T_1, *haud mea furta* Ald., *ut mea forte* Iunt. I II Pius Eng. Colin. Gryph. **183** *impediet* Ald., *ne impediat* C Ch. *ne aetatime* V m, *nec aetati me* B Bu, *nec me aetati* R T Bon. I II Ven I II Iunt. I II. *nec me aeetis* Sabellicus Maser., *nec enim est tanti* Pius seqq. usque ad Carr., *nunc acta time* C Ch, *nunc Aetine* Vossius, *ne facta time* Fr. Reuss, *ne coepta time* Heins. seqq. **185** *flammivomos* Friesemann. **186** *amplexuque petit* codd. Ac Delam., *amplexumque petat* Bu, *amplexuque peti* C Ch, *amplexumque petet* Vossius, *amplexumque pati* Bon. II Ven. I II Maser. Ald. Heins. seqq. lectio codicum Lemairio corrupta videtur. post *pati* Langen ac Leo duos versus intercidisse putant. *tunc* codd. Ath. *Iuno* Burm. Wagner Thilo seqq. *arripit* Baehr., *acciet* vel *accilt* Postgate, *advocat* Langen. in Pomponii Laeti codicibus post v. 185 hi versus reperiuntur: *atque novam segetem ardenti decidere ferro* | *pervigilem somno claudentem victa draconem* | *lumina conspicies. laeta est Iuno. inde resurgit* | *amplexu^n^ue petit*, quos Pius Weichert Delamalle Valerio adiudicarunt. **187** *festinansque* codd. Ac, *festinamque* C Carr. seqq. **193** *obrepserat* Heins. **194** *fervor* Langen. **195** *commoti* Heins. **198** *heu tibi* Heins., *sic tibi* Koestlin, *o tibi* Schenkl Langen Samuelsson. *et tua* Baehr. **200** *quidve tuos virgo* codd. edd., *nam quid virgo tuos* Ald. Zinzerlingus Delam. Huguet, *quid dubios virgo* Burm., *quidve o virgo tuos* Heins., *sicve tuos virgo* Koestlin. *quidne tuos virgo* Balbus Baehr. Langen. lectionem codicum Bury corruptam habuit. *possum* T_1 Zinzerlingus Huguet, *possum* Burm. *si flere* Koestlin. ante hunc versum Bury lacunam statuit. **201** *haec satis* Ald., *nec satis* vel *haud satis* Heins., *haud satis* Wagner seqq. usque ad Thil., *nec satis* Baehr post v. **201** V exhibet hunc versum: *ei mihi ne casus etiam spectare supraemos*, quem, omisso priore, Delam. Thilo Meyncke Koestlin Langen Bury receperunt. *ei mihi! vel casus* Langen, *heu! fatis etiam casus* vel *ei mihi! ne fatis casus* Meyncke. **202** *esse* C Cth praeter Delam. post *sorori* signum interrogationis Schenkl posuit. **203** *sui* T Ac praeter Pium. **204** *ingemuisse* vel *metuisse* Heins. **206** *oris* C Vossius. **209** *credere* Heins. **213** *illa* Schenkl Langen, *ista* Baehr. Bury. **214** *sic* T_1 Carr. Alardus Baehr., *huc* Heins. *carique* Baehr. **217** *cure* B, *curae* Bon. I. **220** *an te et* Iunt. I II Maser., *an quod* Ald. Zinzerlingus, *an quod* vel *quia* Burm. **221** post *Iason* Maser. Burm. alii signum interrogationis posuerunt. **222** *quis patriae* Bon. II Ven. I II Ald. Zinzerlingus, *an patriae* Burm. post *amor* Ald. Zinzerlingus Burm. alii signum interrogationis posuerunt. **223** *occurrite* Ven. I II. *venit* Bon. I, *venis* Bon. II Ven. I II. **224** *ignara* marg. Ven. Heins. Patav., *gnara* Burm. Bip. Thilo Baehr. Langen Bury. *tuae venio sortem miserata* vel *tuaeque vicem venio miserata* Ph. Wagner. post *sola* Bon. II Ven. I II Burm. Delam. Thilo seqq. interpunxerunt. **226** *ut iam reputentur* Hth praeter Caussinum, Baehr. Langen, *ut ne repetam iam* Burm., *etiam repetuntur* Bon. II Ven. I II Maser. Schenkl. post *argue* Loehbach et Bury distinctionem deleverunt. **227** *amantibus* Bon. I. **229** *redditque* codd. Iunt. I II Ald., *reduntque* Bon. I, *redeuntque* Bon. II Ven. I II, *redit itque* C Par. m_2 T_1 Pius Maser. seqq. *diis nata* C Carr. seqq. usque ad Burm., *ornata* T, *onerata* Bon. I. *malignis* codd. Bon. I Sabellicus Iunt. I II Maser. Carr. Heins. Koestlin Leo Fr. Reuss Bury, *maligna* Baehr. Summers, *malignus* R Bu Bon. II seqq. **230** *cluserat* Bu, *inserit* Heins. Patav Baehr.. *cluseris* Summers Bury. *hoc udo semper sub frigore* vel *hoc crudo semper sub sidere* vel *hoc crudo semper sub frigore* Heins., *hoc crudo semper sub frigore* Patav., *Arctoo semper sub frigore* vel *hoc uno semper sub cardine* vel *hoc mundi semper sub cardine* Bentley, *hoc imo semper sub frigore* Bu, *hoc unus semper sub frigore* Schenkl, *hoc Iuno semper sub frigore* Fr. Reuss. *Phasis* Ald. Zinzerlingus Alardus Bentley Burm. seqq. usque ad Schenkelium, *messis* Carr. Patav. Baehr., *Pontus* Thilo Langen, *ventis* Leo Fr. Reuss, *metis* Koestlin Bury, *rumor* Sandstroem, *mente* Summers. **231** *humiles* Bon. I. *stabiles* Heins. Patav. **233** *tibi* codd. Carr., *ubi* R, *ibi* m_2 edd. **240** *adque unum* codd. edd., *at unum* Bu, *ac querulum* vel *ac vanum* Heins., *ac vanum* Delam. Bury, *et vanum* Burm., *adque illum* Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1873] Langen, *atque tuum* Baehr. *dea mitte* Heins. *timores* Koestlin.

sed magis his miseram, quando potes, eripe curis,
unde metus aestusque mihi, quaeque aspera, mater,
perpetior durae iandudum incendia mentis.
nulla quies animo, nullus sopor, arida febris.
quaere malis nostris requiem mentemque repone,
redde diem noctemque mihi, da prendere vestes
somniferas ipsaque oculos conponere virga.
tu quoque nil, mater, prodes mihi; fortior ante
sola fui. tristes thalamos infestaque cerno
omnia, vipereos ipsi tibi surgere crines. »
talia verba dabat conlapsaque flebat iniquae
in Veneris Medea sinus pestemque latentem
ossibus atque imi monstrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus et furialia figit
oscula permixtumque odiis inspirat amorem.
dumque illam variis maerentem vocibus ambit
inque alio sermone tenet, « quin hoc » ait « audi
atque attolle genas, » lacrimisque haec infit obortis:
« cum levis a superis ad te modo laberer auris,
forte ratem primo fugientem litore cerno,
qualem nostra suo numquam dimittere portu
vellet, adhuc omnes quae detinet insula nautas.
unus ibi ante alios qui tum mihi pulchrior omnis
visus erat (longeque ducem mirabar et ipsa)
advolat, atque unam comitum ratus esse tuarum
« per tibi siquis » ait « morituri protinus horror
et quem non meritis videas occurrere monstris,
haec precor, haec dominae referas ad virginis aurem;
tu fletus ostende meos; illi has ego voces,
qua datur, hasque manus, ut possum, a litore tendo.
ipsae, quas mecum per mille pericula traxi,
defecere deae; spes et via sola salutis,
quam dederit, si forte dabit. ne vota repellat,
ne mea; totque animas, qualis nec viderit ultra,
dic, precor, auxilio iuvet atque haec nomina servet.
ei mihi, quod nullas hic possum exolvere grates!
ut tamen hoc saeva corpus de morte receptum,
hanc animam sciat esse suam. miserebitur ergo,
dic, ait, an potius? — strictumque ruebat in ensem.
promisi; ne falle, precor. cumque ipsa moverer
adloquio casuque viri, te passa rogari
sum potius; tu laude nova, tu supplice digno
dignior es; sat fama meis iam parta venenis.
si Pelopis duros prior Hippodamia labores
expediit, totque ora simul vulgata procorum
respiciens tandem patrios exhorruit axes.
si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo,
cur non hospitibus fas sit succurrere dignis
te quoque et Aeaeos iubeas mitescere campos?
occidat aeterna tandem Cadmeia morte
iam seges et viso fumantes hospite tauri ».
Torserat illa gravi iandudum lumina vultu
vix animos dextramque tenens, quin ipsa loquentis
iret in ora deae; tanta pudor aestuat ira
iamque toro trepidas infelix obruit aures
verba cavens: horror molles invaserat annos.
nec quo ferre fugam, nec quo se vertere posset
prensa videt; rupta condi tellure premique
iandudum cupit ac diras evadere voces.
Illa sequi iubet et portis expectat in ipsis.
saevus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula
deserit infectis per roscida cornua vittis,
cum tenet ille deum, pudibundaque tegmina matris
tympanaque et mollem subito miser accipit hastam;
haud aliter deserta pavet perque omnia circum
fert oculos tectisque negat procedere virgo.
contra saevus amor, contra periturus Iason
urguet et auditae crescunt in pectore voces.
heu quid agat? videt externo se prodere patrem
dura viro, famam scelerum iamque ipsa suorum

241 *quoniam* C Ch. **242** *est usque* codd. Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Ald., *sunt usque* R T_1, *aestusque* Pius Maser. seqq. *semper* T B Ac praeter Pium. **243** *crudae* Heins., *dubiae* Burm. Baehr. Langen Bury. **244** *arida menti* codd. Bon. I, *arida mens est* Bon. II seqq. usque ad Carr., *ardua menti* Iunt. I II Ald., *ardua amanti* C Cth, *haeret amanti* Heins., *arma timenti* Burm., *ardor amanti* Weichert, *arida membra* Thilo Baehr. Koestlin, *arrida amenti* Delam., *arida lingua* Schenkl Bury, *alligat artus* Koch Langen, *arida tabes* Moltzer. *arida febris* ego [ex Verg. Georg. III 458]. **245** *reponem* codd., *reponens* Baehr. Bury, *repone* T edd. **246** *diem et noctem* Sabellicus Maser., *deme adprehendere* T Bon. I II Ven. I II, *deme adprendere* Iunt. I II Ald., *da me apprehendere* Sabellicus Maser. **247** *Somne, tuas* Loehbach. *istaque* Ph. Wagner Schenkl Baehr. Langen Bury. **250** *omina* Ald. Zinzerlingus Patav. Vossius Bulaeus, *somnia* Heins. Baehr. **253** *nutribat* Ald., *nudabat* Burm. **254** *funalia* Bon. I Iunt. I II Ald. **257** *alto* Heins. **258** *hucque* Heins. **259** *asperis* V, *aeriis* Madvig, *aetheriis* Baehr., *hesperiis* Koestlin Sandstroem Langen Bury, *a superis* T m edd. *oris* Pius Langen. **260** *figientem* V m, *fulgentem* Heins. Delam. Baehr., *sistentem* Koestlin, *fluitantem* Madvig, *fugientem* T edd. **261** *nonnumquam mittere* Madvig. *porto* V m, *ponto* B T edd. ante Eng., *portu* T_1 Pius Eng. seqq. versus 261 et seqq. Langeno suspecti sunt. **262** *suevit* Heins., *callet* Baehr. *natos* Baehr. **263** *quoque* T Ac. *omnes* Pius Hth. **264** *et ipse* T B R m Maser. Ald. Ch, *ad ipsam* Langen. **266** *proditus ardor* Heins. **267** *nil meritum* vel *non meruisse* Burm. *occumbere* Heins. Burm. **269** *i* vel *huic* Heins., *ac* Baehr. **271** *ipse quas* V Bu m. *ipse ego quas* T Bon. I Maser. Eng. Colin. Gryph., *ille quas* T_1, *ipsae ego quas* B Ath, *ipse quas* Thilo seqq. **274** *me* Bon. I, *nunc* Bon. II Sabellicus Ven. I II Ald. *quas lux* Heins., *quales* Burm. seqq. usque ad Thil. post v. **275** versus 281-91 in codd. omnibusque ante Thil. edd. leguntur. Thilo et seqq. ordinem versuum restituerunt. **276** *huic* Heins. **277** *et tandem* B, *attamen* Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph., *sic tamen* Heins., *ac tamen* Baehr. Bury, *tu tamen* Koestlin. *redemtum* Heins. **279** *rubeat* m, *vibrat* m_2, *ruebit* Bon. II Ven. I II, *gaudebit* Ald., *gaudebat* Heins., *tuetur* Eyssenhardt. *strictos—in enses* Ald., *strictos an enses* Heins. **283** *supplice tanto* Sandstroem. **284** *dignior es et* codd. Ac Leo, *dignior est et* C Ch, *dignior es sat* Heins. seqq. **285** *iugulata* Bon. II Ven. I II Sabellicus Pius Maser. Eng. seqq. usque ad Schenkelium, *mulcata* Fr. Reuss. **289** *tu* Maser. *subeas* codd. Bon. I, *iubeas* Bon. II seqq. *te quoque et Aeaeos sulcis* vel *te quoque! en! Aeaeos iubeas* Wakefield. **290** *alterno—Marte* Heins., *aeterna—nocte* Wakefield. **291** *spumantes* T Bon. I Iunt. I II Maser. Ald. seqq. usque ad Heins. v. **295** post v. **298** in codd. atque edd. ante Schenkelium legitur: huc transposuerunt Meyncke et seqq. *obstruit* Sabellicus Maser. Bulaeus Hth praeter Delam. **296** *verba canes* R, *verba canens* T B N Bu Bon. I, *sese acuens* vel *verba pavens* vel *acuens* vel *negans* vel *labant* Heins. *tacita—verba cavens* vel *tanta—verba cadunt* Burm. *artus* Heins. Baehr. Bury. **298** *pressa* Maser. **299** *duras* C Carr. Giphanius Alardus Meyncke. **300** *potius* B Bon. II Ven. I II, *porius* T. **302** *infestis—vittis* B, *infectis—victis* Bon. II Ven. I II, *infestis-victis* T Iunt. I II, *iniectis—vittis* Sabellicus Pius Eng. Colin. Gryph. Vossius, *insertis—victis* Ald., *iniectis—vinclis* Heins. Burm. seqq. usque ad Schenkelium praeter Caussin., *iniectus—vittis* Koestlin olim, *in festis—vittis* Koestlin, *innexis—vittis* Bury. **303** *furibundaque* vel *furibundaeque* Heins. *patris* codd. Ah, *matris* Heins. seqq. **304** post *tympanaque* Burm. colon posuit.

prospicit, et questu superos questuque fatigat
Tartara; pulsat humum, manibusque inmurmurat uncis
noctis eram Ditemque ciens, succurrere tandem
morte velint ipsumque simul demittere leto,
quem propter furit; absentem saevissima poscit
nunc Pelian, tanta iuvenem qui perderet ira.
saepe suas misero promittere destinat artes,
denegat atque una potius decernit in ira;
ac neque tam turpi cessuram semper amori
proclamat neque opem ignoto viresque daturam;
atque toro proiecta manet, cum visa vocari,
rursus et inpulso sonuerunt cardine postes.

Ergo ubi nescio quo penitus se numine vinci
sentit et abscisum quidquid pudor ante monebat,
tum thalami penetrale petit, quae maxima norat
auxilia Haemoniae quaerens pro rege carinae.
utque procul magicis spirantia tecta venenis
et saevae patuere fores, oblataque contra
omnia, quae ponto, quae manibus eruit imis
et quae sanguinea lunae destrinxit ab ira,
« tune sequeris » ait « quidquam aut patiere pudendum,
cum tibi tot mortes scelerisque brevissima tanti
effugia? » haec dicens, qua non velocior ulla
pestis erat, toto nequiquam lumine lustrat,
cunctaturque super morituraque colligit iras.
o nimium iucunda dies, quam cara sub ipsa
morte magis! stetit et sese mirata furentem est.
« occidis heu! primo potes hoc durare sub aevo?
nec tu lucis » ait « nec videris ulla iuventae
gaudia, nec dulces fratris pubescere malas?
hunc quoque, qui nunc est, crudelis, Iasona nescis
morte perire tua, qui te nunc invocat unam,
qui rogat et nostro quem prima in litore vidi?
cur tibi fallaces placuit coniungere dextras
tunc, pater, atque istis iuvenem non perdere monstris
protinus? ipsa etiam, fateor, tunc ipsa volebam.
testor cara tuas, Circe Titania, voces,
te ducente sequor, tua me grandaeva fatigant
consilia et monitis cedo minor ». haec ubi fata,
rursus ad Haemonii iuvenis curamque metumque
vertitur; hunc solum propter seu vivere gaudens,
sive mori, quodcumque velit, maiora precatur
carmina, maiores Hecaten inmittere vires
nunc sibi, nec notis stabat contenta venenis.
cingitur inde sinus et, qua sibi fida magis vis
nulla, Prometheae florem de sanguine fibrae
Caucaseum promit nutritaque gramina Ponti,
quae sacer ille nives inter tristesque pruinas
durat editque cruor, cum viscere vultur adeso
tollitur e scopulis et rostro inrorat aperto.
idem nec longi languescit finibus aevi
inmortale virens, idem stat fulmina contra
sanguis et in mediis florescunt ignibus herbae.
prima Hecate Stygiis duratam fontibus harpen
intulit et validas scopulis effodit aristas;
mox famulae monstrata seges, quae lampade Phoebes
sub decima iuga feta metit saevitque per omnes
reliquias saniemque dei; gemit inritus ille
Colchidos ora tuens; totos tunc contrahit artus
monte dolor, cunctaeque tremunt sub falce catenae.

314 *dimittere* codd. Bon. I, *demittere* Bon. II seqq. **315** *absenti—Peliae* Baehr. **317** *quaeque* Koestlin. **318** *mox negat* Bulaeus, *dein negat* d'Orville Madvig Baehr. Langen Bury. *atque ima* T Bon. I II Ven. I II Pius Ald., *et cruda* Langen. *toties* Cuperus Heins. *discernit* T Ac. *in hora* Heins. Burm. Thilo Schenkl, *obire* Madvig Baehr. Bury. in T Ac hoc ordine versus se excipiunt: 320 319 317 318. **319** *ac nequeat* codd. Bon. I, *at neque tam* Burm., *ac neque tam* C Bon. II seqq. *semet* Heins. **321** *atque—tum* Heins. versus **322-59** desunt in V. **323** *nescia* Burm. *quod* Iunt. I II Ald. **324** *abscissum* T N Ac, *excussum* Heins. **328** *ablataque* codd. Bon. I, *oblataque* T_1 Bon. II seqq. *coram* Pius. **330** *lunam* N m B Bon. I Iunt. I II, *lunae* T Bon II seqq. *distinxit* T Bon. I Ven. I II, *distrinxit* T_2 N m Ath, *destrinxit* Burm. Bip. Wagner Huguet Thilo seqq. *sanguineo—ab orbe* vel *ore* Heins., *sanguineo—ab ore* Schenkl Baehr. Langen, *sanguineam—ad orbem* Fr. Reuss, *sanguinea—ab ora* Bury. **332** *mortis* codd. edd. ante Zinzerlingum, *mortes* Zinzerlingus seqq. **333** *qua non velocius ulla* codd. edd., *qua non vis ocyor* vel *acrior ulla* Heins.. *qua non velocior* vel *violentior ulla* Burm., *qua non vis ocius ulla* Postgate, *qua non velocius herba* Baehr , *quo non velocius ullam* T_1 Fr. Reuss, *qua non velocius ullam* R, *qua non ulla ocior* vel *nihil velocius herbam* Bury olim, *cystam velocius ulla* Bury, *qua non velocior ulla* d'Orville Harles Wagner Delam. Lemaire Caussin Huguet Thilo Schenkl Langen. post hunc versum Leo lacunam statuit. **334** *pestiferam* codd. edd., *pestifera est* Baehr. Postgate Koestlin, *pestiferum* Fr. Reuss, *pestis erat* d'Orville Harles Wagner Delam. Lemaire Caussin Huguet Thilo Schenkl Langen., *torvo* Koch. *nec cistam* Burm. *limine* T_1 Bon. I. **337** *miserata* Baehr. Bury. **338** *occidis heu, primo [potes obdurare]* vel *occidere heu primo potes, hoc dic dura* Heins. **340** *non* codd. Ac, *nec* N T Carr. seqq. **341** *qui nunc est o crudelis* m. *qui nunc est primaevus* N Cth praeter Burm., Meyncke. *qui nescis crudelis* Schenkl, *primaevum crudelis* Postgate Bury, *qui hunc, heu crudelis* vel *cui nunc es crudelis* Heins., *cui nunc es crudelis* Delam. Baehr., *qui tuus est crudelis* Thilo, *quicumque est crudelis* Koch Koestlin Sandstroem Langen Samuelsson, *qui nunc est periturus* Loehbach, *qui nunc est crudelis* B T m_2 edd. post *tua* Heins. Baehr. Koestlin Postgate Bury alii signum interrogationis statuerunt. **343** *et nostro quem primum in litore vidi* codd. edd., *et nostro quam primam in litore vidit* vir doctus apud Harles. Baehr. Bury, *et* vel *heu nostro quom primum in litore vidi* Leo, *te nostro quam primam in litore vidit* Hosius, *te nostro qui primam in litore vidit* Langen olim, *et nostro te primam in litore vidit* Langen, *et nostro quem prima in litore vidi* Heins. Delam. Thilo Schenkl. post *rogat* atque *pater* Leo signum interrogationis statuit. **345** *tunc poteratque* N T Bu Bon. I Iunt. I II, *tunc poterat que* m, *tunc poterasque* C T_2 Maser. Carr. Alardus, *tunc poteras* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Burm., *tun' poteras* Heins. Patav. Harles Bip., *tunc pater atque* Bon. II seqq. *tunc* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. in codice Alexandri Farnesii et in R post v. **344**, in T post v. **345** duo versus inserti sunt: *acta parens, si poscenti sua fulva negasses | vellera si patrium vetuisses [venisses T] Phasin adire,* quos Pius Burm. Weichert Delamalle Valerio tribuerunt. *sed* Pius. *fallaci—arte—tua* Burm. *ante parens* Weichert. *fallaci—dextra arte—sed* Delam. **349** *en monitis* Heins. **351** *te* Bu, *se* codd. Ah, *seu* Heins seqq. **354** *notae* Carr. Alardus. *adstat* vel *instat* Heins. **357** *Caucaseis* Haupt, *Caucasei* Thilo Baehr. *tonitru* N T Ath praeter Heins. et Delam., *ponit* B. *generatum vertice* Thilo. *nutritum in gramine* Baehr. *ponit* C B N T H Bon. I II Ven. I II Maser. Caussin, *promsit* Bu, *premit* Iunt. I seqq. usque ad Thil. praeter Delam., *tabo* Heins., *montis* Thilo Baehr., *ventis* Haupt Schenkl Langen Fr. Reuss, *monte* Damsté, *sonti* Ellis, *Ponto* Ph. Wagner, *poenis* Bury. **358** *quem* Thilo Baehr., *quae* Haupt. **359** *dura tedique* m, *dura teditque* m_2, *durat hedique* Bu, *durabat editque* N Bon. I, *durat agitque* marg. Ven. Harmand, *durat alitque* vel *induratque* Heins., *durat alitque* Bulaeus Delam. Caussin Huguet Langen Bury, *durat obitque* Columbus, *condit editque* Schenkl, *fert editque* Fr. Reuss, *nutrit agitque* Thilo, *educat imbre* Haupt. *durat editque* T edd. **360** *rorat* Heins. **363** *salvus* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875] Langen, *sanctus* Nairn, *tactus* Koestlin. **364** *durata—harpe* Heins., *duratum—harpen* Langen. **365** *inpulit* Heins. **366** *constrata* Heins. **368** *toto* m T Thilo Schenkl Baehr. De la Ville de Mirmont, *toto* vel *moto* Heins., *strictos* Bury. **370** *mente dolor* T Ac, *mente dolens* Burm., *forte dolor* Langen, *nempe dolor* Ph. Wagner.

Talibus infelix contra sua regna venenis
induitur, noctique tremens infertur opacae.
dat dextram vocemque Venus, blandisque paventem
adloquiis iunctoque trahit per moenia passu.
qualis adhuc teneros supremum pallida fetus
mater ab excelso produxit in aera nido
hortaturque sequi brevibusque insurgere pinnis,
illos caerulei primus ferit horror Olympi,
iamque redire rogant adsuetaque quaeritur arbor;
haud aliter caecae per moenia deficit urbis
incedens horretqne domos Medea silentes.
hic iterum extremae nequiquam in limine portae
substitit atque iterum fletus animique soluti,
respexitque deam paulumque his vocibus haesit:
« ipse rogat certe meque ipse implorat Iason.
nullane culpa subest? labes non ulla pudoris,
nullus amor? nec turpe viro servire precanti? »
illa nihil contra vocesque abrumpit inanes.
et iam iam magico per opaca silentia Colchis
coeperat ire sono, monstrataque condere vultus
numina cumque suis averti collibus Amnes;
iam stabulis gregibusque pavor strepitusque sepulchris
inciderat; stupet ipsa gravi nox tardior umbra.
iamque tremens longe sequitur Venus; utque sub altas
pervenere trabes divaeque triformis in umbram,
hic subito ante oculos nondum speratus Iason
emicuit, viditque prior conterrita virgo;
atque hic se profugam volucri Thaumantias ala
sustulit; inde Venus dextrae dilapsa tenenti.
obvius ut sera cum se sub nocte magistris
inpingit pecorique pavor, qualesve profundum
per chaos occurrunt caecae sine vocibus umbrae;
haut secus in mediis noctis nemorisque tenebris
inciderant ambo attoniti iuxtaque subibant,
abietibus tacitis aut immotis cyparissis
adsimiles, rapidus nondum quas miscuit auster.
Ergo ut erat vultu defixus uterque silenti
noxque suum peragebat iter, iam iam ora levare
Aesoniden farique cupit Medea priorem.
quam simul effusis pavitantem fletibus heros
flagrantesque genas vidit miserumque pudorem,
has tandem voces dedit et solatus amantem est.
« fersne aliquam spem lucis? » ait, « miserata laborum
nempe venis? an et ipsa mea laetabere morte?
ne, precor, infando similem te, virgo, parenti
gesseris, haut tales decet inclementia vultus.
hascine nunc grates, haec expectata laborum
dona dare decuit? sic te sub teste remitti
fas me, virgo, tuum? iustas da vocibus aures.
nec pater ille tuus tantis me opponere monstris,
(quid meritum?) aut tales voluit me pendere poenas.
an iacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus?
quodque meus vestris cecidit pro moenibus Iphis?
aut Scythiae tanta inde manus? iussisset abire
perfidus atque suis extemplo cedere regnis.
spem mihi promissam per quae discrimina rursus
et reddat qua lege, vides. occumbere tandem
possumus, idque sedet, quam non quaecumque subire
patris iussa tui; numquam sine vellere abibo
hinc ego, degenerem nec me tu prima videbis. »
Haec ait. illa tremens, ut supplicis aspicit ora
conticuisse viri iamque et sua verba reposci,
nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
quove tenus, prima cupiens effundere voce
omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti.
haeret et attollens vix tandem lumina fatur:
« quid, precor, in nostras venisti, Thessale, terras?
unde mei spes ulla tibi? tantosque petisti
cur non ipse tua fretus virtute labores?
nempe, ego si patriis timuissem excedere tectis,
occideras, nempe hanc animam pars saeva manebat
funeris. en ubi Iuno, ubi nunc Tritonia virgo,
sola tibi quoniam tantis in casibus adsum
externae regina domus? miraris et ipse,
credo, nec agnoscunt hae nunc Aeetida silvae.
sed fatis sum victa tuis; cape munera supplex

os—

372 ***instruitur*** Gron. Heins. **373** ***blandique pavens vocem venus qua.÷*** V, ***blandique pavens vocem venus quã*** Bu, ***blandeque pavens vocem Venus et quam*** T B Ac, ***blandeque vocem Venus ut quam*** Pius Eng. Colin. Gryph., ***vocemque Venus blandisque parentem*** C [in scholiis], ***vocemque Venus blandisque paventem*** C [in castigationibus] Balbus Carr. seqq. **375** ***ubi primum*** Heins. Delam. Bury, ***insuetum*** Baehr., ***subiectum*** Ph. Wagner, ***cum primum*** Koestlin Fr. Reuss. ***callida*** vir doctus apud Harles., Iortinus Langen Bury. **376** ***ab exciso*** Heins. ***aethera*** Baehr. **377** ***saevi*** codd., ***suis*** C, ***sequi*** T edd. **379** ***cogant*** V m Bu, ***cogunt*** m_2, ***volunt*** C Carr. Alardus, ***rogant*** T edd. **380** ***alia*** C Carr. seqq. usque ad Burm. ***caeoae*** V, ***caeo*** m, ***aeaeae*** C Carr. seqq. usque ad Burm., ***cecae*** Bon. I, ***caecae*** T Bon. II seqq. **382** ***extremo*** Drakenborch. **385** ***meque ultro imploras*** Heins. post ***certe*** atque ***Iason*** Bon. II Ven. I II Harles Samuelsson alii signum interrogationis statuerunt. **386** ***culpa nec ulla*** Heins. **387** ***virum servare precantem*** Burm. **389** ***magice*** Bon. I. **390** ***montanaque*** d'Orville Harles Wagner Thilo seqq., ***cunctataque*** Burm., ***monstrata*** Heins., ***mundi astraque*** Delam. ***recondere*** Heins. **391** ***lumina*** Vossius olim, Burm., ***lumina*** vel ***numina*** Delam. ***subque suis*** Wakefield, ***cumque suis*** vel ***subque suis*** Wagner. ***vallibus*** Burm., ***collibus*** vel ***vallibus*** Wagner. ***cornibus*** Damstè. **394** ***ipsa*** C Ch, ***namque*** B T Bu Bon. I II Ven. I II. ***atque*** T Ac praeter Ald. **398** ***hinc*** Bon. II Ven. I II Heins. Wagner Delam. Caussin Lemaire Huguet ***volucris—alis*** C Ch. **399** ***delapsa*** codd. Ch Baehr. Bury, ***dilapsa*** T edd. **406** ***et similes*** Bu, ***at similes*** B Bon I. ***rabidus*** Heins. Baehr. **407** ***erant*** Heins. **410** ***flatibus*** nonnulli apud Pium. **413** ***laborem*** edd. praeter Postgatium et Burium. **417** ***hasne mihi grates*** Heins. **418** post ***remitti*** Ah distinxerunt. **419** ***fas mihi*** codd. edd. ante Harlesium, ***fas mi*** Carr. II Alardus, ***fas tibi*** vel ***fasne*** vel ***fas ubi*** Heins., ***fas me*** Patav. Harles seqq. ***tuas*** Langen, ***odium*** Fr. Reuss. ***iustis*** Langen. **420** ***nam*** Bon. II Ven. I II Pius, ***quid*** Zinzerlingus Schenkl, ***cur*** Baehr. Sandstroem Langen, ***nunc*** Lennep Bury. ***ante*** Burm. Wagner. **421** ***quod*** Pius, ***nec*** Zinzerlingus, ***non*** Schenkl, ***sic*** Loehbach. ***pendere*** V, ***expendere*** m B T Heins. Patav. Delam., ***me expendere*** Ac, ***me pendere*** C Carr. seqq. **422** ***iam*** B T Bu Iunt. I seqq. usque ad Carr. Burm. **423** ***sub moenibus*** Koestlin. post hunc versum Huguet lacunam statuit. **424** post ***manus*** Koestlin signum interrogationis delevit, Langen putat duo hemistichia excidisse huius fere sententiae: ***fugisset, nisi nos in ipso discrimine auxilio venissemus***. **425** post ***regnis*** Koestlin signum interrogationis statuit. **426** ***spe sine promissum*** Baehr. **427** ***en*** Bulaeus. ***legi*** Koestlin. **428** ***poscimus*** Baehr. **433** ***clemens*** Bon. I. **434** ***quare*** Bon. II Ven. I II Maser. versus **434-35** Cortio spurii videntur. v. **435** deest in Bon. I II Ven. I II. **440** ***tenuissem*** Bon. I, ***renuissem*** Sabellicus Maser **441** ***sors*** Bulaeus seqq. usque ad Thil., Schenkl Samuelsson, ***fors*** Gron., ***fax*** Baehr. Gebbing., ***cras*** Leo. ***manebant*** Leo. **442** ***funera*** Leo. ***Iuno ubi nunc*** V m Leo, ***nunc ubi Iuno*** m_2. ***o ubi Iuno*** B T Ac, ***ubi Iuno nunc*** Bu, ***en ubi Iuno*** C Carr. seqq. **443** ***quod iam*** Langen. **444** post ***miraris*** Vossius signum interrogationis statuit. ***ipsa*** V m Ch, ***ipsam*** R T_1, ***ipse*** vel ***ipsam*** Heins., ***ipsae*** Vossius, ***ipse*** T edd. **445** ***haec*** Baehr. Summers. ***aetida*** V m, ***oetida*** T Bon. I, ***aeetida*** Bon. II.

non mea; teque iterum Pelias si perdere quaeret,
inque alios casus, alias si mittet ad urbes,
heu formae ne crede tuae. » Titania iamque
gramina Perseasque sinu depromere vires
coeperat; his iterum conpellat Iasona dictis:
« si tamen aut superis aliquam spem ponis in istis
aut tua praesenti virtus educere leto
si te forte potest, etiam nunc deprecor, hospes,
me sine et insontem misero dimitte parenti ».
dixerat. extemplo (neque enim matura ruebant
sidera et extremum suffixerat axe Booten)
cum gemitu et multo iuveni medicamina fletu
non secus ac patriam pariter famamque decusque
obicit. ille manu subit et vim corripit omnem.
Inde ubi facta nocens et non revocabilis umquam
cessit ab ore pudor propiorque inplevit Erinys,
carmina nunc totos volvit figitque per artus
Aesonidae et totum septeno murmure fertur
per clipeum atque viro graviorem reddidit hastam;
iamque sui tauris languent absentibus ignes.
« nunc age et has » inquit « cristas galeamque resume,
quam modo funerea tenuit Discordia dextra.
hanc iace per medias, cum verteris aequora, messes;
protinus in sese conversa furoribus ibit
cuncta phalanx, atque ipse fremens mirabitur et me
respiciet fortasse pater ». sic deinde locuta
iam magis atque magis mentem super alta ferebat
aequora, pandentes Minyas iam vela videbat
se sine. tum vero extremo percussa dolore
arripit Aesoniden dextra ac summissa profatur
« sis memor, oro, mei, contra memor ipsa manebo,
crede, tui. quando hinc aberis, dic quaeso, profundi
quod caeli spectabo latus? sed te quoque tangat
cura mei quocumque loco, quoscumque per annos;
atque hunc te meminisse velis et nostra fateri
munera, servatum pudeat nec virginis arte.
ei mihi, cur nullos stringunt tua lumina fletus?
an me mox merita morituram patris ab ira
dissimulas? te regna tuae felicia gentis,
te coniunx nataeque manent; ego prodita obibo.
nec queror et pro te lucem quoque laeta relinquam. »
protinus hospes ad haec (tacitis nam cantibus illum
flexerat et simili iandudum adflarat amore)
« tune » ait « Aesoniden quicquam te velle relicta
credis et ulla pati sine te loca? redde tyranno
me potius, recipe ingratos atque exue cantus.
quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem,
si non et genitor te primam amplectitur Aeson,
teque tuo longe fulgentem vellere gaudens
spectat et ad primos procumbit Graecia fluctus?
respice ad has voces et iam, precor, adnue, coniunx.
per te, quae superis divisque potentior imis,
perque, haec, virgo, tuo redeuntia sidera nutu
atque per has nostri iuro discriminis horas:
umquam ego si meriti, si noctis sim immemor huius,
si te sceptra, domum, si te liquisse parentes
senseris et me tum non haec promissa tuentem,
tum me non tauros iuvet evasisse ferosque
terrigenas, tum me tectis tua turbet in ipsis
flamina tuaeque artes; nullus succurrere contra
ingrato queat, et siquid tu saevius, istis
adicias meque in medio terrore relinquas. »

447 *nunc* T_1 Bon. II Sabellicus Ven. I II Ald. Ch Schenkl Baehr. Langen Bury. **448** *alias mittet* V, *aliasque mittet* m, *aliasque immittet* T m_2 Ath, *alias te mittet* C Carr. seqq. usque ad Burm., *alias immittet* B, *alias dimittet* Markland, *alias si mittet* Heins. Thilo seqq. **451** *coepit et* Koestlin. *hisque* Langen. **452** *aut sumptis* C Carr. Alardus Patav., *in superis* Burm. *ponis* V m, *ponit Iason* Bu, *ponis in ipsis* T Ath, *ponis Iason* T_1 Burm., *ponis in armis* C Carr. Alardus Patav., *Thessale ponis* nonnulli apud Pium, *ponis in ullis* Ph. Wagner, *ponis in istis* Thilo seqq. **453** *persenti* V, *personti* m, *presenti* Bon. I, *praesenti* Bon. II seqq. *te educere* codd. Bon. I II Ven. I II Delam., *subducere* Heins., *educere* Iunt. I seqq. **454** *et iam* Ath praeter Eng. Colin. Gryph. Burm. Caussin., *id iam* Heins. **456** *dixit et* Koestlin. *extemploque* Baehr. Langen Bury. *nam iam* Heins. Wagner Thilo olim, Schenkl, *etenim* Baehr. Langen Bury. **457** *extremo* Bon. II Ven. I II Iunt. I II Pius Ald. seqq. usque ad Carr., Heins. Declerq Thilo olim, Baehr Bury, *extremus* Langen. *suffecerat* V B T m Bon. I Iunt. I II Ald. Koestlin. *sufecerat* Bu, *se flexerat* Heins. Thilo olim Baehr. Langen Bury, *se verterat* Declerq, *subiecerat* vel *suffugerat* Ellis, *suffixerat* Bon. II seqq. *arte* Koestlin, *acta* Ellis. *boontem* V, *boeten* m, *Bootem* T Ac, *Bootes* Heins. Declerq Thilo olim, Baehr. Langen Bury, *Booten* T_1 Maser. Carr. seqq. Burm. hunc versum corruptum habuit. **459** *et pariter* Heins. **460** *obtulit* vel *oblicit* Burm., *porrigit* Heins. **463** *solvit* codd. Ah, *volvit* Vossius, Heins. seqq. **464** *Aesonida* Iunt. II Ald. *tutum—tergore* Heins. *fatur* Damstè. **467** *hunc* Heins. *cristam* R Heins. **474** *tela* Iunt. II Ald. **475** *perculsa* Bon. II Ven. I II. **478** *quantum* codd. Ac, *quando* C Carr. seqq. **481** *hanc me* Heins. **483** *nullo stringuntur lumina fletu* vel *nulli stringunt tua lumina fletus* Heins., *nullos spargunt tua lumina fletus* Burm. Langen, *nullo tinguuntur lumina fletu* Ruhnken Wagner, *nullos fingunt tua lumina fletus* Burm. sec., *nulli stringunt tua lumina fletus* Thilo Bury, *nulli tingunnt tua lumina fletus* Schenkl, *nullos fundunt tua lumina fletus* Baehr. Gebbing, *nullo stillant tua lumina fletu* Loehbach. **484** *merito* Eng. Colin. Gryph. **486** *materque* nonnulli apud Pium, *natique* T_1 Schenkl Jeep Langen Bury, *taedaeque* Baehr. *abibo* codd. Ac, *adibo* T, *obibo* C Carr. seqq. **488** *adest* T B Bu Bon. I Iunt. I II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. **489** *adflebat* V, *addabat* T, *flagrabat* T_1, *adflabat* m B Ac, *afflarat* Pius Eng. Colin. Gryph. Carr. seqq. **490** *tunc* codd. Ac, *tun'* Maser., *tune* C Carr. seqq. **491** *freta* Gron. Heins. *peti* codd. Ac, *pati* Gron. Heins. seqq. **496** *procumbat* Pius, *procurrit* Heins. Thilo Baehr. Langen Bury, *procursat* Schenkl. *nutus* Gron. **498** *qui* codd. Bon. I, *quae* Bon. II seqq. **499** *ergo* codd. edd. ante Wagnerum, *ego* Bu, *ipsa* Francius, *ecce* Burm., *virgo* T Bon. II Ven. I II Cuperus Heins. Harles Wagner seqq. **500** *viro* m Bon. I II Ven. I II. *oras* codd. Bon. I II Ven. I II Vossius, *horas* T_1 Iunt. I seqq. **501** *numquam* Pius. *si meritis noctis* V m, *si meritis si noctis* m_2. *sim meritis noctisque* B, *si meriti noctisque nec* T, *sim meriti noctisque nec* Bon. I II Ven. I II Maser., *sim meriti noctisque si* Iunt I II Pius, *si meriti noctisque sim* Ald., *si meriti noctis sique* Eng., *sim meriti noctis sique* Colin., *si meriti noctis simque* Gryph., *si meriti noctis et* Bu, *si meriti sim noctis et* C Carr. seqq., *si meriti si noctis et* Heins. Delam., *si meriti si noctis sum* Baehr., *si meriti si noctis sim* Langen Bury. **502** *te reliquisse* Bon. II Ven. I II. **503** *umquam non* Baehr., *iam non* Langen. *mea—videntem* codd. Ath, *mea—querentem* Burm., *mea—tenentem* B, *me—videntem* T_1 Delam., *me—tuentem* Heins. Thilo seqq. **504** *iurat* Bon. I. **506** Pius in codd. emendatis hos versus repperit: *flamma, quot infanda possunt in caede furores | adicias, artesque tuas, succurrere nullus | ingrato queat etc.* T_1 haec exhibet: *flamma quod* [corr. *vel*] *infanda* [corr. *infandaque*] *possunt in caede furores | adicias meque etc.* Baehr. totum locum ita constituit: *si quid tum saevius istis* vel *tum si quid saevius ipsis | adicias meque in medio terrore relinquas, | ingrato queat et nullus succurrere contra.* versus **506-7** desunt in Bu. **507** *si quid tibi* Burm. Thilo Schenkl, *tu si quid* Postgate Bury. *ipsis* codd. Ath, *istis* Bon. II Ven. I II Pius Ph. Wagner Thilo seqq. Heins. hunc locum corruptum habuit.

audiit atque simul meritis periuria poenis
despondet questus semper Furor ultus amantis.
Haec ubi dicta,tamen perstant defixus uterque,
et nunc ora levant audaci laeta iuventa,
ora simul totiens dulcis rapientia visus,
nunc deicit vultus aeger pudor et mora dictis
redditur ac rursus conterret Iasona virgo.
« accipe, perdomitis quae deinde pericula tauris
et quis in Aeolio maneat te vellere custos;
nondum cuncta tibi, fateor, promissa peregi.
saevior ingenti Mavortis in arbore restat,
crede, labor; quem—tanta utinam fiducia nostri
sit mihi nocturnaeque Hecates vestrique vigoris. »
dixerat, utque virum doceat quae monstra supersint,
protinus inmensis recubantem anfractibus anguem
turbat et Haemonii subito ducis obicit umbram.
ille, quod haud alias, stetit et trepidantia torsit
sibila, seque metu postquam sua vellera circum
sustulit atque omnis spiris exhorruit arbor,
incipit inde sequi et vacuo furit ore per auras.
« quis fragor hic? quaenam tantae, dic virgo, ruinae? »
exclamat stricto Aesonides stans frigidus ense.
illa trahit ridens tandemque ait angue represso:
« hunc tibi postremum nostri parat ira parentis,
heu miser, heu tantis iterum mihi care periclis.
o utinam ut nullo te sim visura labore
ipsam caeruleis squalentem nexibus ornum
ipsaque pervigilis calcantem lumina monstri,
contingat vix deinde mori! » sic fata profugit,
seque sub extremis in moenia rettulit umbris.
Et iam puniceo regem spes vana sub ortu
extulerat, quantis nox una diremerit undis
Aesoniden, liberne freto iam vultus aperto
utque prius totum sileat mare. dumque ea longe
explorare meat, contra venit Arcas Echion
dicta ferens, iam Circaeis Mavortis in agris
stare virum, daret aeripedes in proelia tauros.
« en vocor en ultro » dixit « spesque addidit ausa.
vos mihi nunc primum in glebas invertite tauri
aequora, nunc totas aperite et volvite flammas.
exeat Haemonio messis memoranda colono,
tuque tuum patri in Graium da, nata, draconem.
ipsius aspectu pereat, quin vellera et ipsa
terga mihi diros servent infecta cruores ».
fatur et effusis pandi iubet aequora tauris.
pars et Echionii subeunt inmania dentis
semina, pars diri portant grave robur aratri.
at sua magnanimum contra Pagasaea iuventus
prosequitur stipatque ducem; tum maxima quisque
dicta dedit saevisque procul discessit in agris.
fixerat ille gradus totoque ex agmine solus
stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
quem iam lassa dies austrique ardentis harenae,

510 *disponit—amentes* Heins. **511** *aciem* vel *metu perstant* Heins. **512** *elata* vel *freta* Heins. **513** *totiens ducis* V B, *qotiens ducis* m, *dulces totiens* Par., *quotiensque ducis* m_2, *totiensque ducis* T Bon. I II Ven. I II, *toties ducis* Bu, *totiesque dulcis* Iunt. I II, *toties dulcis* Maser., *toties dulceis* Ald., *totiesque ducis* T_2 Pius Eng. Colin. Gryph., *totiens dulces* C Carr. Patav., *totis dulces* Heins., *toties dulces* Burm. seqq. usque ad Thil., *totiens ducis* Bury, *totiens dulcis* Thilo seqq. **514** *deicit hinc* T Ath, *hinc deicit* Bu. **515** *at—conpellat* Baehr., *at—conterret* Bury. **517** *aeoli* V, *aeolii* m Bu, *aeoo* T, *eolio* T_1, *aeeo* Bon. I, *aeaeo* Bon. II Ven. I II Pius, *Aeolio* H Iunt. I seqq. *sudor* Heins. v. **518** post v. 515 Langen transposuit. **519** *restat in arvo* Heins., *in aequore restat* Friesemann. **520** *quin tanta* Sabellicus, *quod tanta* Ph. Wagner, *quae in tanta* Madvig, *temptanti* Baehr. Langen De la Ville de Mirmont, *o tanta* Samuelsson, *quae tanta* Koestlin. *ubinam* Koestlin. *in hostem* vel *contra* Columbus, *nosti* Koestlin. post *quem*, ut abruptus sermo esset, Burm. et seqq. distinxerunt. Heinsius vel versum intercidisse post *quem*, vel *quin tanta* scribendum putavit. **521** *tibi* Langen De la Ville de Mirmont Bury. post *Hecates* Leo haec supplevit: *dabo noscere coram instantis documenta mali*. *nostrique* codd. edd., *solitique* Loehbach, *vestrique* Heins. seqq. usque ad Koestlinum. **527** *spiras* Loehbach. **528** *vacuas* Baehr. **531** *abiit* Baehr., *domat* E Reuss, *ruit* Bury. **532** *hoc* Burm. Meyncke, *nunc* Bu Bon. I. *monstris* T Bon. I II Ven. I II, *monstri* Bu Burm., *monstrum* Meyncke. *rocat* E. Reuss. **533** *subiture* vel *credende* vel *damnande* Heins., *eripiende* vel *rapiende* Burm., *eripiende* Delam., *carpende* C Carr. seqq., *tradende* Baehr., *captande* E. Reuss, *irruiture* vel *functure* Fr. Reuss, *carpere* Bury. **534** *o utinam o nullo* Baehr., *o utinam nullo* Langen Leo De la Ville de Mirmont, *o utinam haut ullo* Bury. **535** *ipsum* Langen Bury. *quatientem* vel *scandentem* E. Reuss. **536** *calcantem tergora* Burm., *calcare volumina* Meyncke Baehr. Koestlin Langen Bury, *caecantem lumina* E. Reuss. **537** *mihi deinde* Bon. II Ven. I II Maser. Ph. Wagner Langen, *sic deinde* marg. Bon. II Wagner Koestlin Moltzer, *mox deinde* Heins. Schenkl, *cui deinde* Baehr., *bis deinde* Postgate Leo Samuelsson Bury, *dum deinde* E. Reuss. *vix fata* Koestlin. **539** *una* codd. Ac, *vana* Maser. Carr. seqq. **540** *vana* Ch. **541** *tiberine* V B, *tibarine* T edd ante Eng., *liberne* C T_1 Pius seqq. *fretis* codd. Ac, *freto* C Carr. seqq. *fluctus* Heins. Delam. *apertis* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph. **542** *tutum* Gron., *motum* Heins. *sidat* Heins. **543** *quaeat* V, *queat* R T m edd., *parat* Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. Huguet Thilo Langen, *meat* Wagner Ph. Wagner Schenkl Baehr. Bury. **546** *et* codd. Bon. I II Ven. I II Ch Thilo, *en* m Iunt. I seqq. *vocat* Pius. *spesque additur* Heins.. *spes concidit* Koch Langen. *aula* codd. Ac, *aura* Pius Eng. Colin. Gryph., *auso* vel *ausis* Heins., *alas* Ph. Wagner Meyncke Baehr. Bonnet Schenkl Koestlin, *illa* Koch Langen, *ausa* C Bon. II Carr. seqq. **547** *prima* Heins. *in flammas* codd. Ah Loehbach Baehr. Fr. Reuss, *glebas* Friesemann, *in liras* Madvig, *inmanes* Heins., *in sulcos* Koestlin olim, *in pugnas* Koestlin, *penitus* Schenkl, *in glebas* Ald. Gron. Patav. seqq. *mihi vertite* T Ac, *in vertice* Bu, *iam vertite* Schenkl. **548** *aequoreas cunctas* Friesemann, *aequora nunc tota* Heins., *aequora nunc totos* T_1 Loehbach Baehr. Fr. Reuss. *cooperium involvite* Heins., *aperite*, *evolvite* Wakefield. *fumos* T_1. *flamma* Heins., *glebas* Pius, *fluctus* Baehr., *flatus* Loehbach Fr. Reuss. **549** *metuenda* Pius, *metuenda* vel *ploranda* Heins **550** *tuae tuum* Iunt. I II Ald., *tuque tua* Slothouwer, *tuque ducem* Thilo olim. *partim Graium* codd. Ac, *parti Graium* C Cth, *Gradive pater* Bon. II Ven. I II Delam., *Graiis pastum* Burm. Harles, *pastum cura* Slothouwer, *in Graium patri* Thilo olim, *morti Graium* Eyssenhardt olim, *marti Graium* Ph. Wagner, *parti* vel *populo Graium* Balbus, *in pestem Graium* Meyncke Eyssenhardt. *patri in Graios* Heins. Thilo Bury, *patri in Graium* Schenkl Baehr. Koestlin Langen. *damnata* T Bu Bon. I II Ven. I II Delam. **551** *istius* Baehr. *pereant* codd. edd., *ut pereant* Burm. Harles, *pereat* Schenkl Baehr. Ellis Langen. *in vellera in ipsa* codd. Ch, *in vellera et ipsa* T Ac, *ne vellera et ipsa* Ald. Baehr. Damstè, *ne villus et ipsa* Thilo, *ne quercus et ipsa* Schenkl Langen, *ne velleris ipsa* Ellis, *in velleris ipsa* Koestlin Bury, *quin vellera et ipsa* Hth. **552** *templa* Meyncke Eyssenhardt, *aura* Baehr., *tabe* Damsté. *inlaesa* Wagner olim. **554** *pars in* Ellis. **555** *duri* Wagner. **556** *magno animo* Koestlin. **557** *spatioque ducentum* V, *spatioque ducem tum* T m Ac Koestlin, *speciosa ducem tum* Bon. II Ven. I II Maser., *stipatque ducem tum* C Bu Carr. seqq. **558** *saevusque* Bu Bon. I Iunt. I seqq. ante Carr. praeter Pium, *saevosque* T_1 Balbus. *decessit* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. *in agros* Iunt. I II seqq. usque ad Carr., *ab agris* Bon. II seqq. praeter Ch Caussinum Huguetum. **559** *solis* Koestlin. **560** *etxremi* Sandstroem. *deserta* Baehr. Loehbach. *in orbibus* Ph. Wagner Schenkl Bussenius Sandstroem, *sub orbibus* Baehr. Loehbach. *arbos* Baehr., *ales* Bussenius Schenkl [Ph. Anz. 1872] Loehbach Summers Bury. *extremus ab orbibus axis—redeuntem* vel *extremis in orbibus ales—redeuntem* vel *revolantem* Langen. **561** *quam* Baehr. Loehbach. *lapsa* T B Ac, *laxa* vel *adlapsa* Burm., *spissa* Sandstroem. *astrique* Burm.

aut quem Riphaeas extantem rursus ad arces
nix et caerulei Boreae ferus abstulit horror;
cum subito attoniti longissima Phasidis unda
Caucaseaeque trabes omnisque Aeetia tellus
fulsit et ardentes stabula effudere tenebras.
ac velut ex una siquando nube corusci
ira Iovis torsit geminos mortalibus ignes,
aut duo cum pariter ruperunt vincula venti
dantque fugam; sic tunc claustris evasit uterque
taurus et inmani proflavit turbine flammas
arduus atque atro volvens incendia fluctu.
horruit Argoae legio ratis, horruit audax
qui modo virgineis servari cantibus Idas
flebat et invito prospexit Colchida vultu.
non tulit ipse moras seseque inmisit Iason,
diversos postquam ire videt, galeamque minantem
quassat et errantem dextra ciet obvius ignem.
. . . .
. . . .
cunctatus paulum subito furit. aequora non sic
in scopulos irata ruunt eademque recedunt
fracta retro. bis fulmineis se flatibus infert
obnubitque virum, sed non incendia Colchis
adspirare sinit, clipeoque inliditur ignis
frigidus et viso pallescit flamma veneno.
inicit Aesonides dextram adque ardentia mittit
cornua, dein totis propendens viribus haeret.
ille virum atque ipsam tunc te, Medea, recusans
concutit et tota nitentem carminis ira
portat iners; tandem gravius mugire recedens
incipit et fesso victus descendere cornu.
respicit hinc socios, inmania vincula poscens,
Aesonides, iamque ora premit trahiturque trahitque,
obnixusque genu superat, cogitque trementes
sub iuga aena toros. alium dehinc turbida Colchis
exarmat lentumque offert timideque minantem,
iamque propinquanti noctem inplicat; ille fatiscens
in caput inque umeros ipsa vi molis et irae
proruit; invadit totusque incumbit Iason
desuper atque suis defixum flatibus urguet.
utque dedit vinclis validoque obstrinxit aratro,
suscitat ipse genu saevaque agit insuper hasta.
non secus a medio quam si telluris hiatu
terga recentis equi primumque invasit habenis
murmur et in summa Lapithes apparuit Ossa.
Ille velut campos Libyes ac pinguia Nili
fertilis arva secet, plena sic semina dextra
spargere gaudet agris oneratque novalia bello.
Martius hic primum ter vomere fusus ab ipso
clangor et ex omni sonuerunt cornua sulco;
bellatrix tunc gleba quati pariterque creari
armarique phalanx totisque insurgere campis.
cessit et ad socios paulum se rettulit heros
opperiens, ubi prima sibi daret agmina tellus.
at vero ut summis iam rura recedere cristis
vidit et infesta vibrantes casside terras,
advolat atque imo tellus qua proxima collo
necdum umeri videre diem, prior ense sequaci
aequat humo truncos; rutilum thoraca sequenti
aut primas a matre manus premit obvius ante.
nec magis aut illis aut illis milibus ultra
sufficit, ad dirae quam cum Tyrinthius hydrae
agmina Palladios defessus respicit ignes.
ergo iterum ad socias convertere Colchidos artes,
et galeae nexus ac vincula dissipat imae,
cunctaturque tamen totique occurrere bello
ipse cupit, spes nulla datur, sic undique densant
terrigenae iam signa duces, clamorque tubaeque.
iamque omnes videre virum, iamque omnia contra

562 *quam* Baehr. Loehbach. *spectantem* Bussenius, *errantem* Bury. *sursus* Schrader Schenkl Baehr. Koestlin olim, Bury, *vorsus* vel *versus* Koestlin. *artes* V, *Arctos* Heins., *arces* T m edd. post *attoniti* plurimi ante Burm. distinxerunt. **565** *Aetia* V m, *Oaetia* m_2, *Oetia* T Bon. I, *Aeaetia* Ald., *Aeeia* Heins., *Aeetia* Bon. II seqq. **566** *offudere* Heins. *tenebrae* codd. Ac, *tenebras* C Carr. seqq. **567** *ex unna* V, *exima* T, *eximia* T_2, *ex ima* B Ac, *ex una* C H m Carr. seqq. **569** *rumperunt* Bon. II. **572** *naribus* Meyncke olim, Eyssenhardt. *atros volvunt* Baehr. Gebbing. *rictu* Meyncke olim, Eyssenhardt, *fluctus* Baehr. Gebbing. Meyncke et Schenkl versum spurium habuerunt; hunc versum vel priorem poëtam deleturum fuisse Langen et Jeep putaverunt. **575** *flerat* Baehr. Bury. *invecto* Burm. olim. *respexit* Burm. **577** *clypeumque* Ald. *micantem* Heins. **578** .... V m, *at* Bury, *et* T m_2 edd. *ardentem* Heins., *undantem* Friesemann. post v. **578** lacuna est in V. in C T m duo versus leguntur, quos omnes ante Thil. receperunt: *ut tandem stetit et torvo [torto* C Carr.*] se lumine flexit | qui prior adversi respexit Iasonis arma.* **583** *facta* codd. Ah, *acta* Alardus, *tracta* Maser., *fracta* Pius Zinzerlingus Heins. seqq. **585** *inlidititur* V m, *illuditur* T Bon. II Ven. II, *illiditur* T_1 edd. **587** *incitat* C Cth praeter Delam., *ilicet* Baehr. *atque ardentia* codd. edd., *inque ardentia* C Cth praeter Heins. et Harles., *atque horrentia* Thilo, *inque horrentia* Schenkl, *ad squalentia* Baehr., *adque ardentia* Leo. *nectit* B Bon. I II Ven. I II, *mutat* R T_1 Heins. Thilo Nairn, *prendit* Thilo olim, Langen, *tractat* marg. Bon. I, *fixit* H Harles, *sistit* Koestlin, *mulcet* Bury. **589** *refutans* Slothouwer. **590** *cornibus* C Carr. seqq. praeter Caussinum. **591** *residens* Gron. Heins. seqq. praeter Langenum. **592** *victum* Bon. I. *discedere* Alardus. **597** *exorat* Scaligerus, *examinat* Bulaeus. **598** *nocte* Pius Heins. **599** *inque armos* Heins. **600** *procidit* Gron., *corruit* Heins. **601** *defessum* R, *defectum* Burm. Ph. Wagner Langen, *defessum* vel *defectum* Wagner, *defectum* vel *defixum* Bury. *facibus* Bu, *afflatibus* Heins., *faucibus* Caussin. *obstinxit* Iunt. I II Ald., *adstrinxit* Ph. Wagner. **604** *non secus ac* codd. edd. ante Harles. Sandstroem, *non aliter* Eug. Colin. Gryph. Ch Patav. Harles. seqq. usque ad Thilon., *non secus ec* Baehr., *non secus a* d'Orville Thilo seqq. *quam cum* Balbus Caussin, *quam qui* Koestlin Langen Samuelsson Bury, *quam se* Sandstroem, *quassae* Heins., *quodam* Ald. post hunc versum Sandstroem lacunam statuit. **605** *repentis* Heins. *primumque invasit harenis* Pius, *primoque invasit habenis* Heins. Burm. **606** *marmore et* Heins., *turbine et* Burm., *munera et* Sandstroem. *artem imbuit Ossa* Sandstroem. **607** *campis* codd. Bon. I, *campi* T, *campos* Bon. II seqq. **608** *serat* Bon. II Ven. I II. **609** *acri* codd. Bon. I II Ven. I II, *alacri* Pius, *acrique* Iunt. I II, *atroxque* Ald., *agris* Maser. seqq. **612** *quatit* codd. Ac, *quati* C T Bon. II Ven. I II Carr. seqq. **615** *sibi daret agminia* V, *sibi dare germina* B Bon. I Maser., *daret sibi agmina* T, *sibi dare agmina* T_3, *sibi dare gemina* Bon. II Ven. I II, *sibi det germina* Ald., *daret sibi germina* Balbus, *sibi daret germina* Iunt. I II, *sibi daret agmina* C m Pius seqq. **616** *adverso* C Cth, sublata post *tellus* interpunctione, *adversa* Slothouwer. **618** *ima* codd. Bon. I Iunt. I II Pius Ald., *imo* T_1 Bon. II seqq. *quae* Bon. II Ven. I II. **619** *secanti* Sabellicus Baehr. **620** *truncum* Schenkl. *rutilo in thorace* Ald., *rutilo thorace* Thilo. *sequentes* Bon. II Ven. I II Pius Harles, *sequentis* Iunt. I seqq. usque ad Carr., *sequenti* vel *ferenti* Wagner, *ferentes* vel *recenti* Heins., *secantem* Burm., *rigentes* Thilo, *levantis* Baehr. *sequentum* Bury. lectio codicum Langeno corrupta videtur. **621** *ec matre* Baehr. *metit* Langen De la Ville de Mirmont. *alter* Burm. **623** *ac* T m edd. ante Balbum. **624** *agmine* Maser. *angues* nonnulli apud Pium, Heins. Patav. **625** *iter* codd. Bon. I II Ven. I II Ch, *iterum* T Iunt. I seqq. *socios* codd. Bon. I, *socias* T_1 Bon. II seqq. *convertit* T_1 Pius. **628** *densent* Bulaeus Heins. Harles. **629** *terrigenas* Ph. Wagner. *truces* Burm. *clamore* B m Ac praeter Ald., *clangore* nonnulli apud Pium. **630** *unum iamque* Heins. Burm. *odere* C Carr. seqq. usque ad Schenkelium, *prodire* Heins., *adiere* Schenkl Langen, *urgere* Baehr. olim, *subiere* Baehr.

tela volant. tum vero amens discrimine tanto,
quam modo Tartareo galeam Medea veneno
. . . .
in medios torsit; conversae protinus hastae.
qualis ubi attonitos maestae Phrygas annua Matris
ira, vel exectos lacerat Bellona comatos:
haud secus accensas subito Medea cohortes
implicat et miseros agit in sua proelia fratres.
omnis ibi Aesoniden sterni putat, omnibus ira
talis erat. stupet Aeetes ultroque furentes
ipse viros revocare cupit, sed cuncta iacebant
agmina, nec quisquam primus ruit aut super ullus
linquitur, atque hausit subito sua funera tellus.
Protinus in fluvium fumantibus evolat armis
Aesonides; qualis Getico de pulvere Mavors
intrat equis uritque gravem sudoribus Hebrum
aut niger ex antris rutilique a fulminis aestu
cum furit et Siculo respirat in aequore Cyclops.
redditus hic tandem sociosque amplexus ovantes,
haud iam mendacem promissa reposcere regem
dignatur; nec, si ipse sibi terga ingerat ultro
qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti
amplius; ambo truces, ambo abscessere minantets

LIBER OCTAVVS

At trepidam in thalamis et iam sua facta paventem
Colchida circa omnes pariter furiaeque minaeque
patris habent; nec caerulei timor aequoris ultra,
nec miserae terra ulla procul; quascumque per undas
ferre fugam, quamcumque cupit iam scandere puppem.
ultima virgineis tunc flens dedit oscula vittis,
quosque fugit conplexa toros, crinemque genasque
ante per antiqui carpsit vestigia somni,
atque haec inpresso gemuit miseranda cubili:
« o mihi si profugae, genitor, nunc ille supremos
amplexus, Aeeta, dares fletusque videres
ecce meos! ne crede, pater, non carior ille est,
quem sequimur; tumidis utinam simul obruar undis!
tu, precor, haec longa placidus mox sceptra senecta
tuta geras, meliorque tibi sit cetera proles. »
dixit et Haemonio numquam spernenda marito
condita letiferis prodit medicamina cistis,
virgineosque sinus ipsumque monile venenis
implicat ac saevum super omnibus addidit ensem.
inde, velut torto Furiarum eiecta flagello,
prosilit; attonito qualis pede prosilit Ino
in freta, nec parvi meminit conterrita nati,
quem tenet; extremum coniunx ferit inritus Isthmon.
Iam prior in lucos curis urguentibus heros
venerat et nemoris sacra se nocte tegebat,
tum quoque siderea clarus procul ora iuventa.
qualis adhuc sparsis comitum per lustra catervis
Latmius aestiva residet venator in umbra,
dignus amore deae, velatis cornibus et iam
Luna venit; roseo talis per nubila ductor
implet honore nemus talemque expectat amantem.
ecce autem pavidae virgo de more columbae,
quae super ingenti circumdata praepetis umbra
in quemcumque tremens hominem cadit; haut secus illa
acta timore gravi mediam se misit; at ille
excepit blandoque prior sic ore locutus:
« o decus in nostros magnum ventura penates,
solaque tantarum virgo haut indigna viarum

631 *iubant* V m, *iucant* R T B Bon. I II Ven. I II, *ruunt* Sabellicus, *levant* Ald., *vibrant* Heins., *volant* Iunt. I seqq. v. **633** deest in codd. et Ac. in C hic legitur *infectam dederat sensusque armarat in illos*, quem Carr. et seqq. usque ad Thil. receperunt. **635** *atto* V m, *acto* T Bu Bon. I, *actollit* T₁, *attollit* R Pii codd., *extimulat* C B Ac, *adtonuit* Heins., *attonitos* Carr. seqq. *phrigyas agmina* T, *phrygia agmina* B Ac praeter Pium. *monstris* Iunt. I II Ald. **636** *Comanos* Maser. **639** *ubi* B m Bu Ac. *omnis ab Aesonide verti furor, omnibus irae* vel *omnibus Aesoniden sterni putat, omnibus iras* Heins. **640** *aequales* Heins., *falsa errat* Madvig. *aetes* V m, *oaetes* m₂, *oetes* T Bon. I, *aeetas* Bon. II Ven. I II, *aeaetes* Ald., *aeetes* Iunt. I seqq. **641** *iuncta* vel *cuncta cadebant* Heins. **642** *tulit* vel *fuit* Bury olim, *fugit* Langen, *fuit* Bury. *haud* codd. Ac Lemaire, *aut* Carr. seqq. **643** *pignora* Bulaeus, *pignora* vel *munera* Heins., *munera* Fr. Reuss. **646** *aquas* Friesemann, *aquis* Harles. *hauritque gravis* Baehr. **648** *ruit* vel *fugit* Heins., *fugit* Baehr., *ruit* Langen. *sicco* codd. Bon. I, *siculo* Bon. II seqq. **649** *ut* Baehr., *hinc* Francius Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. **650** *tamendacem* V, *tam mendacem* B T m Ac, *iam mendacem* Carr seqq. **652** *quae* Burm. Schenkl Baehr. Bury.

Lib. VIII. **1** *et* m, *etiam* Ac. *fata* R B Pius Eng. Colin. Gryph. Heins. Patav. Weichert. **2** *circum* Heins. **3** *agunt* Heins. **4** *umbras* B T Bu Bon. I II Ven. I II. **6** *victis* T Bon. II, *vitis* Bon. I. **8** *angue* Burm. Weichert Langen, *acta* Slothouwer, *aeque* E. Reuss. *per anti* V, *per inviti* Barthius, *per invisi* Heins., *perantiqui* Delam. Koestlin, *atque antiqui* E. Reuss, *superstantis* Leo, *per antiqui* B m edd. *carsit* V, *compsit* Ald., *carpit* B Heins., *rasit* Madvig, *carpsit* m edd. *Somni* Koestlin Leo. **9** *in presso* Burm., *os impressa* Peerlkamp. *gemit* Peerlkamp. **10** *mille* Heins. Baehr., *ipse* Schenkl, *mite* Langen. **11** *aeta* V m, *oaeta* m₂, *aeta* T₂, *oeta* T Bon. I, *Aeeta* Bon. II seqq. **12** *ipse* Bon. II Ven. I II. *hosce* Heins., *ire* Burm. **14** *longae* B Bon. I Barthius Weichert Burm.. *longe* T Bon. II seqq. usque ad Carr. *senectae* T m Ac Barthius Weichert Burm. **16** *numquam speranda* Barthius. *non adspernanda* vel *nunc adspiranda* Heins., *non adspernanda* Brouhkusius. **17** *profert* B Carr.. *promit* Turnebus Guilielmus Alardus Schenkl Baehr. *lethiferis* Bon. II Ven. I II Maser. Barthius Weitz Alardus. **19** *adiicit* Barthius. **20** *evecta* Gryph., *erecta* T Ac praeter Pium, Hth praeter Delam., Schenkl Baehr. Bury. **23** *extremo* Heins. *furit* Balbus Heins., *petit* Columbus, *terit* Schrader Postgate Bury. *premit* Baehr. *sthmo* V m, *Isthmos* Bon. II Ven. I II Maser., *Isthmo* B Bu Bon. I Iunt. I II Balbus Heins., *Isthmon* C Pius seqq. **29** *elatis* Heins. *clam* Weichert. **30** *tali* Pius Eng. Colin. Gryph. **31** *talisque* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875]. **32** *Paphiae* Heins. **33** *argenti* Declerq. **35** *icta* C Cth praeter Caussin. *immisit* Hth.

causa reperta mihi, iam iam non ulla requiro
vellera, teque meae satis est quaesisse carinae.
verum age et hoc etiam, quando potes, adice tantis
muneribus meritisque tuis; namque aurea iussi
terga referre sumus; socios ea gloria tangit. »
sic ait et primis supplex dedit oscula palmis.
Contra virgo novis iterum singultibus orsa est:
« linquo domos patrias te propter opesque meorum;
nec iam nunc regina loquor, sceptrisque relictis
vota sequor: serva hanc profugae, prior ipse dedisti
quam (scis nempe) fidem. di nostris vocibus adsunt,
sidera et haec te meque vident; tecum aequora, tecum
experiar quascumque vias, modo nequis abactam
huc referat me forte dies oculisque parentis
ingerar; hoc superos, hoc te quoque deprecor, hospes ».
Haec ait atque furens rapido per devia passu
tollitur. ille haeret comes et miseratur euntem,
cum subito ingentem media inter nubila flammam
conspicit et saeva vibrantes luce tenebras.
« quis rubor iste poli? quod tam lugubre refulsit
sidus? » ait. reddit trepido cui talia virgo:
« ipsius en oculos et lumina torva draconis
aspicis: ille suis haec vibrat fulgura cristis,
meque pavens contra solam videt ac vocat ultro,
ceu solet, et blanda poscit me pabula lingua.
dic age nunc, utrum vigilanti hostemque videnti
exuvias auferre velis, an lumina somno
mergimus et domitum potius tibi tradimus anguem? »
ille silet; tantus subiit vi virginis horror.
Iamque manus Colchis crinemque intenderat astris,
carmina barbarico fundens pede, teque ciebat,
Somne pater. « Somne omnipotens, te Colchis ab omni
orbe voco inque unum iubeo nunc ire draconem,
quae freta saepe tuo domui, quae nubila cornu
fulminaque et toto quicquid micat aethere; sed nunc,
nunc age maior ades fratrique simillime Leto.
te quoque, Phrixeae pecudis fidissime custos,
tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
quem metuis me instante dolum? servabo parumper
ipsa nemus; longum interea tu pone laborem.»
ille haut Aeolio discedere fessus ab auro,
nec dare permissae (quamvis iuvet) ora quieti
sustinet; ac primi percussus nube soporis
horruit et dulces excussit ab arbore somnos.
contra Tartareis Colchis spumare venenis
cunctaque Lethaei quassare silentia rami
perstat et adverso luctantia lumina cantu
obruit atque omnem linguaque manuque fatigat
vim Stygiam, ardentes donec sopor occupet iras.
iamque altae cecidere iubae, nutatque coactum
iam caput atque ingens extra sua vellera cervix,
ceu refluens Padus aut septem proiectus in amnes
Nilus et Hesperium veniens Alpheos in orbem.
ipsa caput cari postquam Medea draconis
vidit humi, fusis circum proiecta lacertis
seque suumque simul flevit crudelis alumnum.
« non ego te sera talem sub nocte videbam
sacra ferens epulasque tibi, nec talis hianti
mella dabam ac nostris nutribam fida venenis.
quam gravida nunc mole iaces! quam segnis inertem
flatus habet! nec te saltem, miserande, peremi!
heu saevum passure diem! iam nulla videbis
vellera, nulla tua fulgentia dona sub umbra.
cede adeo inque aliis senium nunc digere lucis
immemor, oro, mei: nec me tua sibila toto
exagitent infesta mari. sed tu quoque cunctas,
Aesonide, dimitte moras, atque effuge raptis
velleribus. patrios extinxi noxia tauros;
terrigenas in fata dedi; fusum ecce draconis

39 *iam* V, *iam nunc* C Cth, *mihi iam* Leo, *iam iam* T B m Ac Delam. Thilo seqq. *nonnulla* T edd. ante Eng. praeter Maser. **40** *rexisse* T Bu m Ath praeter Carr. Alardum Patav. **41** *agito hoc* Heins., *iam* m, *et iam* Bon. I Ald. **42** *antea* Burm. Harles. **44** *sicce* Bon. II Ven. I II. **45** *nobis iterum* V m, *notis iterum* B, *iterum notis* T Ac, *noris iterum* C m, Carr. seqq. **47** *iam ceu* Ellis. *vocor* Sabellicus, *rocor* vel *domo* Heins. **48** *fata* Slothouwer. **49** *scis [saepe]* Baehr. *orsibus* vel *ausibus* vel *coeptibus* Heins. **51** *adactam* Heins. **53** *ingerat* Maser. Cth. *superas* V, *scopulos* Bu, *socios* Burm. Weichert Delam., *superos* m edd. *hostis* Barthius. **54** *atque* Barthius. **55** *miratur* Meyncke Baehr. olim. **58** *refulxit* T Bon. I II Ven. II *refulsitt* Ven. I. **62** *meque favens* Heins., *meque tuens* Schenkl, *meque petens* Sandstroem, *meque videns* Ellis, *ne paveas* Loehbach, *nec paveas* Leo. *contra solem* Ellis, *nam me solam* Loehbach, *contra solitum* Ph. Wagner, *quoniam solam* Koestlin olim, Bury, *lucem vomit* Sandstroem, *non iam solam* E. Reuss Baehr. *pavet* Ellis. *advocat* codd. Ac Weichert Koestlin olim, Bury, *haud vocat* Baehr., *ac vocat* C Carr. seqq. **66** *mergitur* V T Bon. I Iunt. I II Ald. Eng Colin. Gryph. Carr. Alardus Patav., *vergitur* Heins., *mergimus* R T_1 Bon. II seqq. **67** *tantos* V Bu m, *tacitus* Heins. Madvig, *tanta* Baehr., *tantus* m_2 edd. *ut virginis* codd. edd., *tum virginis* R T_1 Bon. II Ven. I II Maser., *nam virginis* Schenkl, *et virginis* Madvig, *discriminis* Ph. Wagner, *vi virginis* Barthius Baehr. Langen Bury. **68** *cirrumque* Weichert, *lumenque* Heins. Fr Reuss, *virgamque* Baehr., *virgamque* vel *ramumque* Bury, *vocemque* Loehbach, *vimenque* Koestlin Langen, *circumque* Carr. Alardus. **73** *fulmina quae* edd. ante Eng. *ethere* codd. Bon. I, *aethere* Bon. II seqq. **74** *similime* codd. Bon. I, *simillime* Bon. II seqq. **75** *teque o* Meyncke Langen. **77** *meis tande* V, *meistande* m, *me tandem* B, *me hic stante* R nonnulli apud Pium, Patav. seqq. usque ad Thil. Loehbach Schenkl Langen, *me obstante* vel *adstante* Heins., *me adstante* Baehr. Bury, *miserande* Meyncke Eyssenhardt Koesters, *me stante* C Ch, *me instante* T Ac. **80** *iubet* m T B Ah, *iubet* Barthius Wagner. **81** *at* Weichert Thilo Bury. *perfusus* Heins., *perculsus* Wakefield. **82** *excussit corpore* vel *pectore* Heins., *excussit corpore* Schenkl Baehr. Langen Bury. **83** *cumulare* vel *sputare* Heins. **84** *contraque* Iunt. I II Pius Ald. **86** *orruit* V, *horruit* T m Bon. I II Ven. I II, *obruit* Iunt. I seqq. **87** *occupat* T Ath. *orbes* Heins. versus **88-125** desunt in V, qui uno folio orbatus est. **89** *ac rergens* Heins., *tergora cervix* Heins., *vellera linquit* vel *laxat* Loehbach. **90** *reiectus* Peerlkamp, *porrectus* Heins. **91** *Alphaeos* m, *Alpheus* N T Ah, *Alpheos* R Heins. seqq. **93** *porrecta* Heins. **94** *se saerumque* Bon. I II Ven I II, *seque sevumque* T N. **97** *nutriebam* Alardus. **98** *inerti* Heins. Delam. **99** *hebet* Heins. Delam. **100** *nec* m B Bu Bon. II Ven. I II Weichert, *ne* N T Bon. I Iunt I II, *nae* Pius Maser. Eng. Colin. Gryph., *heu* T_1 Ald. Carr. seqq. *passura* codd Bon. I II Ven. I II, *patiere* Weichert, *passure* Iunt. I seqq. **102** *caede adeo* m, *cede deo* T Ath, *cede adeo* N Bon. I II Ven. I II Thilo seqq. *ique* Bury. *fer degere* Heins., *nunc exige* Burm., *nunc degere* Bury. **105** *dis mitte* Barthius. hic C desiit. **107** *infesta* m B Bu T edd. ante Ald., *in busta* Heins., *in fata* N Pius Ald. seqq.

corpus habes, iamque omne nefas, iam, spero, peregi. »
quaerenti tunc deinde viam, qua se arduus heros
ferret ad aurigerae caput arboris, « eia, per ipsum
scande age et adverso gressus » ait « imprime dorso. »
nec mora fit. dictis fidens Cretheia proles
calcat et, aeriam quamvis, perfertur ad ornum,
cuius adhuc rutilam servabant bracchia pellem,
nubibus accensis similem aut cum veste recincta
labitur ardenti Thaumantias obvia Phoebo.
corripit optatum decus extremumque laborem
Aesonides, longosque sibi gestata per annos
Phrixeae monumenta fugae vix reddidit arbor
cum gemitu tristesque super coiere tenebrae.
egressi relegunt campos et fluminis ora
summa petunt. micat omnis ager, villisque comantem
sidereis totos pellem nunc fundit in artus,
nunc in colla refert, nunc implicat ille sinistrae.
talis ab Inachiis Nemeae Tirynthius antris
ibat, adhuc aptans umeris capitique leonem.
ut vero sociis, qui tunc praedicta tenebant
ostia, per longas apparuit aureus umbras,
clamor ab Haemonio surgit grege; se quoque gaudens
promovet ad primas iuveni ratis obvia ripas.
praecipites agit ille gradus atque aurea misit
terga prius; mox attonita cum virgine puppem
insilit ac rapta victor consistit in hasta.
Interea patrias saevus venit horror ad aures
fata domus luctumque ferens fraudemque fugamque
virginis. hinc subitis se inflexit frater in armis,
urbs etiam mox tota coit, volat ipse senectae
immemor Aeetes, complentur litora bello
nequiquam; fugit inmissis nam puppis habenis.
Mater adhuc ambas tendebat in aequora palmas
et soror atque omnes aliae matresque nurusque
Colchides aequalesque tibi, Medea, puellae.
extat sola parens impletque ululatibus auras.
« siste fugam, medio refer huc ex aequore puppem;
nata, potes. quo » clamat « abis? hic turba tuorum
omnis et iratus nondum pater; haec tua tellus
sceptraque. quid terris solam te credis Achaeis?
quis locus Inachias inter tibi, barbara, natas?
istane vota domus expectatique hymenaei?
hunc petii grandaeva diem? vellem unguibus uncis,
ut volucris, possem praedonis in ipsius ora
ire ratemque supra, claroque reposcere cantu
quam genui. Albano fuit haec promissa tyranno,
non tibi; nil tecum miseri pepigere parentes.
Aesonide; non hoc Pelias evadere furto
te iubet aut ullas Colchis abducere natas.
vellus habe et nostris siquid super accipe templis.
sed quid ego quemquam inmeritis incuso querellis?
ipsa fugit tantoque (nefas) ipsa ardet amore.
hoc erat, infelix, (redeunt nam singula menti)
ex quo Thessalici subierunt litora reges
quod nullae te, nata, dapes, non ulla iuvabant
tempora. non ullus tibi tum color, aegraque verba
errantesque genae atque alieno gaudia vultu
semper erant. cur tanta mihi non prodita pestis,
ut gener Aesonides nostra consideret aula
nec talem paterere fugam? commune fuisset
aut certe nunc omne nefas; iremus et ambae
in quascumque vias; pariter petiisse iuvaret
Thessaliam et saevi, quaecumque est, hospitis urbem. »
sic genetrix, similique implet soror omnia questu
exululans; famulae pariter clamore supremo
in vacuos dant verba notos dominamque reclamant
nomine; te venti procul et tua fata ferebant.
Inde diem noctemque volant. redeuntibus aura
gratior, et notae Minyis transcurrere terrae,
cum subito Erginus puppi sic fatur ab alta.

112 post *fictis* edd. ante Burm. distinxerunt. **113** *squamis* H Ald. Heins. Weichert Delam. **115** *aut* om. Heins. **117** *laborum* Pius Heins. **122** *nullisque* Bon. II Ven. I II. **123** *rutilos* Heins. **129** *hemonio* codd. Bon. I, *haemonio* Bon. II seqq. **131** *atque* Barthius Hth praeter Delam. **134** *ad auras* codd. Bon. I, *in aures* Alardus, *ad aures* T m_2 edd. **135** *fidemque* T edd. ante Eng. praeter Pium. versus **136-153** et **366-385** desunt in V, in quo versus **154-185** post v. **365** leguntur. in m B Bu N T Bon. I versus **136-185** secuntur versum **385**. verum versuum ordinem Bon. II restituit. post v. **135** Pius in nonnullis codicibus hos versus repperit, quos T_2 quoque addidit et omnes edd. spurios habuerunt praeter Weichertum, qui post v. **139** collocatos poëtae vindicavit: *Occidit Aeetes, casu perculsus acerbo, stratus humi. carae relegens vestigia natae | dat gemitus: lacrymasque simul vocesque resorbet. | heu miser! attollens foedatam pulvere tandem | caniciem. poterasne tuo nocuisse parenti | filia, sola meae spes non indigna senectae? | duceris a Minyis furtim: dulcique carebis | coniugio, laeta et numquam praedone marito. | hic labor est, Absyrte, tuus; revocare sororem | undique selectam pubem: iam classe parata | et nostro da vela mari. tum ille impiger omen | accipit: et magni subiit [peragit T_2] mandata parentis. | interea velo remisque feruntur in altum | certatim Minyae: solers Neptunia proles | consulit, ut dubio caveant contendere cursu: | et securus, ait, nobis et tutior Ister.* **136** *hunc* Barthius Alardus. *inflexit* codd. edd., *effluxit* Pius, *insurgit* Ald. Zinzerlingus Huguet, *adfluxit* vel *en fulsit* vel *en vindex* vel *effulsit* Heins., *effulsit* Baehr., *se erexit* Burm., *en flexit* Harles, *incessit* Wagner, *infelix* Schenkl Hartel Langen Bury, *infert se* Fr. Reuss, *se inflexit* ego. **137** *urbis* Bon. II Ven. I II. **138** *oetes* N m_2 Bon. I, *aetes* m, *oethes* T, *aethes* T_1, *aeetes* Bon. II seqq. **139** *iam* Heins., *iam* vel *cita* Ph. Wagner. post hunc versum Weichert Jeep Thilo lacunam statuerunt. veri similius Schenkelio videtur poëtam partes tantum aliquas huius libri exaravisse. **140** *ad hoc* Burm., *ad haec* vel *Idyia* Wagner, *Idyia* Delam., *ad hanc* Baehr. Bury. **143** *restat* marg. Bon. II. **148** *nuptas* Postgate Bury. **149** *nota* T Ah, *tota* N, *vota* R B T_1 m Pius Gron. Heins. seqq. **150** *merui* Damstè. **157** *quidvis* Baehr. **158** *ego o* Mueller Seaton. **161** *subiere haec* vel *secuerunt* Heins. *nam singula* codd., *aequora remi* T edd., *aequora* vel *litora remi* Heins., *litora remi* Schenkl Baehr. Bury, *ostia regi* Samuellson, *tempore reges* Koestlin, *litora reges* ego. Thilo ac Langen nihil diiudicant. **162** *iuvabat* Bury. **163** *pocula* d'Orville Schenkl, *te ioca* Baehr., *tempea* Mueller, *carmina* Nairn, *purpura* Bury, *somnia* Koestlin, *te mera* Zingerle. lectionem codicum Langen spuriam habuit. *vultu color* Heins. **164** *arentesque* Burm. *aliena ah* Langen, *alieni* Peerlkamp. *alieno ad* Baehr. De la Ville de Mirmont. *vultus* Peerlkamp. **165** *eras* Baehr. De la Ville de Mirmont. post *tempora* atque *erant* fere omnes Hth, post *pestis* Koestlin Samuellson Bury alii signum interrogationis posuerunt. **166** *aut* Koestlin Bury, *tum* Samuellson. **167** post *fugam* Bon. II Ven. I II Loehbach Koestlin Bury alii signum interrogationis deleverunt. **168** *aut certe non* B Burm., *aut certe tunc* Weichert Delam. Thilo, *aut certe tecum* Heins. Wagner Baehr., *aut certe nata* Schenkl, *aut per te non* Ellis, *aut certe mecum* Leo, *haud renuo tunc* Ph. Wagner **169** *qualemcumque* Baehr. Bury. post *vias* Loehbach signum interrogationis posuit. **172** *supino* Pius. **174** *sed—venti et sua* Peerlkamp. post hunc versum Peters lacunam statuit.

« vos » ait « Aesonide, contenti vellere capto,
nec via quae superet, nec quae fortuna videtis.
crastina namque dies trucis ad confinia ponti
Cyaneasque vocat, meminique, o Tiphy, tuorum
saxa per illa, pater, memini, venerande, laborum.
mutandum, o socii, nobis iter; altera ponti
eluctanda via et cursu, quem fabor, eundum est.
haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Histri,
fundere non uno tantum quem flumina cornu
accipimus; septem exit aquis, septem ostia pandit.
illius adversi nunc ora petamus et undam,
quae latus in laevum ponti cadit; inde sequemur
ipsius amnis iter, donec nos flumine certo
proferat inque aliud reddat mare. sint age tanti,
Aesonide, quaecumque morae, quam saeva subire
saxa iterum, quam Cyaneos perrumpere montes.
sat mihi: non totis Argo redit ecce corymbis. »
haec ait ignarus fixas iam numine rupes
stare neque adversis ultra concurrere saxis.
reddidit Aesonides: « et te, fidissime rector,
haud vani tetigere metus, nec me ire recuso
longius et cunctis redeuntem ostendere terris. »
protinus inde alios flectunt regesque locosque
adsuetumque petunt plaustris migrantibus aequor.

Puppe procul summa vigilis post terga magistri
haeserat auratae genibus Medea Minervae;
atque ibi deiecta residens in lumina palla
flebat adhuc, quamquam Haemoniis cum regibus iret,
sola tamen nec coniugii secura futuri.
illam Sarmatici miserantur litora ponti,
illa Thoanteae transit defleta Dianae.
nulla palus, nullus Scythiae non maeret euntem
amnis; Hyperboreas movit conspecta pruinas,
tot modo regna tenens; ipsi quoque murmura ponunt
iam Minyae, iam ferre volunt. vix allevat ora
ad seras, siquando, dapes, quas carus Iason
ipse dabat, iam nubiferam transire Carambin
significans, iam regna Lyci, totiensque gementem
fallit ad Haemonios hortatus surgere montes.
Insula Sarmaticae Peuce stat nomine nymphae,
torvus ubi et ripa semper metuendus utraque
in freta per saevos Hister descendit alumnos;
solvere in hoc tandem resides dux litore curas,
ac primum socios ausus sua pacta docere
promissamque fidem thalami foedusque iugale.
ultro omnes laeti instigant meritamque fatentur.
ipse autem invitae iam Pallados erigit aras,
incipit Idaliae numen nec spernere divae.
praecipueque sui, siquando, in tempore pulcher
coniugii Minyas numquam magis eminet inter;
qualis sanguineo victor Gradivus ab Hebro
Idalium furto subit aut dilecta Cythera;
seu cum caelestes Alcidae invisere mensas
iam vacat et fessum Iunonia sustinet Hebe.
adsunt unanimes Venus, hortatorque Cupido
suscitat adfixam maestis Aeetida curis;
ipsa suas illi croceo subtegmine vestes
induit, ipsa suam duplicem Cytherea coronam
donat et arsuras alia cum virgine gemmas.
tum novus implevit vultus honor, ac sua flavis
reddita cura comis, graditurque oblita malorum.
sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
laetaque iam Cybele festaeque per oppida taedae,
quis modo tam saevos adytis fluxisse cruores
cogitet? aut ipsi qui iam meminere ministri?
inde, ubi sacrificas cum coniuge venit ad aras
Aesonides, unaque adeunt pariterque precari
incipiunt, ignem Pollux undamque iugalem
praetulit, et dextrum pariter vertuntur in orbem.
sed neque se pingues tum candida flamma per auras
explicuit, nec tura videt concordia Mopsus,
promissam nec stare fidem, breve tempus amorum.
odit utrumque simul, simul et miseratur utrumque,
et tibi tum nullos optavit, barbara, natos.
mox epulas et sacra parant; silvestria laetis
praemia venatu facili quaesita supersunt;
pars veribus, pars undanti despumat aeno.
gramineis ast inde toris discumbitur, olim
Hister anhelantem Peucen quo presserat antro.
ipsi inter medios rosea radiante iuventa

178 *Aesonidae* V edd. ante Eng., *Aesonides* Eng. Colin. Gryph., *Aesonide* T m Bon. I Pius seqq. *rapto* B T, Heins. Burm. Pindemonte Delam. **179** *qua superet* Bon. I. **186** *fando* Burm. **189** *sed lacus in* T Bon. I, *qua latus in* Heins. **191** *perferat* edd. praeter Delam. ac Thilonem. *mage* Heins. **192** *quecumque* codd. Bon. I, *quaecumque* Bon. II seqq. **194** *stat mihi* B Bu Heins. Wagner Huguet, *sat tibi* Burm., *hac mihi* Baehr. post *mihi* Caussin Loehbach alii signum distinctionis deleverunt. *non—reditura* vel *non—redisse* Heins., *non—reditura* vel *non—redit ecce* vel *dum—redit ecce* Burm. **200** *flexa* Ph. Wagner Baehr. Langen. **202** *regna* Alardus. versus **202-216** poëtam curis secundis post v. 174 collocaturum fuisse Langen putavit. **204** *in lumine* Bon. II Ven. I II, *in flamina* Zinserlingus, *sub tegmine* Turnebus Alardus. versus **207-17** suspectos habuit Delam. **208** *inde* vel *atque* Burm. *deflexa* codd. Ath. *deflexaque* Ven. II, *devexa* Heins., *defleta* R T, Pius Ald. Alardus Wagner Lemaire Huguet Thilo seqq. **211** *aspri quoque* Ald. Delam., *ipsi per* Burm. *murmure* codd. Bon. I Iunt. I II Ald. Delam., *marmora* Heins. Burm., *murmura* m Bon. II seqq. *ponti* m T Ac Hth Ph. Wagner. **213** *at* B T Bon. I Iunt. I II Ald, *has* Barthius Alardus. **216** *et* Weichert. *hortatur* m B T edd. ante Alardum, Weichert. **217** *peucae* m Bon. I Iunt. I II Ald. **219** *Alanos* Maser Cth praeter Heinsium. **220** *residens* Heins. **221** *hic socios* Heins. **224** *ipsa* codd. edd. ante Burm., *ipse* Balbus Barthius Alardus Heins. Burm. seqq. *innuptae* Bon. II Ven. I II Wagner, *invictae* Sandstroem Loehbach Schenkl [Phil. Anz. 1873]. *iam linquere* Sandstroem. *erigere* Heins. Baehr., *virginis* Sandstroem. **226** *precipueque* codd. Bon I, *praecipueque* Bon. II seqq. **228** *Haemo* Zinserlingus. **230** *ceu* Langen. **231** *Iuno iam—Hebae* Baehr. *destinat* Baehr., *distinet* vel *suspicit* Heins. olim. post *Hebe* signum minoris distinctionis Koestlin posuit. **232** *adfuit* Baehr., *adnuit* Meyncke. *unanimis* Meyncke Baehr. Koestlin Langen Bury. post *Cupido* edd. ante Burm., Wagner Huguet alii interpunxerunt. versum **233** post v. 229 Langen, ante v. 232 Koestlin ac Bury transposuerunt. **233** *sufficit* Bon. II Ven. I II. *hic fixam* Wagner. *maestis qui* Schenkl. **235** *duplex* Heins. **239** *planctis* Bon. I. **240** *fedaque* T Bon. I. **241** *iam* V T m Ah Schenkl, *tam* B Bon. II Ven. I II Pius Heins. seqq. **242** *haud* Heins. *quin* Heins., *quid* Barthius. **243** *hinc* Carr. **244** *imaque* Bon. I. **246** *ut—vertantur* T Bon. I Iunt. I II Maser. Ald. seqq. usque ad Heins., Patav. seqq. usque ad Harles., Wagner Lemaire, *et—verguntur* Baehr. *paterae* Baehr. **247** *aras* Maser. **249** *et breve* vel *promissa—fide* Heins. **251** *iam* edd. praeter Burium. **252** *sacra—laeti* B T Bon. I Iunt. I seqq. usque ad Alardum, Koestlin, *sacra—lautis* vel *strata—laeti* Heins.. *sacra—festis* Burm. **253** *superdant* Koestlin. **254** post *veribus* Ph. Wagner haec supplevit: *figit trepidantia viscera acernis* | *pars foliis undam ingenti despumat aeno*. Schenkl malit *f. lympham undanti d. ae.* Baehr. ac Gebbing totum locum suspectum habuerunt.

altius inque sui sternuntur velleris auro.
Quis novus inceptos timor inpediit hymenaeos
turbavitque toros et sacra calentia rupit?
Absyrtus subita praeceps cum classe parentis
advehitur profugis infestam lampada Grais
concutiens diramque premens clamore sororem:
atque « hanc, o siquis vobis dolor iraque, Colchi,
adcelerate viam; neque enim fugit aequore raptor
Iuppiter aut falsi sequimur vestigia tauri.
puppe (nefas) una praedo Phrixea reportat
vellera; qua libuit remeat cum virgine; nobis
(o pudor!) et muros et stantia tecta reliquit.
quid mihi deinde satis? nec quaero vellera nec te
accipio, germana, datam; nec foederis ulla
spes erit aut irae quisquam modus. inde reverti
patris ad ora mei tam parvo in tempore fas sit?
quinquaginta animae me scilicet unaque mersa
sufficiet placare ratis? te, Graecia fallax,
persequor atque tuis hunc quasso moenibus ignem;
nec tibi digna, soror, desum ad conubia frater.
primus et ecce fero quatioque hanc lampada vestro
coniugio, primus celebro dotalia sacra,
qui potui; patriae veniam da, quaeso, senectae.
quin omnes alii, pariter populique patresque,
mecum adsunt, magni virgo ne regia Solis
Haemonii thalamos adeas despecta mariti,
tot decuitque coire rates, tot fulgere taedas. »
Dixerat. itque orans iterum ventosque virosque,
perque ratis supplex regis vox illa magistris.
illi autem intorquent truncis frondentibus undam,
quaeque die fuerat raptim formata sub uno
et tantum deiecta suis a montibus arbor
(quid dolor et veterum potuit non ira virorum?)
haud longis iam distat aquis, sequiturque volantem
barbara Palladiam puppem ratis, ostia donec
Danubii viridemque vident ante ostia Peucen,
ultimaque adgnoscunt Argoi cornua mali.
tum vero clamorem omnes inimicaque tollunt
gaudia, tum gravior remis fragor, ut procul Argo
visa viris, unamque petunt rostra omnia puppem.
princeps navalem nodosi roboris uncum
arripit et longa Styrus prospectat ab unda,
coniugio atque iterum sponsae flammatus amore.
iamque alii clipeos et tela trabalia dextris
expediunt, armant alii picis unguine flammas.
inpatiens tremit hasta morae, nec longius inter,
quam quod tela vetet, superest mare. vocibus urguent
interea et pedibus pulsant tabulata frementes.
Cum subitas videre rates vibrataque flammis
aequora, non una Minyae formidine surgunt,
primus et in puppem deserta virgine ductor
prosilit et summa galeam rapit altus ab hasta,
ense simul clipeoque micat; nec cetera pubes
segnius adreptis in litore constitit armis.
at tibi quae scelerum facies, Medea, tuorum?
quisve pudor Colchos iterum fratremque videnti
quidquid et abscisum vasto iam tuta profundo
credideras? ergo infausto sese occulit antro,
non aliud quam certa mori, seu carus Iason,
seu frater Graia victus cecidisset ab hasta.
Haud ita sed summo segnis sedet aethere Iuno,
aut sinit extrema Minyas decernere pugna,
nec numero quoniam Colchis, nec puppibus aequos.
ergo ubi diva rates hostemque accedere cernit,
ipsa subit terras tempestatumque refringit
ventorumque domos. volucrum gens turbida fratrum
erumpit, classem dextra Saturnia monstrat.
videre, inque unum pariter mare protinus omnes
infesto clamore ruunt inimicaque Colchis
aequora et adversos statuunt a litore fluctus.
Tollitur atque infra Minyas Argoaque vela
Styrus abit; vasto rursus desidit hiatu
abrupta revolutus aqua. iamque omnis in astra

262 *advenitur* Harles. 263 *diroque* Baehr. Schenkl [Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. 1875] Langen. 264 *atque haec!* Heins., *heia agite* Baehr., *usque hanc* Caussin. 265 *fugam* T Bu B Bon. I II Ven. I II Weichert. *aethere* Schenkl Baehr. olim, Jeep. 267 *ima* Bon. I II Ven. I II. 268 *quoque libet* Heins. *tremeat* V m, *remeant* Pius Eng. Colin. Gryph., *remeat* T edd. 269 *inania* Eyssenhardt. 270 *caro* Heins. 272 *spes super* Heins. Patav. *unde* Heins. 273 *non pavor* Ald. 275 *sufficiat* Heins. 276 *spargo* Declerq 278 *pronubus ecce* Declerq. *vestra* Bon. I. 281 *alii* V T Ah Bip., *actis* Burm., *alto* Balbus Heins., *alii* m Bon. II seqq. *populusque* Bentley Harles Thilo seqq. 282 post *adsunt* signum maioris distinctionis omnes edd., praeter Gryph. Koestlinum Burium alios, posuerunt. 284 *decuit* codd. edd., *decuitque* Koestlin Bury. *concire* Heins., *comitare* Baehr., *coiisse* Bon. II seqq. praeter Iunt. I II Ald. Koestlin. Burium. 285 *atque* codd. edd., *itque* Iunt. I II Pius Ald. seqq usque ad Thil. Heinsio excepto, Thilo E. Reuss Ph. Wagner Madvig Koestlin Sandstroem Nairn Bury. *orat supplex* Schenkl, *orans iterat* Baehr., *urgens iterum* Sandstroem. *remosque* Baehr. 286 *perque ratis supplex et remigis vexilla magistris* V m, *perque ratis supplex ac remigis vexilla magistris* B, *perque ratis supplex et remigis vexilla magistros* Bu, *perque ratis supplex vox remigis illa magistros* T Ath, *accenditque ratis supplex vox una magistros* T_4, *perque ratis supplex vox remigis illa magistris* Pius, *perque ratis supplex repsit vox illa magistros* nonnulli apud Pium, *perque rates supplex it remigi et inde magistris* vel *ter quater his supplex vox erigit illa magistros* Heins., *perque rates implet vox remigis illa magistros* Burm., *perque rates supplex vox remigis illa magistris* Slothouwer. *perque rates supplex volat et premit ille magistros* Withofius, *perque ratis supplex remeat vox illa magistros* Weichert Delam., *perque ratis urguet remos vox alta magistri* Rupertius Thilo, *perque rates una est vox remigis atque magistri* Wagner, *perque ratis remosque iterum vox alta magistri* Schenkl, *perque ratis subit extremis vox illa magistris* Sandstroem, *perque ratis supplex fremit et vox lata magistris* Ellis, *et properat supplex remos vox atque magistros* E. Reuss, *perque rates it remigii vox illa magistris* Madvig, *perque ratis supplex vox regis perque magistros* Ph. Wagner, *perque ratis iit et remos vox alta magistri* Langen, *perque ratis supplex iterat vexilla magistris* Bury, *perque ratis supplent regis verba illa magistri* Baehr., *perque ratis supplex reliquis vexilla magistris* Nairn, *perque ratis supplex iterum vexilla magistris* Koestlin, *perque ratis supplex regis vox illa magistris* ego. Leo duo hemistichia intercidisse ratus totum locum sic constituit: *perque ratis supplex et remigis agmina gressus | flammea nave sua tollit vexilla magistris.* Barthio versus tollendus videbatur. 287 *tonsis* Heins. 288 *sub imo* Bon. I II Ven. I II. 289 *ad Tethyn delecta* Unger. 290 *virorum!* Weichert. totum versum ut glossam respuit Wagner. 292 *Palladiam* Iunt. II Ald. 297 *nostra* T Bon. I. 298 *primus* Barthius. 300 *contingis* Barthius. 303 *mora* Iunt. II Ald. *inde* Heins. 307 *vana* Balbus Heins. Schenkl, *ulla* Bosscha Baehr., *ima* Postgate Bury. 318 *riderat ut* vel *ridit et haud* Heins., *haud ita nec* Balbus Burm. Delam. *somno segnis* Eng. Colin. Gryph., *segnis summo* Baehr. 319 *haud* T m edd. ante Ald. praeter Pium, Carr. Hth praeter Harles. ac Delam. 320 *cernens* Ald., *iam iam* vel *aequi* Wagner. 322 *lapsa subit* Heins. 325 *videre inque imum* T Bon. I II Ven. I II Iunt. I II Maser. Delam., *verrentem imum* Ald. 328 *atque intra Minyas* codd. edd., *atque inter Colchos* Langen, *et contra Minyas* Samuelison, *atque ultra Minyas* Bury, *atque infra Minyas* ego. 329 *habet* V m, *obit* Schenkl. *adest* Baehr., *abit* T edd. *desidet* V, *desedit* Iunt. I Maser. Eng. Colin. Gryph. Carr. Alardus Patav., *descedit* Iunt. II, *descendit* Ald., *desidit* V_4 edd.

itque reditque ratis, lapsoque reciproca fluctu
descendit. vorat hos vertex, hos agmine toto
gurges agit. simul in vultus micat undique terror,
crebra ruina poli caelestia limina laxat.
non tamen ardentis Styri violentia cedit.
hortatur socios media inter proelia divum:
« transferet ergo meas in quae volet oppida dotes
Colchis? et Haemonius nobis succedet adulter?
nec mihi tot magnos inter regesque procosque
profuerit prona haud dubii sententia patris?
an virtus praelata viri est et fortior ille,
quem sequitur? iungam igniferos sine carmine tauros,
saevaque Echionii ferro sata persequar hydri.
hoc adeo interea specta de litore pugnas
amborum, victoris eris; iam digna videbis
proelia, iamque illud carum caput ire cruenta
sub freta, semiviri nec murra corpus Achivi,
sed pice, sed flammis et olentis sulphure crines.
vos modo vel solum hoc fluctus expellite corpus,
non te, Aeeta pater, generi, aut, Sol magne, pudebit.
fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos
ipsa movet diraque levat maria ardua lingua?
atque iterum Aesonides, iterum defenditur arte,
qua solet? haut illi cantus et futile murmur
proderit. ite, rates, et frangite virginis undam. »
dixit et intortis socio cum milite remis
prosilit; at fluctu puppis labefacta reverso
solvitur effunditque viros ipsumque minantem
tunc quoque et elata quaerentem litora dextra.
ibat et arma ferens et strictum naufragus ensem;
incipit et remos et quaerere transtra solutae
sparsa ratis, maestasque aliis intendere voces
puppibus; ast inter tantos succurrere fluctus
nulla potest quantum ille velit; quotiensque propinquat,
tunc aliud rursus dirimit mare. iam tamen errat
iamque abiit, fundoque iterum violentus ab imo
erigitur; sed fluctus adest, magnoque sub altis
turbine figit aquis, et tandem virgine cessit.
Absyrtus visu maeret defixus acerbo,
nec quid agat, qua vi portus et prima capessat
ostia, qua possit Minyas invadere, clausos
quos videt agnoscitque fremens? maria obvia contra
saevaque pugnat hiemps, totusque in vertice pontus.
abscessit tandem vanaque recedit ab ira
et tanta de clade ratis. latus inde sinistrum
adversamque procul Peuces defertur in oram
cum sociis; gemino nam scinditur insula flexu
Danubii. hac dudum Minyae Pagasaeaque puppis
in statione manent; illinc Aeetius heros
obsidet adversa tentoria Thessala classe
inpatiens, pugnaeque datur non ulla potestas.
noctes atque dies vastis mare fluctibus inter
perfurit, expediant donec Iunonia sese
consilia atque aliquem bello ferat anxia finem.
At Minyae tanti reputantes ultima belli
urguent et precibus cuncti fremituque fatigant
Aesoniden. quid se externa pro virgine clausos
obiciat, quidve illa pati discrimina cogat?
respiceret pluresque animas maioraque fata
tot comitum, qui non furiis, nec amore nefando
per freta, sed sola sese virtute sequantur.
an vero, ut thalamis raptisque indulgeat unus
coniugiis? id tempus enim! sat vellera Grais
et posse oblata componere virgine bellum.
quemque suas sinat ire domos, nec Marte cruento
Europam atque Asiam prima haec committat Erinys.
namque datum hoc fatis, trepidus supplexque canebat
Mopsus ut in seros irent magis ipsa nepotes,
atque alius lueret tam dira incendia raptor.
Ille trahens gemitum tantis ac vocibus inpar,
quamquam iura deum et sacri sibi conscia pacti
religio dulcisque movent primordia taedae,

332 *varat* V m B Bu Bon. I, *narat* T N, *trahit* edd. ante Harlesium, *vorat* R T_1 Bon. II Ven. I II Heins Harles seqq. *has—has* Koestlin. *aequore* Baehr. *torto* nonnulli apud Pium Heins. 333 *simili in vultu* Heins., *simili vultu* vel *simul in fluctus* Burm. 334 *lumina* codd. edd. ante Burm., *limina* Bu Burm. seqq. 337 *transferat* V Patav. Burm. Harles Bip. Delam., *transferet* m edd. 338 *subsidet* Bentley. 342 *ignivomos* Friesemann. 343 *fata* Bon. I II Ven. I II. 344 *alto* Friesemann. *has* m_2 Weichert. *spectans* T Ath. 347 *conditum* Heins. *Achivis* Iunt. II Pius Eng. Colin. Gryph. 348 *flammise tollentis* V, *flammis et olentes* Eng. seqq. usque ad Thil., *flammis sed olentes* Caussin Lemaire Huguet, *flammis sed olenti* Heins., *flammis et olenti* Sandstroem, *flammis set olentis* Baehr. Bury, *flammis et olentis* T m edd. *sulphure cernes* m_2 Heins., *sulphure fragrans* Sandstroem. 354 *aut* codd. Bon. I, *haut* Bon. II seqq. *ulli* Burm. 357 *ac* T m Ath praeter Bon. II Ven. I II Delam. 360 *nabat* vel *vibrat* Heins, *nabat* Bury. *furens* Heins. 361 *arripere et remos et prendere* Heins. 362 *maestas aliis* codd. edd., *maestas aliis* Heins. Wagner Weichert Huguet, *maestasque aliis* Thilo Schenkl Baehr. Bury. 364 *aut ille velit* codd. Heins. Burm., *haud ulla velit* R Bon. II Ven. I II Pius, *aut illa velit* T Bon. I Iunt. I II Ald, *haud nulla velit* Sabellicus Maser. Barthius, *aut ulla valet* Weichert Thilo, *aut ulla velit* T_1 Balbus seqq. usque ad Thil., Schenkl Ph. Wagner Koestlin Langen, *aut nulla audet* Sandstroem, *actam ille petit* Bury, *quantum ille velit* Baehr. 365 *iamque iterum* vel *iam iamque fere* Heins. *extat* Ald. Zinzerlingus Hth Schenkl Baehr. Langen Bury, *enat* vel *adnat* Sandstroem. 366 *revolutus* Ald. Zinzerlingus Heins. 368 *equis* Iunt. II Pius Ald. Eng. Colin. Gryph. *Stygiaque voragine pressit* vel *mersit* vel *tantaque* vel *vastaque voragine* vel *hianti in gurgite sepsit* Heins. 370 *ne* R T_1, *nunc* Schenkl Langen Bury, *sed* vel *heu* Heins., *heu* Thilo Baehr. 372 *tremens* codd. Ah, *fremens* Sabellicus Heins. seqq. 373 *motusque a gurgite* Heins. olim, *tortusque in vertice* Santenius. 374 *ascendit* B, *ascedit* Ald., *abscedit* Pius Weichert, *adspectu* Baehr., *absistit* Loehbach Gebbing. *recepit* Bon. II Ven. I II, *resedit* Caussin Koestlin. 375 *rates* m Bon. I II Ven. I II, *ratis* m_2 Iunt. I seqq. 377 *socii* T m edd. ante Burm., *sociis* Bon. II Ven. I II Maser. Barthius Alardus Heins. Burm. seqq. *cingitur* Schrader Baehr. 378 *at* m, *ac* Bon. I II Ven. I II, *ut* Koestlin, *hac* Iunt. I seqq. *tuta* Baehr 379 *aetius* m T_1, *oetius* T Bon. I, *oaetius* m_2. *Aeetius* Bon. II seqq 384 *Pallas ferat* Loehbach. 387 *clausas* codd., *clausa* N Bon. I Iunt. I II Pius Maser Ald. Ch Weichert, *clasi* Balbus, *classi* Schelius Delam., *claustro* vel *classi* vel *Colchis* Heins., *clauso* Ven. I, *clausos* T_1 Bon. II seqq. 390 *furtis* Hth Thilo Schenkl Baehr. Bury. *more* codd. Bon. I Weichert, *amore* Bon. II seqq. 393 *it tempus enim* Balbus, *id tempus emi?* Heins. *vellere* Maser. post *enim* Pius Caussin Huguet alii signum interrogationis posuerunt. 395 *ne* Heins. 396 *commutat* B, *commutet* Bon. I Iunt. I II Ald., *committet* Bon. II Ven. I II, *commutet* vel *committat* Maser. 397 *nempe* Bury. 398 *ista* T Bon. II Ven. I II Pius Nodell Harles Wagner Weichert Huguet Thilo seqq. *irent transcripta nepotes* vel *ratum—iret maris ira nepotes* Heins., *irent mage bella* vel *iret magis ira nepotes* Burm., *iret iis ista* vel *iret gravis ira nepotes* Postgate, *iret magis ista nepotes* Weichert. 399 *at* Bon. I. 401 *est acri sibi* V, *est acris ubi* m T B Bon. I II Ven. I II, *sacri sibi* Iunt. I II Ald., *et sacri sibi* Pius Maser. seqq.

cunctatur, mortemque cupit sociamque pericli
cogitat: haud ultra sociis obsistere pergit.
haec ubi fixa viris, tempus fluctusque quietos
expectant: ipsam interea, quid restet, amantem
ignorare sinunt decretaque tristia servant.

Sed miser ut vanos, veros ita saepe timores
versat amor, fallique sinit nec virginis annos.
ac prior ipsa dolos et quamlibet intima sensit
non fidi iam signa viri nimiumque silentes
una omnes. haut illa sui tamen immemor umquam,
nec subitis turbata minis, prior occupat unum
Aesoniden, longeque trahit, mox talibus infit:
« me quoque, vir, tecum Minyae, fortissima pubes,
nocte dieque movent; liceat cognoscere tandem,
si modo Peliacae non sum captiva carinae,
nec dominos decepta sequor, consultaque vestra
fas audire mihi. vereor, fidissime coniunx,
nil equidem; miserere tamen promissaque serva
usque ad Thessalicos saltem conubia portus,
inque tua me sperne domo. scis te mihi certe,
non socios iurasse tuos. hi reddere forsan
fas habeant: tibi non eadem permissa potestas.
teque simul mecum ipsa traham; non sola reposcor
virgo nocens, atque hac pariter rate fugimus omnes.
an fratris te bella mei patriaeque biremes
terrificant magnoque inpar urgueris ab hoste?
finge rates alias et adhuc maiora coire
agmina; nulla fides? nullis ego digna periclis?
non merui mortemque tuam comitumque tuorum?
vellem equidem nostri tetigissent litora patris
te sine duxque illis alius quicumque fuisset.
nunc remeant, meque ecce (nefas) et reddere possunt,
nec spes ulla super. quin tu mea respice saltem
consilia et nimio comitum ne cede timori.
credidit ardentes quis te tunc iungere tauros
posse? quis ad saevi venturum templa draconis?
o utinam ergo meus pro te non omnia posset
atque aliquid dubitaret amor! quin nunc quoque quaere
quid iubeas. heu, dure, siles? magnumque minatur
nescio quid tuus iste pudor. mene, optime quondam
Aesonide, me ferre preces et supplicis ora
fas erat? haud hoc nunc genitor putat — aut dare poenas
iam sceleris dominumque pati? » sic fata parantem
reddere dicta virum furiata mente refugit
vociferans. qualem Ogygias cum tollit in arces
Bacchus et Aoniis inlidit Thyada truncis;
talis erat talemque iugis se virgo ferebat
cuncta pavens: fugit infestos vibrantibus hastis
terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.
si Pagasas vel Peliacas hinc denique nubes
cerneret et Tempe tenui lucentia fumo:
hoc visu contenta mori. tunc tota querellis
egeritur questuque dies, eademque sub astris
sola movet, maestis velut nox illa sonaret
plena lupis, quaterentque truces ieiuna leones
ora vel orbatae traherent suspiria vaccae.
procedit non gentis honos, non gloria magni
Solis avi, non barbaricae decor ille iuventae,
qualis erat, cum Chaonio radiantia trunco

403 *cunctator* Eng. Colin. Gryph., *cunctaturque* Ph. Wagner Baehr. Bury. *martemque* Schenkl Langen, *moramque* Ph. Wagner Baehr. Bury. post hunc versum Baehr. lacunam statuit. **404** post *cogitat* Schenkl ac Langen duo huius sententiae hemistichia intercidisse putant: *doch da die Minyer ihn unablässig bestürmten*. **407** *tristia celant* Burm. v. **409** Peerlkamp suspectum habuit. **412** *iam comites* Baehr. **413** *nimis* T Bon. I. **415** *vittae cum* V, *tecum* m, *si tecum* m_2, *quid tecum* [Weichert Delam. Thilo Langen] vel *quin tecum* [Baehr.] Heins., *vir tecum* T edd. **416** *novent* Thilo. post *movent* Heins. Weichert Baehr. Langen signum interrogationis statuerunt. **423** *his* codd. Ah Burm. Weichert Delam. Sandstroem, *hi* Pii codd. Eng. Colin. Gryph. Heins. seqq. *fors sit* Burm. **424** *fas abeant* Bon. II seqq. usque ad Eng. Ch Burm. Delam., *fas igitur* Sandstroem. post *fas* Carr. Alardus Burm. Weichert Delam. colon posuerunt. *promissa* codd., *premissa* Bon. I, *permissa* Bon. II seqq. **426** *aeque* Heins. *hac* B Bu Bon. I II Ven. I II. *ambo* Burm. Schenkl Baehr. **427** *at* Ald. Burm. Weichert Langen. *vela* vel *tela* Heins. **431** *metui* Maser., *vetui* Langen *martemque tuum* Heins. Burm. Wagner. **434** *me* Baehr., *te* Schenkl Baehr. olim, Jeep Langen Bury. *poscunt* T_1 nonnulli apud Maser. Casaubonus Wagner Delam. Schenkl Baehr. Langen. Bury. *possent* Caussin. **435** *sed spes* Sandstroem. **437** *reddidit* codd. Bon. I, *credidit* Bon. II seqq. *aeripedes* Heins. *quise* V B Bon. I, *qui se* Bu, *quis te* Hth Schenkl E. Reuss Baehr. Langen Bury, *quis enim* R, *quis se* T Bon. II seqq. *nunc* T Burm. Wagner Lemaire. **440** *quere* T, *quare* Iunt. I II Ald. Koestlin, *quaerit* Maser. seqq. usque ad Lemairium, *quaerat* Heins., *quaero* Bon. II Ven. I II Pius, *quaeret* R. v. **441**, qui deest in Eng. Colin. Gryph., post v. 460 in codd. atque edd. legitur. post v. 463 Maser. Barthius Alardus Weichert Delam. Thilo olim, post v. 445 nonnulli apud Pium, huc Caussin Lemaire Huguet Thilo Madvig Baehr. Langen Bury eum transposuerunt. Burm. et Schenkl nihil diiudicant. Pius vel praeposterum carminis ordinem vel subdititium esse versum putat. *dubitas* T m edd. ante Lemairium, Schenkl Ph. Wagner. *dura* nonnulli apud Pium. *silet* Loehbach. *magicumque minatur* Barthius, *sic fata parantem* nonnulli apud Pium. post hunc versum Schenkl et Jeep lacunam statuerunt. **442** *qui* Koestlin. post *pudor* signum interrogationis Koestlin ac Baehr. posuerunt. **444** *haud* Bon. II seqq. usque ad Thilonem, praeter Heins. ac Delam., Bury, *hanc* Baehr. **445** *parentum* V, *parentem* m, *paventem* m_2, *morantem* vel *paventem* E. Reuss, *parantem* T edd. *magnumque minatur* nonnulli apud Pium. **447** *cum pellit* Weichert olim, *contollit* Langen Leo. **448** *avolsis* Koestlin. *instigat* vel *inpellit* Burm. olim, *instigat* Langen, *inpellit* Wagner, *incendit* Burm. sec. *tyana* V, *tympana* T m Ath, *thyada* Heins. Burm. sec. Weichert d'Orville Wagner Thilo seqq. Burm. Harles Delam. hunc versum admodum corruptum habuerunt. versus **450-51** ab hoc loco alieni Schenkelio videntur. post v. **451** Baehr. ac Bury lacunam statuerunt. **452** *rupes* Heins. olim. **453** . . . . . V m, *fusco* B Bu, *nigro* R T_1, *vitreo* Thilo olim, *sacro* Schenkl, *iam* Bury, *viridi* T edd., *tenui* Baehr. Langen. *lucentia fundo* Maser., *ridentia luco* Heins., *pellucentia fumo* Bury. **454** *nunc* Bon. II Ven. I II. **455** *exigitur* Heins. *fletuque* vel *gemituque* Burm. **456** *manet* Baehr. **457** *plancta* Heins. post hunc versum Ph. Wagner quinquaginta circiter versus excidisse putat, uno folio cod. Vaticani abscisso. **458** *bacchae* codd. edd. ante Burm., *vacce* Bon I, *voce* Ven. I, *hyaenae* Barthius olim, *tigres* Heins., *vaccae* T Bon. II Ven. II Maser. Carr. Weitz Patav. Burm. seqq. post hunc versum Schenkl Baehr. Bury lacunam statuerunt. **459** *non gentis*—**463** *prora* Weichert parenthesi inclusit. . . . . codd. Bon. I, *more paterni* B Bon. II Ven. I II, *lumine digna* R nonnulli apud Pium, *lumine magni* T_1, *gloria magni* T Iunt. I seqq. Schenkl nihil statuit. **461** *luco* T Bon. I. post v. **463** in m T hic versus legitur: *moestus at ille minis [Minyis* T, *minis* T_1*] et noto [nota* T m_2*] Colchidos ira*, quem Burm. quoque in suo codice repperit atque omnes edd. ante Thilonem receperunt. *et* Bu Bon. I II Ven. I II, *nimis* Bon. II Ven. I II. post hunc versum Thilo ac Schenkl lacunam statuerunt. Schenkl poëtam iam inde a 458 versu pauca tantum frustula exaravisse putavit.

vellera vexit ovans, interque ingentia Graium
nomina Palladia virgo stetit altera prora.
haeret, et hinc praesens pudor, hinc decreta suorum
dura premunt. utcumque tamen mulcere gementem
temptat et ipse gemens et tempora quaerere dictis.
« mene aliquid metuisse putas? me talia vel le? »

465 *cura* Bon. I. 466 *tempera dictis* V m, *dictis temperat iras* m, Weichert Delam. Thilo Schenkl Langen. *tempora currere dictis* T Ath. *tempora fallere* vel *ducere dictis* nonnulli apud Pium, *tempora carpere dictis* Harles. *tempora ducere dictis* Burm.. *lenit pectora dictis* Baehr. Bury. *tempore ducere* vel *quaerere dictis* Wagner Huguet. *tempora quaerere dictis* Heins. Lemaire. 467 *meruisse* codd. Ath Langen. *metuisse* Barthius Alardus Weitz Heins. Wagner Lemaire Thilo seqq.

SCIDA PRIMA SOLIDIS TYPIS EXCUDENDA TYPOTHETIS EST REDDITA
A. D. XVII KAL. APR., ULTIMA A. D. VI NON. IUL.
MCMIV.